



**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,  
Theologiæ Professoris, Cvrsvs Philosophicvs**

**Oviedo, Francisco de**

**Lvgdvni, M.DC.LI.**

De Ortv Et Interitv: Sive, De Generatione & Corruptione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](#)



CONTROVERSIÆ  
DE ORTV. ET INTERITV.  
SIVE  
DE GENERATIONE,  
ET CORRUPTIONE.

Auctore P. FRANCISCO DE OVIEDO, è Societate IESV.

PRO O E M I V M .

**G**IMVS in Controversiis Physicis de corpore completo in communi, & Controversiæ præcedenti de corpore incorruptibili. Nunc Philosophi vestigia sequentes gradum facimus ad disputationem de corpore generabili, & corruptibili. Obiectum librorum, quos Aristoteles inscripsit de ortu, & interitu est corpus generabile, & corruptibile: quia tamen omnia quæ specialiter illi conueniunt per ordinem ad generationem, & corruptionem sunt explicanda, ideo ferè tota materia horum librorum est generatio, & corruptio, & de ortu, & interitu inscribuntur, sive de generatione, & corruptione. Præcipue instituendus est sermo de generatione substanciali quia tamen hanc semper accidentalis generatio, seu alteratio comitatur: ideo utrique communis est in præsentiarum disputatio.

CONTROVERSIA PRIMA.

*De his, quæ generationi præcunt.*

**G**ENERATIONI substanciali alter rationes deseruunt, quæ materiam disponunt, & illam sternunt, ut valeat formam substancialem recipere. Ex his dispositionibus præcipua est quantitas, quam comitantur in ordine ad materiam disponendam quatuor primæ qualitates, illæ, umque artemperata commixtio. De his scire oportet, cui subiecto inhærent, à quo effectu principio dependant, quomodo in formam genitam, seu in totum per generationem productum influant, quæ sint communia genito, & corrupto, quæ simul cum compósito deficiant, & quæ omnia prælens Controversia decidet.

fit de subiecto hypothesis, licet enim plures negent dati quantitatem distinctam, hi tenentur definire, quod subiectum haberet, si daretur, seu quod illi debeant tribuere autores, qui illam superadditam admittunt.

Albert.Durand,Capit.Caietan.Ferrar.Soncin. & Scorus apud P. Soar, in Meraph. disp. 14. secl. 3. n. 6. quos recentes Thomiste sequuntur, pugnacissimè defendunt quantitatem subiectari in toto composite. Consentient ex nostris P. Vafquez, part. tom. 2. disput. 129. num. 30. P. Rub. lib. 1. de generat. cap. 4. tract. 3. quæst. 7.

Quantitatem non recipit in toto composite, sed in materia prima docuit Philofophs, & Simplicius qui sententiam hanc tribuit Platoni, Greg. Aur. Mar. & alij ex antiquis, quos refert, & sequitur Pater Soar suprà num. 10. accedunt Parres Conim. 1. de Generat. cap. 4. quæst. 4. art. 1. P. Hurtadus in Physica disput. 5. secl. 6. S. 58. P. Arriaga in Physica disput. 5. sectione 2. subsecl. 2. & ferè omnes recentes. Hanc sententiam vi veriorem longè probabiliorum amplector.

Vao eodemque fundamento Patroni oppositarum sententiarum, quos retuli propriam sententiam probare intendunt. Arguunt Thomistæ: si quantitas subiectaretur

P N C T V M P R I M U M .

*Quid sit subiectum quantitatis.*

**D**ifficultas hæc supponit dari quantitatem distinctam à substancia, in qua suppositione procedit, quidquid Franc. de Oviedo, Philosop. Tom. 1.

KK 3 in

2

3

4

390 GENERAT. Controv. I. De his, quæ generationi p̄euent.

in materia prima; eadem quantitas, & alia accidentia communia essent genito, & corrupto. Consequens esse falso docet Philosophus: ergo & antecedens falso est. Patroni oppositæ sententiae sic arguant: si quantitas subiectaretur in toto composito, destruto composito perirent omnia accidentia, quæ illi inhærebant: ergo nullum accidens commune esset genito, & corrupto: consequens est contra manifestam experientiam, quæ videmus eadem accidentia in cadavere, quæ in homine præcesserunt: ergo antecedens est falso. Ostendam puncto venturo vbi de aliis accidentibus disputabo, hoc argumentum nulli sententiae fauere, quia in generatione non fit resolutione vñque ad materiam primam, ut intendunt Thomistæ, neque infertur faciendam esse, ex eo quod accidentia in toto composito subiectarentur, quod intendunt autores oppositæ sententiae, & ita huic rationi modo supradicto.

**5** Probant hanc conclusionem Pater Soar suprà num. 15. & Pater Hurtadus §. 61. hac ratione. Si quantitas subiectaretur in toto composito subiectaretur inadæquatè in forma, sed quantitas non potest subiectari neque inadæquatè in forma hominis: ergo non potest subiectari in homine, & ex homine ad alia composta à paritate argumentum desumunt. Probant minorem, videlicet quantitatem non posse subiectari neque inadæquatè in anima rationali: quantitas non potest communicare suum effectum formalem animæ rationali: ergo non potest recipi in illa, quia implicat formam recipi in aliquo subiecto, cui non præstet suum effectum formale, & ita implicat formam recipi in subiecto, cui non posse præstare suum effectum. Antecedens euidenter videtur, quia effectus formalis quantitas est extender subiectum, & illud cum partibus extra partes constitutæ, sed anima rationalis non potest extendi, neque partes extra partes habere: ergo incapax est effectus formalis præstandi à quantitate. Neque hoc argumentum intentum in homine conuinicit, neque ex homine rectè à paritate videtur defini argumentum ad alia composta, etiam si argumentum demonstraret quantitatem non posse recipi in homine, quia inadæquatè in illius forma vtpote spirituali recipi nequit. Hoc vltimum primum sic suadeo. De quantitatem inadæquatè non posse recipi in forma hominis, & ita neque in toto composito, & nego sequi ex hoc non posse recipi inadæquatè in forma equi, adæquatè in equo. Disparitatem reddo manifestam ipsa ratione, quia argumentantur Soar, & Hurtadus. Forma hominis spiritualis est, & vt ipsi aiunt incapax recipiendi effectum formalem à quantitate præstandum, ex quo sit non posse quantitatem recipi in illa, & consequenter neque in toto composito, quia implicat quantitatem recipi in toto composito, & non recipi in forma, per quam compositum constitutur; forma vero equi materialis est, & capax recipiendi effectum formalem præstandum à quantitate, & ipsam quantitatem, & ita non reddit compositum incapax recipiendi quantitatem, sed potius capax, quia ipsa ex se capacitatem habet illam recipiendi, quæ simili cum materia, alijs capaci recipiendi quantitatem, illam recipiet, & consequenter totum compositum, quod non distinguitur à suis partibus. Itaque posset quisquam dicere materiam, & formam equi habere capacitatem ad recipiendam quantitatem, & hanc de facto in vtrâque adæquatè recipi, & inadæquatè in quacumque illarum, etiam si materia prima ex se virtutem habeat ad quantitatem adæquatè recipiendam, quia quando adiunguntur duas causas quarum qualibet potest adæquatè effectum producere, vtriusque influxus attemperatur, & ab vtrâque indiuisibiliter adæquatè prouenit effectus, & inadæquatè ab illarum qualibet, in homine vero aliter rem contingere, quia cum illius forma incapax sit recipiendi quantitatem, materia ex se capax recipiendi adæquatè quantitatem, illam de facto adæquatè recipit. Hæc de consequentiæ, quæ ex homine sit ad alia composta.

**6** Argumentum adhuc in homine intentum non conuincere conitatur ex his, quæ dixi in Physica Controversia §. puncto 5. vbi probauit posse educi quantitatem diuisibilem & extensem ex subiecto diuisibili incapaci extensionis vbi respondi huic rationi desumptæ ex incapacitate extensionis, quæ haberet subiectum illud, ratione cuius incapax effectus formalis quantitatis, & ipsius quantitatis posset videri vt de facto Soar, & Hurtadus argumentantur de anima rationali. Vide quæ ibi dixi, vbi ostendi quantita-

tem tantum habere ex se constitutæ extremum vñitum in eodem loco, vbi est quantitas, ac proinde tunc diuersæ partes subiecti constituti in diuersis partibus spacijs, quando diuersæ partes subiecti diuersis partibus quantitatis valuerint: quod si eadem pars subiecti, seu idem subiectum indiuisibile diuersis partibus quantitatis spacijs vñitatur, ex vi illius vñionis habet esse in diuersis partibus, in quibus sunt partes quantitatis, quibus illud indiuisibile subiectum vñitatur. Secundò, sèpè dixi & latè probauit Controversia §. Physico puncto 3. effectum formalem formam qñil aliud esse quā totum compositum resultans ex forma, & subiecto, & ita dari illum effectum quotiescumque datur hoc compositum, ac proinde ineptè obiicitur aliquam formam vñitum subiecto, & constituentem unum compositum cum illo non tribuere suum effectum formalem, quia eo ipso, quod constitutum compositum fortior suum effectum formalem, qui subiecto tribuendus non est, quia scitum compositum, quod per formam constitutum non tribuitur subiecto, ita neque effectus formalis, qui à composito neque formaliter distinguitur. Quod verò forma hanc vel illam denominationem tribuat huic subiecto, & non illi, proueniat ex natura ipsius formæ, & ex natura subiecti, & ita eadem forma denominationē tribuit huic subiecto, quam alij non præstat. Totam hanc doctrinam velit, potest cedit Hurtadus hic dum argumentum proponit, cui ex illa clare satisfaciamus: affirmat §. 60. & satis bene duas partes materia vñitas eidem parti quantitatis non esse impenerabiles, quia tantum sunt impenerabiles, ratione quantitatis, quando vñitatur partibus, que penetrant nequeunt: ergo eodem modo debet dicere candem partem substantiam, seu eamdem substantiam indiuisibilem vñitam duabus partibus quantitatis non debere habere partes extra partes, quia hoc quod est esse vñiam extra aliam tantum competit substantia, quia secundum diuersas partes sui diuersis partibus quantitatis vñitatur. Sicut enim eadem pars quantitatis vñit diuersis partibus substantia non constituit vñam partem extra aliam, sic eadem pars substantia vñit diuersis partibus quantitatis non constituit extra se ipsam, neque idem indiuisibile subiectum substantiale vñitum diuersis partibus quantitatis debet constitui habens partes extra partes, & ita non ex eo quod illis caret incapax erit vñiendi diuersis partibus quantitatis. Ratio à priori, vñiusque partis eadem est: videlicet quantitatem tantum ex se habere constitutæ in loco, in quo ipsa est, extrellum vñitum, & ita si diuersis partibus quantitatis idem indiuisibile subiectum vñitatur, ex vi huius vñionis subiectum illud erit in diuersis partibus spacijs, verò eidem parti quantitatis vñitatur plures partes substantiarum ex vi eiudem vñionis plures partes substantiarum penetratae in eodem spacio, in quo est pars quantitatis. Doctrinam traditam de effectu formalis, est non nimis consequenter ad illa, quæ tradiderat, vt modò ostendam, ibidem nobis tradidit Hurtadus: obicerat sibi sensationem materialem vñiri materiam, quam non poterat sentientem constitutere, & ita posse formam vñiri subiecto, cui non potest præstare suum effectum formale, cui obiectioni respondet §. 64. effectum formalem sensationis præstandum subiecto non esse ipsum sentire, sed habere imaginem obiecti, quia sentire dicit actionem, & habere ratione materiam, quæ in se recipit sensationem, habere effectum formalem sensationis, etiam si non sentiat. Bene quidem, non consequenter, quia ipse paulo ante §. 61. differerat repugnare vñire intellectum lapidi, quia non poterat illi suum effectum formalem præstare: ergo intellectus eo ipso quod lapidi vñiretur, illum constitueret intelligentem: ergo similiter sensatio debet subiectum sentientem constitutere, non enim minor em connexionem habet sensatio cum effectu formalis sentiendi, quam intellectus cum effectu formalis intelligendi. Quod si, vt bene docet Hurtadus sensatio tantum debet præstare subiecto habere in se imaginem obiecti, quod non repugnat subiecto incapaci sentiendi, intellectus similiter tantum debet dare subiecto habere representationem obiecti, quod non repugnat lapidi ex eo quod sit incapax intelligenti: ergo non rectè arguit Hurtadus non posse intellectum lapidi vñiri; quia lapis effectus formalis intellectus, seu intelligendi incapax est. Confirmatur: subiectum sensationis non necessariò constitendum est sentientem, quia sensatio importat actionem, sed intellectus similiter importat actionem: ergo illius subiectum non necessariò ex vi illius

illius constitutendum est intelligens: ergo male infert Hurtadus non posse intellectionem recipi in lapide, quia non potest suum effectum formalem prestare, cum non debat constitutere intelligens subiectum, cui inharet. Redeo ad id, quod docet, videlicet sensationem tantum necessariò tribuere subiecto habere in seimagine obiecti, quod est habere ipsam sensationem, quod ego verum puto de omni forma, quia tantum se ipsum tribuit subiecto per visionem, ex qua visione diuersa resultant denominations iuxta diuersas extremon naturas, ex qua doctrina argumentor sic. Id quod necessariò sensatio tribuit subiecto est, ut habeat obiecti imaginem seu ipsam sensationem, quod est se ipsum tribuere: ergo quod necessariò quantitas debet tribuere subiecto est illud habere quantitatem, quod est se ipsum subiecto tribuere.

Sentio non ex incapacitate effectus formalis inserti quantitatem non posse recipi in anima propter rationes dictas, sed ex eo praeceps quod anima spiritualis est, & forma materialis educi nequit ex subiecto spirituali, ut sepè dixi in Physica. Respondent nonnulli hoc verum esse de subiecto ad aquato, nō de subiecto inadæquato, quia recte potest forma materialis educi ex subiecto inadæquato spirituali, dummodo ex alio inadæquato materiali educatur, sicut effectus spiritualis potest produci ex principio inadæquato materiali, dummodo ex alio inadæquato principio spirituali educatur. Solutionem hanc impugno Controver. 3. de anima, Punct. 1. §. 2. vbi probò actus materialis neque inadæquatè posse recipi in subiecto spirituali, etiam adiuto alio subiecto materiali, vbi disparitatem exempli adducti reddo, vide que ibi scribo præcipue à num. 15. Ex hoc prædicato spiritualitatis, ex quo repugnantiam defumo ne quantitas recipiatur in anima rationali, tantum immediatè infertur quantitatem non recipi in anima, media in hæsione, non verò non posse visioni animæ, quia non repugnat quid materiale visioni alij extremo spirituali, ut patet in visione animæ rationalis ad materiam, verumtamen cum nullum sit fundamentum ad distinguendum in quantitate subiectum in hæsione à subiecto informationis, recte infertur ex eo quod quantitas non possit recipi in anima rationali, non posse illi immediatè visioni. Ex his concludo recte probari ex materialitate quantitatis, & spiritualitate animæ rationalis hanc non esse illius subiectū & consequenter, neque totum hominem, quod essentialiter dicit animam, sed tantum materiam primam. Ex ipsa ratione adducta disparitatē reddi posse propter quam quantitas hominis adæquate è in materia prima recipiatur, & quantitas aliorum compositorum non tantum in materia ipsorum, sed in ipsis compositis recipiatur, dixi n. 5. Verumtamen non præcise à paritate, sed ratione intendendo videtur principium defumi ex eo, quod materia prima hominis sit subiectum adæquatum quantitatis, ad inferendum idem de aliis compositis dicendum esse. Rationem ego sic efformo. Materia prima hominis, & materia alijs cuiuscumque compositi sunt eiusdem rationis: ergo si materia prima hominis virtutem habet ad quantitatem adæquate recipiendam, eadem habet qualibet alia materia: ergo materia prima equi ex se capax est recipiendi adæquate quantitatem, aliunde non habemus fundationem ad virtutem adhuc inadæquatam tribuendam formæ equi (idem dico de quacumque alia forma materiali) ergo formæ virtus hæc tribuenda non effero tota quantitatis receptio tribuenda est materia prima, quam scimus virtutem habere ad quantitatem adæquate recipiendam.

Ratio supra adducta sufficiens esset ad affirmandum quantitatem recipi in materia prima cuiuscumque compositi, verumtamen fortior alii nobis superest, cui magis fido: illam accipe. Quantitas est dispositio ad formam & ad totum substantiale per formam constituendum: ergo est prior natura forma substantialis, & toto per ipsam constituendo: ergo non potest esse posterior forma, neque posterior toto: ergo neque in forma, neque in toto recipi potest. Antecedens admittunt omnes, nullus enim negat quantitatem esse dispositionem ad formam substantiale. Prior illatio legitima est iuxta doctrinam traditam 2. Phys. Contr. 7. Punct. 8. & 9. vbi probavi nihil posse esse prius & posterius respectu eiusdem adhuc in diverso genere cause. Posterior illatio citra controveriam est, quia id, quod in alio recipitur ab illo dependet tanquam à causa materiali, & est illo posterior: ergo quod non potest esse

posterioris hac entitate, non potest recipi in illa. Neque illi, qui mutuā causalitatem duarum entitatum in diverso genere causa admittunt, vim argumenti effugunt, quia quantitas disponit ad formam aptando materiam vel in genere cause materialis recipiat formam, & visionem, & ex parte cause materialis se habet respectu forme & visionis recipienda: ergo est prior forma & visione, & consequenter prior composite in genere causa materialis: ergo non potest esse posterior illo in eodem genere causa materialis.

Fundamenta, quibus opposita instituitur sententia omnia levissimi sunt momenti. Arguit: Materia prima est pura potentia: ergo nullum habet actum quovis actetur forma substantialis, alias primus actus materie est forma accidentalis, seu quantitas, quia prius reciperetur forma substantialis verbi gratia, formæ equi, ex quo etiam infertur formam equi recipi in materia media quantitatem, & ita non constituere unum per se immediate cum materia. Respondeo materiam primam ex se, & secundum suam entitatem esse puram potentiam physicam, quæ actuatur per formas accidentales, & per formam substantialiem, per hanc prius ordine intentionis, quia reliquarum actuationes, seu informaciones ad huius informationem ordinantur, per illas prius ordine excequutionis, quia informaciones accidentium, quæ disponunt ad formam substantialiem, illam precedunt, quod non est contra rationem formæ substantialis, quæ semper retinet esse actum primò intentum à natura, propter quem reliqui intenduntur, quod tantum est de ratione actus substantialis. Ad ultimum quod obiciens videlicet formam substantialem recipi in materia media quantitate, Respondeo recipi media quantitatem tanquam dispositionem prærequisita ex parte materie ad formam substantialem recipiendam, nō vero media quantitate terminante visionem ad formam substantialiem, vel hanc recipientem, ex quo non infertur formam substantialem non constituere unum per se cum materia, quia forma tantum constituit unum cum illo, quod terminat suam visionem, & cum hanc non terminet quantitas, etiam si ad illam ut dispositio supponatur cum materia, sed tunc ipia materia cum hac unum constituit, non cum quantitate, & ita unum per se erit, cum tantum sit constitutum ex materia & forma substantiali.

Rursus obiciunt Thomistæ: Materia prima non potest recipere quantitatem, neque aliud accidens, quovisque sit subsistens, sed non est subsistens quovisque sit informata forma substantiali: ergo non potest quantitatem recipere nisi informata, ergo non potest per se ipsam nisi simul cum forma quantitatem recipere. Maiorem probant, quia si actio ex parte principij actui supponit subsistens, seu supponit principium actuum subsistens, ita passo debet supponere principium passuum subsistens. Minorem certam esse putant, quia materia prima subsistit per substantiam totius, & ita non potest subsistere quovisque intelligitur informata, & totum constitutum. Si Thomistis redarguas materiam primam supponi prius natura formam ad ipsam formam recipiendam absque subsistente mendicata à forma, seu composito, respondent principium passuum non debere supponi subsistens ad recipiendum actum subsistens, qualis est forma substantialis, secus ad recipiendum actum non subsistens, qualis est quantitas. Facile illos sic respondentes insector: perfectius principium passuum requiritur ad actum perfectorem, seu ad formam perfectam recipiendam, quam ad aliam imperfectam: sed forma substantialis perfectior est forma accidentalis: ergo perfectius principium passuum requiritur ad substantialiem, quam accidentalē recipiendam: sed ad substantialem non requiritur principium subsistens: ergo neque ad accidentalem. Verisimilius posset respondere: principium passuum non debere supponi subsistens ad formam substantialem, quia per illam constitutur subsistens, secus ad accidentales, quia per has non subsistit, sicut non debet supponi præsens ad præsentiam, quia ex vi huius præsens constituit, etiam si ad alias formas recipiendas debeat præsens supponi. Contrà: etiam si materia subsistat per substantialiam formam, seu totius non subsistit formaliter per ipsam formam, quia subsistens, quia subsistunt materia, & forma, & subsistit totum, ab ipsa forma distinguuntur: ergo materia non subsistit formaliter per formam: ergo ex hoc capite non potest supponi sine subsistente ad formam recipiendam, si aliunde ad omnem receptionem, debeat supponi subsistens.

392 GENERAT. CONTROU. I. *De his, quae generationem praevant.*

**11** Respondeo ad rationem Thomistarum materiam primam habere substantiam propriam, ratione cuius potest supponi substantia ad recipiendam formam substantialem, & accidentalem prius naturam, quam intelligatur cum aliqua forma substantiali, si requiratur supponi cum tali substantia. Secundò dato materiali primam non habere substantiam propriam respondeo principium passuum non debere supponi formaliter substantia ad passionem ut in Metaphys. probabo Controuersia 6. Puncto 6. Tertio admisso substantiam requiri ex parte principij passuum, & hanc emendicatam à forma materie competere, probare argumentum informationem, forme substantialis supponi tanquam conditionem ad receptionem quantitatis, non verò formā ipsam esse principium receptionis quantitatis.

**12** Ultimò obiicitur: Quantitas est proprietas totius compositi: ergo recipitur in toto composto, quia proprietates in illo subiecto recipiuntur, cuius sunt proprietates. Confirmatur: quantitas communicat suum effectum formalem toti composto, & forme substantiali, quae per quantitatem extenduntur: ergo debet quantitas recipi in ipsa forma substantiali, & in ipso toto. Retorquo argumentum. Quantitas communicat suum effectum formalem albedini, quae extenditur per quantitatem: ergo debet recipi in albedine. Neque respondere potest Thomista quantitatem tribueri suum effectum formalem albedini, non quia recipiatur in albedine, sed quia albedo recipitur in quantitate, cum afferat albedinem, & quantitatem recipi in toto composto. Ex quo principio nc arguo: albedo extenditur per quantitatem, quia recipitur in toto, in quo recipitur quantitas, videlicet in toto composto: ergo ex eo quod forma recipiatur in materia, in qua recipiatur quantitas, erit extensa. Ratio est manifesta, forma debet esse in eodem loco, in quo est subiectum, in quo recipitur: ergo ex eo quod forma recipiatur in subiecto extenso per quantitatem, vel aliunde, extensionem habebit in ordine ad idem spatium, quod occupat subiectum. Hec ratio solutio sit ultima partis obiectoris petita ex communicatione effectus formalis. Ad priorem partem dico quantitatem esse proprietatem totius compotiti; ratione materiae, quae illam prouidit, & in se recipit, sicut virtus intellectiva in opinione, quae illam superadditam constituit conuenit hominire ratione formae, non quia forma illam producit, aut recipiat, sed quia illam exigit, & supponit in materia receptam, & ab ipsa productam.

**13** Ex eo, quod hic dixerim, & Controu. 3. de Anima. Punct. 1. S. 2. animam rationalem spiritualem, non posse esse subiectum adhuc inadäquatum, ex quo simul, & alio forma materialis educatur, seu in quo media educatione recipitur, neque ad hoc posse quasi elevari ea ratione, quae principium naturale à supernaturali eleuator. Insurgit Recensior Complutensis affirmans me in aquitoco laborare, quia intelligo partem aliquam quantitatis recipi in materia, & partem aliam in anima, quod dicit esse rudem intelligentiam; rudissimam esse fateor, sed non meam, ut manifeste constabit sedato animo me inter legenti, nec nouo do verba, nec data explico, ut iacent adeo violentæ explicatio- nis capacia non esse lippi, & lacunos oculi cernent.

**14** Obiicit sequi ex mea sententia sensiones materiales non vniuersitatem, quod est contra meam sententiam. Si meam sententiam in hac re legit, scire debebat, eam esse sensiones materiales subiectari solum in materia, nunquam in subiecto educationis, quod affero Contr. 3. de Anima. Punct. 1. §. 2. concl. 6. vbi i pte, quem locum concl. 6. relata ipse ex me refert, immediateque concl. 7. afferere sensiones materiales anima vniuersi, tanquam subiecto informationis, hoc enim negare non est formam spiritualem posse vniuersitatem subiecto, illudque informare cum id in anima rationali informante materiali corporalem comprehendunt.

**15** Videamus modo quomodo ipse componat quantitatem corporalem in anima rationali posse inadäquate recipi. Afferit, animam entitative in se, & secundum ultimum gradum esse incapacem recipiendi diversas partes quantitatis; eandem tamen, ut eminenter est corpus non esse incapace, ac proinde idem esse dicere, quod anima recipiatur in corpore, ac dicere recipi in materia ut informata primo gradu, hicque afferit animam esse eminenter corporalem, quia tribuit materia gradum corporis, & secundum hunc gradum reddere materiam capacem quantitatis. Sic rationalis anima dicitur eminenter vegetativa, & sensi-

ua, quia praefat omnes actiones sentiendi, & vegetandi, quas praetant anima vegetativa in planta, & sensitiva in bruto.

In ordine ad operationes vitales animam rationalem, non solum eminenter, sed formaliter esse vegetativam, & sensitivam sumptu præcisè vegetativam, & sensitivam fine exclusione superioris gradus identificari affirmo Controu. 1. de Anima Punct. 3. n. 7. quia est formale principium vegetations, & sensations, neque ex eo quod haec operations materiales sint vla apprehendit difficultas, in eo quod possint ab anima tanquam à principio procedere, supponit enim innumera exempla effectuum materialium actiuem procedentium à principiis spiritualibus, verum animam rationalem hanc eminentiam habere in ordine ad passiones, ita ut illa accidentia spiritualia recipere possint ex nullo capite potest probari. Deinde afferere habere hanc eminentiam nihil aliud est, quam principium proficer obscurioribus terminis, quia hanc eminentiam habere formaliter nihil aliud est, quam posse esse principium passuum accidentium materialium, sicuti esse eminenter vegetativam, aut sensitivam nihil aliud importat, quam esse principium vegetationis, & sensations.

Quod dicitur esse eminenter corpoream, quia dat esse simpliciter secundum omnes gradus, & secundum gradum corporis tantum importat ipsam vniuersitatem corporis, & ex vtraque componi hominem, qui est totum quoddam in re partim materiale, partim spirituale, & simpliciter dicitur totum materiale, & corporeum à materia sensibili & corporea ex sua natura absque eo quod aliquid corporerit ab anima recipiat.

Venio ad rationes alias, quas contra principium conclusionem adducit. Mitto illam, quae desumitur ex eo quod materia sine forma non sit ens in actu, quan insit falso principio probauit.

Ex accidenti, & materia vel fit vnum per se, vel per accidens. Non vnum per se; quia ex subiecto, & accidenti fieret vnum per se, quod est contra Philosophum. Metaph. tex. 13. quia sunt diuersi generis. Si per accidentem cum omni per accidentem ad per se debeat reduci: ergo oportet præexistere aliqua, ex quibus fiat vnum per se, hoc autem non est, nisi compositum ex materia, & forma subtilizatio necessario præexistet forma substantialis omnibus accidentibus.

Respondeo, ex materia, & accidenti sibi vnius facti vnum concretum accidentale, quod plerique distinguentes vnum per se substantiale, & accidentale vocante vnum per se accidentale, ut distinctum ab uno per accidentem in quo nullatenet vno physica, sicuti in exercitu, & in musica. Alij tantum dicere volunt totum seu vnum per se totum substantiale, & omne concretum accidentale totum per accidentem vocant; in quorum phrasib[us] hodie minus recepta compositum ex materia, & accidenti totum per accidentem dicetur. Ex hoc autem non inferitur, quod ad illud debet præsupponi forma, seu totum substantiale, sed solum totum accidentale ordinari ad totum substantiale, quia recte componitur hoc ad illud ordinari, & esse prius illo, ad quod ordinatur hoc in eadem materia admittere debent, etiam illi qui afferunt accidentia subiectari in toto composto, quia cum lignum incipit disponi per formam ignis plures dispositiones, quae ultimam tempore procedunt subiectantur in ligno, & sunt prius tempore forma ignis, ad quam disponunt: coexistunt prius forma, ad quam ordinantur: ergo recte potest vnum ordinari ad aliud, absque eo quod aliud, ad quod ordinatur supponatur præexistens.

Rursus arguit, omne subiectum receptuum formam terminat etiam unionem: ergo si quantitas immediate informet materiali immediate vnitur quantitatibus: ergo forma substantialis postea adueniens vniuersitatem materiali media quantitate, & ita totum substantialiter per se constituere non poterit, quia hoc ex accidenti, & substantia non resultat. Confirmat discursus istum: forma non vnitur materiali nisi strata quantitate; ergo vnitur materiali media quantitate, & inter materiali, & formam substantiali mediat quantitas,

Hæc omnia leuissima sunt; ex hoc enim, quod materia prius informetur quantitate immediate illi vniuersi, & postea illi adueniat forma substantialis, nunquam inferitur formam substantiali immediate esse vniuersitatem quantitatis, & mediate materiali, neque hoc ita contingit, quia forma substantialis est actus per se materiali, & cum illa con-

stituit

stituit orum substantiale, cuius constitutionem, neque inadæquatè includit accidens, sed forma substantialis immediatè vnitur materie prima etiam quando aduenit, inueniet iam materiam informatam quantitate sibi unita, neque villa est repugnante apparentia in eo, quo duplex forma, una substantialis, & accidentalis alia vniuntur immediatè quantitatè, etiam si substantialis supponatur accidentalem informantem materiam. Ratio est, quia etiæ quantitas, quæ est forma accidentalis supponatur ex parte materiae ad informationem formæ substantialis non supponitur, tanquam virtus, seu potentia receptiva formæ, seu tanquam aliquid, medio quo materia formam recipiat, sed tanquam conditio prærequisita ex parte ipsius materie ad formam recipiendam, qua ratione, nec dispositionem presupponunt ad formam, & ad illarum exigentiam formam producitur, & immediatè in materia recipitur, illique unitur, dispositiones enim exigunt formam non ipsi immediatè vniendum neque in ipsi recipiendam sed immediatè materie prima vniendum, & in illa immediatè recipiendam.

## P V N C T V M I I.

## De subiecto aliorum accidentium.

**N**on procedit quæstio de accidentibus modalibus ab ipsa entitate productis, sicuti presentia, & duratio in opinionis, que hanc distinguunt à re durable, quia de his centum est subiectari in entitatibus, quarum sunt modi, & quas afficiunt, quasi proprias illarum formas. Neque disputo de actibus vitalibus, & illorum potentiis, si superadidite dentur, de his enim agam Controversia 3. de anima puncto 1. §.2. vbi propterea illi subiectum assignabo. Procedit præsens difficultas de aliis accidentibus communibus, sicuti sunt quatuor primæ qualitates. Docuere Soncinas lib.12. Metaph. q.88. concl.2. & Iauell. q.8. omnia accidentia inhære substantie media alia potentia eiusdem rationis cum accidenti recipiendo, videlicet qualitatem recipi media potentia, quæ sit qualitas, & quantitatem media potentia, quæ quantitas sit. Sententia hæc omni probabilitate definita est, quia virtus illa media qua qualitas recipitur debet in subiecto recipi, cum sit eiusdem rationis cum qualitate recepta; vel ergo recipitur media alia virtute & sic in infinitum abimus; si immediatè, & per se: ergo sicut hæc virtus immediatè recipitur in substantia, sic poterit recipi, qualitas illa ad quam virtus ista configitur. Nonnullum quidam qui Thomistarum nomine sua scripta commendare intendent, afferunt (et si expresse contra Angelicum Doctorem) iuxta D. Thom. dicendum esse hæc accidentia à forma dimanare, & recipi in toto composito, effèque priora forma in genere causa materialis, & posteriora in genere causa efficientis. Sententia hæc ex dictis puncto præcedentibus, facile impugnatur, quia hæc mutua prioritas causarum adhuc in diuerso genere admittenda non est, neque admissa sufficeret ad hanc sententiam defendendam, quod ibi dixi, & efficacius modò ex his, quæ tradit hæc sententia ostendo. Hæc accidentia recipiuntur in toto composito: ergo sunt illo posteriora in genere causa materialis: ergo in eodem genere sunt priora, & posteriora.

Respondent prædictæ sententiæ Patroni formam esse priorem, & posteriorem accidentibus in eodem genere, non proximè, sed remotè, quia ex eo quod totum composcuntur primum in genere causa materialis accidentibus, non inferunt formam esse priorem illis proximè, sed remotè, seu medio toto. Multa possent adduci contra hanc solutionem, verumtamen, quia leui opera detrudendi est, pauca dabo. Inquiero unde nouerint hi auctores posse dari prioritatem mutuam remotam in eodem genere? hoc certe nullus ex his, qui antiqua lucubratio in scriptorum D. Thomæ, sibi Thomistarum nomen comparauit edocuit, & id fieri non posse ostendi clare. Physic. Controver. 7. puncto 5. vbi probauit causam remotam esse causam per se & non posse à suo effectu dependere, alias posset dici res

omnes mutuò fuisse productas asque vna prima causa per dependentiam huius entitatis ab effectu, quem remotè produxit, posset enim ignis A, producere ignem B, & ignis B, ignem C, & ignis C ignem D, & hic ignis D producere ignem A, à quo remotè fuit productus; & ita hi omnes ignes possent dari absque villa prima causa, à qua omnes ignes dependent, & quæ non dependent ab alia. Secundo probo hanc dependentiam accidentium à forma non futuram esse mediatam, & remotam, sed immediatam, & proximam: accidentia immediatè dependenter à toto composito indubitate sumpto, in quo subiectarentur: ergo immediatè dependenter à ratione constitutiva à compositi: sed hæc est materia, & forma: ergo immediatè dependenter à materia & forma. Deinde compositum nihil est aliud quam materia, forma, & vnió, cum quibus adæquatè identificatur, & inadæquatè cùm qualibet illarum, sed accidentia immediatè subiectarentur in materia, forma, & vniōne, in qualibet illarum tanquam in subiecto inadæquato, & in omnibus tanquam in subiecto adæquato: ergo immediatè dependenter à forma, & in genere causa materialis effent immediatè posteriora forma: sed aliunde sunt immediatè priora tali forma: ergo sunt immediatè priora, & posteriora forma in eodem genere. Sed ne contendamus de hac dependentia formæ, ad totum eandem formam argumenti transfero. Accidentia in genere causa materialis immediatè disponunt ad formam, & vniōne: ergo immediatè disponunt ad totum. Probo consequentiam: eatenac causatur totum, quatenus causatur vnió, & principium illud, quod immediatè causat vniōnem ex eo præcisè quod illam causet dicitur immediate causa totius, neque alia ratione generans, aut principium aliquod potest dici causa immediata totius, nisi quia immediatè causat vniōnem: ergo dispositiones, quæ immediatè causant vniōnem, causant totum, non quia torum recipiant, neque quia deseruant, vt totum recipiatur in aliquo subiecto, sed quia deseruent ut recipiatur id, per quod formaliter constitutur totum: ergo per eamdem causalitatem, sive propriam, sive improprietam, & dispositiūam, per quam hæc accidentia constituantur priora respectu vniōnis, constituantur priora respectu totius. Sed sunt priora vniōne in genere causa materialis: ergo ratione huius in eodem genere sunt priora toti; sed si recipiuntur in toto sunt posteriora illo in genere causa materialis: ergo sunt priora & posteriora in genere causa materialis.

Pater Hurtadus disp. 6. Physic. sect. 6, cui consentit P. Arriaga disp. 5. Physic. sect. 2. subsect. 4. afferit, has qualitates recipi in materia prima, & non in quantitate. Refert pro hac sententia Nominales: verumtamen cum hi auctores non admittant quantitatem materiae supperadditam, & ab illa distinctam, non illis gratias debet agere Hurtadus, quia accidentia non quantitati supperadditam, quam negant sed materia prima largiantur. Mouetur Hurtadus, quia minus quantitatis est extendere subiectum. Fator minus quantitatis esse subiectum extendere, & in ordine ad hoc rectè concipi totam illius essentiam metaphysicè sumptam, verumtamen cur non poterit quantitas, cuius minus primarium est extendere subiectum, in ordine ad quod essentialiter constitutur, habere potentiam receptivam accidentium? Arguit secundò: primæ qualitates disponunt ad formam substantialiem, & sunt causa secundarum, & tamen secunda non recipiuntur in primis: ergo non est cur reliqua qualitates in quantitate recipiantur. Vim huius illationis non agnosco, quia auctores, qui afferunt qualitates in quantitate recipi, non idè hoc affirmant, quia existimant à quantitate produci, certum enim est qualitates diversas, & secundum diuersam intentionem non produci efficienter à quantitate eiusdem omnino rationis in aliis compostis: ergo ex eo quod qualitates secundæ producuntur à primis in his non recipiantur, neque inferunt qualitates non recipi in quantitate, neque infringunt ratio, quia id Doctores afferunt. Tandem arguit: forma substantialis recipiatur in materia: ergo in eadem debent recipi dispositiones ad illam, quia dispositiones debent recipi in eodem subiecto, in quo recipiatur forma ad quam disponuntur. Huic argumento satisfeci Controversia 2. Physic. puncto 2. num. 7. vbi dixi non omnes dispositiones debere immediatè recipi in eodem subiecto, in quo est forma, sed sufficere vnam immediatè recipi, & media illa recipi alias.

Primas qualitates, & reliquas, quæ ex his oriuntur recipi  
in

in quantitate defendunt P. Soar. disp. 14, sect. 4, n. 5, P. Rub. lib. 1, de generat. cap. 4, tract. 3, q. 10, & communiter recentiores. Huic sententiae aequiesco, non quia firmum aliquod fundamentum inueniam, quod animum conuincat, sed quia communis est, & magis ad mentem D. Thom. qui illam docet variis in locis, que refert Soar supra, & pro opposita sententia nullum inuenio fundamentum quod in illam potius quam in illam animum ferat. Rationes nonnullas, quibus alij sententiam hanc probant omitto, quia leuis, nullius ponderis sunt, tantum adduco illam, quae ex speciebus Eucharisticis adduci solet. Agens naturale producit naturaliter calorem, & frigiditatem in speciebus panis. Eucharisticis in quibus nulla datur materia prima: sed non potest haec accidentia producere nisi in subiecto, ex quo educantur, quia si extra subiectum producerentur, illorum productio esset creatio, quae ab agenti naturali non posset procedere ergo ibi reperitur subiectum naturale horum accidentium ergo tantum potest esse quantitas, cum ibi non supererit materia, neque illud accidens, quod possit esse subiectum illorum, quae in speciebus contingunt. Respondeat Hurtadus productionem illam accidentium esse creationem, producentem tantum à Deo ad presentiam agentis naturalis, quia Deus ob meritum fidei ne mysterium Eucharisticum ratione naturali innotescat producit supernaturaliter illa accidentia, que naturaliter producere agens naturale, si ibi daretur substantia panis. Nulla ratio efficax inueniri poterit ad hanc solutionem impugnandam, eti magis congruum videatur haec miracula fine fundamento non admitti, cum nullum inueniatur, quod positiu suadeat accidentia in materia prima, & non in quantitate recipi. Ideò hanc sententiam sine contentione defendo, dum enim accidentia in toto non subiectentur quod efficaciter rationes supra adducere, & alia ad homines adducende puncto sequenti contra illos, qui admittunt corrupto toto omnia accidentia corruptenda esse, satis efficaciter probant, nulla ratione efficaci impeti poterunt, qui illa potius in materia, quam in quantitate, vel potius in quantitate, quam in materia constituent.

## P V N C T V M I I I.

An corrupto toto substantiali resolutio fiat usque ad materiam primam.

**A**VTORES, quos retuli puncto I. afferentes quantitatem subiectari in toto composito existimant teneri consequenter assertere corrupto compposito deficere quantitatem, & omnia alia accidentia, quae media quantitate eidem compposito inhærent. Illi verò, qui defendant, quantitatem tantum inhærente materia prima, & reliqua accidentia eidem materia, vel quantitatib; & non toti compposito defendunt plura accidentia, quae erant in genito, in corrupto permaneant, dicitur Hurtad. disp. 6. Physic. sect. 6. §. 6. &c. disp. 1. de gen. sect. 5. §. 4. &c. alij recentiores nos, sequi ex eo quod accidentia in toto subiectentur, omnia corruptenda, quando corruptum totum, cui inhærent, & aliud aduenit, idè placuit vim huius illationis examinare, ut videatur, qua ratione procedat Thomistarum opinio, & difficultatem supra præfixam, etiam iuxta aliorum principia definire.

Deficere potest accidentis ex defectu conservantis, vel ex contraria forma adueniente, vel ex defectu subiecti, aliusve conditionis requisitæ ad illius conservationem. Accidentia, quae erant in toto compposito, non deficere ex defectu conservantis facient omnes, quia non omnia dependebant in conservari à præexistente forma, omnia enim quæ communia sunt pluribus cōpositis, sicut primæ qualitates, & quæ ex his oriuntur, eo ipso quo semel sunt producta, exigunt conservari à Deo etiam deficere quodcumque aliud principium creatum à quo conservantur, ut patet in calore, qui amoto ignea quæ fuit productus, & nullo alio agenti naturali applicato conservatur per aliquod tempus in subiecto, etiam in præsencia contrarij intentionis illud expellere. Deinde videmus in genito accidentia faltem eiusdem speciei, quæ erant in corrupto: ergo virtus illa actua, que modo haec accidentia denovo producit, si ab illis, quæ in corrupto præcessere distinguuntur, potuit illa, quæ præcessisse dicuntur conservare, si ex alio capite non corrupterentur. Probat etiam hæc experientia ac-

cidentia antiqua non corrupti per formam conseruant aduenientem, quia loco illorum succedunt alia eiusdem speciei, & omnino eiusdem rationis, & licet accidentia eiusdem rationis incompossibilia sint in subiecto, niquam tamen unum expellit aliud, ut experientia nostrum est, alias ignis applicatus ligno postquam totam intentionem, quam poterat, produxit, perpetuū nouos gradus caloris produceret, qui antiquos expelleret, & sic in singulis instantibus nouus calor produceretur, & productus tempore precedenti corrumperetur. Rationem propter quam id contingere non posse reddam Controvergia 4. Puncto 2. §. 3. Neque conditio aliqua desiderari potest dum totum corruptitur, ex defectu cuius accidentia, que illi inhærent, subsistere non possint, quantumvis enim dicatur materiam primam indigere subsistenta tanquam conditio ad illa accidentia sustentanda, ex defectu huius accidentia non deficiet, quia eti secundum sententiam, que afferit materiam primam non habere propriam substantiam, substantia antiqua deficiat, noua alia aduenit, quod sufficit, ut eadem accidentia persistant, sicut deficiente praesentia ex parte materie prime, si alia adueniant non deficit effectus, seu causalitas, quae ex parte materie supponet præsentiam, ex vi cuius passo approximatetur.

Totus ergo antiquorum accidentium defectus, si datur quando totum corruptitur reducendus est in defectum subiecti, cum verò in nostra sententia subiectum quantitat sit materia prima, & aliorum accidentium materia prima, vel quantitas, corrupto toto non deficit subiectum accidentium, & ita haec persisterent donec ab alio extrinseco corrumpantur. In Thomistarum sententia certum est deficere illorum subiectum, quod erat totum præexistent, & modo corruptum, adhuc tamen defendit ex defectu huius accidentia corruptenda non esse, quod sic probatur. Non minus dependet accidentis à principio effectu, à quo producebatur, dummodo adueniat aliud eiusdem virtutis quod possit loco illius substitui, non deficit effectus, sed ille, qui antea conferuabatur ab illo principio, modo ab isto adueniente conservatur: ergo deficiente principio passivo, à quo dependebat dum adueniat aliud eiusdem virtutis, quod possit loco illius substitui, non deficit effectus, sed qui antea dependebat ab illo principio passivo, modo dependebit ab isto in eodem genere causa materialis. Sed quando deficit hoc totum, quod passiu sustentabat hæc accidentia, aduenit aliud, quod in actu primo potest eadem sustentare, siquidem in omnium sententiis, si de facto eadem non sustentat, sustentat alia eiusdem speciei: ergo totum istud aduenientis substitueretur loco illius, quod præcessit, & passiu substitutus eiusdem accidentibus, quibus præcedens substitutus. Confirmatur: siue accidentis dependet media actione superaddita à principio effectu, & indifferens est vt dependat ab hoc vel ab illo medie hac vel illa actione, ita dependet à principio passivo media passione superaddita, & indifferens est, vt dependat ab hoc vel illo principio passivo, sed ex eo quod accidentis habeat hanc indifferenciam, potest idem, quod modo dependet per hanc causalitatem ab hoc principio activo in instanti sequenti dependere per aliam causalitatem ab alio principio activo, si applicetur: ergo similiter poterit idem accidentis, quod modo dependet ab hoc principio passivo in instanti immediato: dependere per aliam causalitatem ab alio principio passivo eiusdem virtutis cum isto existente, fit tale principium passiu loco istius applicetur. Discremen unum in hac re inuenio quando succedit principium actiuum diuersum, & quando succedit principium passiuum, quod quando succedit hoc principium actiuum permanere potest idem accidentis: verbi gratia, idem calor cum eadem vniione, quia tam calor, quam vno dependebat à principio actiuo tantum media actione superaddita, & poterant ab hoc, vel illo dependere: quando verò succedit diuersum principium passiuum, eti de calore eadem sit ratio, de vniione est diuersa, hec enim non potest eadem permanere variata principio passivo, quia vno non solùm dependet tanquam à causa materiali media passione superaddita à principio passivo, sed etiam immediate, & per se tanquam ab extremo, quod ex vi illius vniatur, & cuius est modus, & deficiente hoc principio passivo, seu hoc toto necessario deficit vno, quam existent terminabit tanquam proprium modum inféparabilem ab illo, poterit tamen persistere idem accidentis cum alia vniione ad aliud totum, quia sicut accidentis dependet media passione

passione, & indifferens est ad hanc vel illam dependentiā à diuerso principio, sic vnitur media vnione superaddita, & indifferens est ad terminandam hanc, vel illam vnionem diuersam.

Dices sequi ex hac doctrina, accidens posse migrare de subiecto in subiectum. Respondeo: accidens migraturum de subiecto in subiectum, si permanenter subiecto accidens illud relinquere, & transiret ad aliud, non verò dici migrare de subiecto in subiectum, quando accidens locatiter immotum nouum acquirit subiectum, quia antiquum defect, & aliud loco illius immediate applicatur, quod contingit in subiectis inadæquatis in subiectis vero adæquatis nunquam vel raro potest id contingere, quod si contingat aliquando, rectè docet Hurtadus disput. i. citato §. 46. posse accidens diuersum adæquatum subiectum acquirere. Posset, in aliquo casu, contingere cum Sol perfe-  
nestram intensam lucem producit in parte aeris fenestra opposita, quæ intenso reliquo cubiculi spatio non producitur, tunc autem succedunt diuersae partes aeris in illo spacio, in quo producitur illa intensio, & in eodem instanti, inquit recedunt aliae, aliae accedunt, & applicantur ad conservandam illam lucis intensiōnem, quam non possunt in alio spatio conseruare, partes, quæ recesserunt: ergo tunc lux illa nouum subiectum adæquatum acquirit, eademque in diuersis subiectis succedentibus conseruatur, qui non uno accedente subiecto lux noua producatur, & corrumptatur antiqua. Admissa applicatione noui subiecti non recusat Hurtadus concedere accidens nouum adæquatum subiectum acquirere, affirmat ramen §. 46. citato antecedens esse dubium, quia applicatio aeris fit per partes proportionales, per quas non est tam applicatum agens, quam antea. Maiori explicatione indiget hec ratio, quid enim referat aerem applicari per partes proportionales, vel per aliquatas, ne habeat eamdem applicationem? argumētor sic. Nouus aer saltem secundum alias partes occupat indiuisibiliter idem spatium, quod occupabat antiquus, agens luminosum est in eodem spacio, demus enim non esse Solem, qui semper mouetur, sed ignis vel luminosum, quod per breue aliquod tempus immobile sit: ergo erit eadem applicatio, cum sit idem spatium occupatum a passo, & agente.

Existimo defendi posse nunquam accidens adæquatum subiectum relinquere, & nouum acquirere ex defectu applicationis, quam in casu predicto non dari sic suadeo. Rem explico in continuo partium finitarum, ne infinitarum multitudine res obscurior fiat. Pono partes aeris directe fenestra oppositas esse, quatuor videlicet partes B, C, D, E, existentes in partibus B, C, D, E, spatij, & moueri aerem versus partes F, G, spatij: cum pars E, mouetur constituitur extra spatium directe fenestra oppositum, & loco illius succedit pars D, quæ antea directe fenestra erat opposita & adhuc remanet in spatio directe opposito, & ita secū fert intentionem lucis, quam habebat antequam moueretur, & cum non possit simul recipere lucem antiquam, & lucem, quæ pars E recipiebat hanc non potest cōsiderare, unde necessariò corruptitur intensio illa, quam secum non potest ferre pars E, quia paſsum, quod succedit in spatium aptum ad illius conseruationem venit propria luce occupatum, & non potest alienam recipere: sic partes B, C, cum mouentur intra illud spatium directe fenestra oppositum antiquam lucem retinent, & pars noua aeris, quæ ingreditur partem B, spatij, quæ est prima opposita fenestra nouam lucem concipit, & ita nulla pars lucis nouum acquirit subiectum antiquo relitto. Instabis: agens agit vniiformiter disformiter per omnia indiuisibilia: ergo datur in illo spacio vnum indiuisibile spatium, in quo sit maior intensio, quam in omnibus aliis: ergo gradus ille lucis, in quo indiuisibile aeris excedit omnia indiuisibilia aeris existentia in reliquo spatio immobili est: ergo non potest aer, qui modo illo informatur, cum mouetur in instanti sequenti, illud secum ferre, neque aer, qui succedit poterit afferre tantam intentionem, quantam habebit in hoc spatio indiuisibili: ergo intendetur gradu illo, quem secum ferre non potuit pars aeris, quæ spatium illud reliquit. In continuo Aristotelico difficultas hæc locum habere nequit, quia cum quælibet particula aeris diuisibilis sit, habebit partes magis, & minus intensas, & ita non subsister subiectum huius difficultatis, quod est indiuisibile quodam aeris excedens reliquas partes aeris in intentione, quæ ex hoc indiuisibili spatij moueri nequit. Item secundum

opinionem, quæ afferit non per quolibet minimum indiuisibile subiecti, sed per extentionem agens agere uniformiter disformiter, difficultas hæc non subsistit ex defectu subiecti, nam ut didebam hoc debet esse indiuisibile quodam reliquis omnibus intensius intentione quadam immobili ab hoc spatio. Qui velut simul defendere continuum constare ex indiuisibilibus, & per singula agens agere uniformiter disformiter, adhuc potest defendere luminosum esse aquæ applicatum ratione diuersarum partium diuersis partibus passi, non quibus fit linea recta ab agente ad paſsum, sed quibus fit linea quædam traiiciens spatium illud directe fenestra oppositum ab uno latere ad aliud, & ita nullum posse dari indiuisibile aeris excedens intentione immobili reliqua omnia, de quo tantum potest difficultas procedere.

Aliud discriimen posset assignari iuxta doctrinam Thomistarum, ratione cuius non posset substitui vnum subiectum loco alterius, etiam si posset vnum principium effectuum in ordine ad eundem effectum loco alijs subrogari, vide-licet accidentia individuaria à subiecto, & ita non posse diuersa subiecta recipere, quia non potest idem accidens habere diuersas individuations, non tamen individuari à principio effectu, & ita posse dependere à principiis diuersis. Solutio hæc fallax continet doctrinam sapè à me impugnatam, & facilè à quocumque impugnandam. Secundò ad homines contra Thomitas arguitur. Materia prima in ipsorum sententia, individuatur à quantitate, & ratione quantitatis distinguitur hæc pars ab illa & tamen eadem materia est in diuersis totis cum diuersis quantitatibus, cum materia corruptio, & genito in ipsorum sententia, & non quantitas sit communis: ergo etiam accidens individuatur à subiecto, posset idem diuersis successivè inharrere subiectis. Tertiò magis propria, & magis intrinseca est existentia cuicunque rei, quam subiectum accidenti, sed potest eadem materia successivè informata diuersis formis, habere successivè diuersas existencias, & ex defectu huius existentiaz materia non deficit, quia illi alia aduenit in Thomistarum sententia: ergo potiori ratione poterit idem accidens inadæquatum subiectis successivè inharrere, & deficiente isto subiustere, si istius loco aliud succedit.

Destructo fundamento, quo Thomistæ intendunt non eadem accidentia permanere in genito, & in corrupto, sunt alia plura argumenta, quæ suadent, eadem numero in utroque permanere. Defumitur primum illudque valde efficac ex experientia, quæ sentimus eadem accidentia in cadavere, quæ in viventi praecesserunt. Respondent Patro- ni oppositæ sententiaz omnia accidentia, quæ erant in precedentibus compoſito ſimil cum illo perire, & alia ſimilia ſimile producta, quæ ſenſibus non poſſunt diſcerni à precedentibus, illi valde ſimilia. Contra ſolutio- nem istam arguant omnes ſectatores noſtræ ſententiaz. Nulla eſt cauſa, à qua poſſint alia accidentia denuo pro- duci: ergo ſi ſemel antiqua fuſſent corrupta nūquam alia ſimilia producta fuſſent. Probatur antecedens: forma cadaveris quæ ſubsequitur nullo ex his indiget accidentibus, neque virtutem habet illa producendi, quorum enim forma cadaverica producet calorem qui eſt in homine, qui paulo antè animam egit, & tantam deorganizationem, cicatricum ſigna, quæ tantum viventi huic individuo conueniebat, & ad formam cadaveris nullo modo ſpe- cant? Neque aliud extrinſecum agens, à quo hæc acciden- tia producuntur: ergo ſi ſemel antiqua fuſſent corrupta, nūquam alia producta fuſſent. Nonnullas ſolu- tiones adducit, & refellit P. Soar disp. 14, ſect. 2. num. 21. omnino à veritate aberrantes, tolerabilior eſt, quæ dicitur Deum ſimilia accidentia producere, ne materia immedia- tè transeat ad accidentia inter ſe valde oppofita, ſed ſuc- ceſſivæ antiqua amittat. Hæc ſolutio parum eſt philoſo- phica, quia abſque aliquo fundamento, Deo tribuit pro- ductionem accidentium, quam nulla cauſa exigit. Quod ſi Deus, poſitus diſpositionibus dum alia cauſa naturalis non ſupererit producat ſubſtantiale formam, id p̄fstat ad exigentiam diſpositionum, & ſi cauſam determinat, ut hunc effectum p̄ alio producat, cauſa ipſa exigit ipſam deter-

determinari à Deo, quia exigit Deum cum illa concurrere ad effectum, quem maluerit, quod fieri nèquit absque determinatione effectus, quia eo ipso, quod concurrat Deus concurrit ad effectum determinatum: in præsentis verò nulla est causa naturalis, quæ exigat talium accidentium productionem: ergo absque fundamento Deo attribuitur. Quod dicitur Deum illa producere, ne materia immedietr' transeat in accidencia adeò differentia, & inter se opposita nullius est momenti, quia alienum non est à materia transire immediate à quæcumque accidencia quantumvis opposita dum ex alio capite transitus non repugnet, quia materia his vel illis accidentibus est æquè contenta. Neque ex eo quod in instanti hæc habuerit, si in sequenti corruptantur, minus apta erit ad quæcumque alia, quantumvis precedentibus opposita, quia virtus materiæ in hoc instanti intrinsecè eadem est, quæcumque accidentia präcesserint, neque illa impedimentum aliquod relinquent, ratione cuius non possunt succedere quæcumque accidentia quantumvis precedentibus opposita. Dicunt Thomistæ ex accidentibus, quæ präcessere materiam manere sigillatam ad alia similia. Hæc verba sunt rectangularia, quia hic sigillatio nihil potest esse, quod in materia remaneat tanquam illius accidens, quia secundum sententiam, quam impugnamus omnia accidentia fuere corrupta materia secundum se supposita corruptione accidentium, quæ präcesserint, æquè indifferens est ad omnia ergo percipi nequit, quid si illa sigillatio, ratione cuius materia determinatur ad accidentia similia, his, que cum toto precedenti fuerunt corrupta, potius forma denuo genita illam determinabit ad opposita accidentia.

8 Aliud argumentum contra hunc dicendi modum multis doctè expendit P. Soar suprà à num. 23. quod ego dabo paucis cinctum. Subiectum debet supponi dispositum ad generationem in instanti, in quo exercetur generatio, quia subiectum debet esse dispositum ad formam recipiendam in instanti, in quo recipit illam, sed in illo instanti, in quo corruptiuntur dispositiones, quæ präcesserunt, non potest esse dispositum ad recipiendam formam per dispositiones in hoc instanti productas, & in toto receptas, non per dispositiones, quæ präcesserunt: ergo nullo modo. Dicunt nonnulli in hoc instanti disponi per dispositiones in hoc instanti productas & in toto receptas, quæ sunt priores, & posteriores forma in diuerso genere cause. Hunc dicendi modū efficaciter impugnat Herodus rationibus, quas adduxi puncto precedentem ad hanc mutuam prioritatem expugnandā, vbi probauit non solum in diuerso genere, sed in eodem esse futuram. P. Rubius suprà, q. 7. à n. 201. afferit subiectum esse dispositum, & determinatum ad recipiendam hanc formam in hoc instanti per dispositiones, quæ in instanti präcesserunt, quia virtute illarum est expulsa in hoc instanti forma präcedens, ita ut si Deus veller suum suspendere concursum, & non producere aliam formam, non minus corruptiuntur forma präcedens, ita ut materia absque omni forma permaneret. Ex his inferit per dispositiones precedentem materiam manere determinatam ad hanc formam in specie, quia expulsonem formæ per tales dispositiones non potest subsequi nisi hac formæ, quam tanquam finem respiciunt dispositiones precedentem. Addit materiam manere determinatam non solum ad speciem formæ, sed ad hanc individuam formam, quia positis his dispositionibus non potest ab hoc agenti cum his circumstantiis produci alia forma individua ab ista distingue.

9 Longum esset totam hanc doctrinam ex professo impugnare, vnde enim innumeris scatet difficultatis, excurrat singula quæ in illa traduntur, & validas impugnations singulis applicabo. Docet P. Rub. dispositiones precedentem disponere ad hanc formam, quia virtute illarum präcedens expellitur. Contra hoc assertum efficaciter probo formam corrupti non expelli virtute dispositiōnum, quæ präcesserunt, & corruptiuntur simul cum forma antiqua in instanti generationis. Dispositiones illæ subiectabantur in composito antiquo, verbi gratia, in ligno, pono gigni modo ignem & corrupti formam ligni: ergo dispositiones illæ supponerant tanquam causam materialē compositum illud, videlicet lignum ergo non possunt illud destruere. Probo consequentiam: Nulla forma potest corruptere subiectum illud, quod supponit tanquam principium sive existentia: sed dispositiones illæ supponunt lignum tanquam principium materiale sive existentia, vt defendit Pater Rubius cum omnibus Thomistis:

ergo non possunt illud destruere. Ratio maioris propositionis est manifesta: omnis effectus supponit & requirit präexistens, & independens à sua entitate principium, à quo dependet in quocumque genere causa, quod eo ipso, quod sit principium causatiuum est prius natura effectus, & independens ab illo: ergo implicat effectum destruere principium, quod requirit präexistens, & supponit existens, independenter ab illo, quia eo ipso, quod illud supponat & requirat präexistens non potest exire destructionem, alias idem effectus exigeret existentiam principij, & negationem illius existentie, à qua existentia dependebat, quod manifestè implicat. Deinde eo ipso quod principium supponatur independens ab effectu implicat ab illo corrupti, quia id, quod existit possit independenter ab alio nequit ab illo corrupti. Secundum formæ ligni corrupta in instanti, in quo signatur forma ignis extitit in omni mensura, in qua extiterit dispositiones precedentem: ergo existentia formæ ligni componebatur cum existentia illarum dispositionum: ergo non expellit formæ ligni per illas dispositiones, cum quibus rectè componitur in eodem subiecto, quia formæ expellens aliam incompossibilis debet esse cum illa, neque per minimum instantis componit formæ expellens, & expulsa. Tertiò, eti formæ expulsa non possit esse in instanti, in quo expellitur, quia in illo potius debet esse negotio formæ: formæ tamen expellens debet esse in instanti temporis in quo est expulsio, quia formæ expellens est causa expulsione, seu negationis formæ, quæ dicitur expulsa, ac proinde debet existere in instanti, in quo ponitur talis negatio, quia omnis causa existere debet in instanti, in quo ponitur illius effectus: sed dispositiones, quæ subiectantur in ligno non existunt in instanti temporis, in quo expellitur formæ ligni, quia in eodem instanti temporis, in quo corruptiuntur lignum, corruptiuntur dispositiones in illo recepta: ergo dispositiones illæ non possunt esse causa expulsione formæ ligni. Ex his concludo contra P. Rubium dispositiones antiquas non esse causam expulsione formæ corruptæ, & hanc corruptiuntur non esse, si Deus suspenderet concursum, quo producit formam generationis, principium aliud produceret, à quo formæ illæ expelleretur.

Admito tamen formam ligni expelli per dispositiones präcedentes, vt veniam ad aliud, quod docet, videlicet dispositiones illas disponere ad formam ignis ex eo, quod expellant formam ligni, quia formam ligni sic expulsantur potest sussegi formæ ignis. Expulsio formæ ligni eadem est à quibuscumque dispositionibus prouenient: ergo ipsa secundum se non ex eo, quod proueniat ab his, vel ab illis dispositionibus expellentibus diuersam formam insert in materia, à qua expellitur ergo ex eo præsè, quod formæ ligni expellatur per has dispositiones æquè indifferens manet materia ad hanc formam, vel ad aliam specie distinctam. Confirmatur: expulsio formæ ligni präcedentis posita est ad existentiam formæ incompossibilis, sed hæc negatio sive sit posita ad existentiam huius vel illius formæ, est semper eadem, & purum esse negativum: ergo quia eadem non magis hanc, vel illam specie formam induceret, sive ab his, sive ab illis specie distinctis dispositionibus proueniret, si aliquam posset inducere, quia negativum nihil positivum valet inducere, neque potest subiectum positiū disponere. Virgo, dispositiones präcedentes vel disponunt immediatè, & per se, vel media negatione formæ ligni quam inducunt: immediatè & per se non possunt disponere ad receptionem formæ factam in instanti, in quo ipsa non existit, quia nihil potest immediatè & per se aliquid prästare in instanti, in quo non existit. Si media negatione formæ, quam inducunt, redeunt omnia argumenta supra facta defumpta ex identitate negationis prouenientis ab his, vel illis dispositionibus specie distinctis, & ex natura ipsius negationis, quæ est purum nihil, nihil positivum praefare valens. Probaui dispositiones expellentes formam ligni non determinare speciem formæ introducendæ, quibus rationibus eodem modo probatur non determinare diuersiones formæ, vt docet P. Rubius, quod etiam impugnatum est lib. 2. Physicorum, Contro. 10. Punct. 2. vbi probauit diuersiones effectuum, cause primæ, & non aliis extrinsecis circumstantiis tribuendas esse.

Ultimè independenter ab his omnibus probo dispositiones existentes in instanti präcedenti generationem, &

in illo corruptas non posse disponere ad formam genitam. In instanti, quod generationem forma praecessit, non praecessit vixima dispositio ad formam: ergo non praecessere dispositiones adaequatè formam ad genitam: ergo non praecesserunt dispositiones, quæ possent adaequatè ad illam disponere. Antecedens admittunt omnes, quia in primo instanti, in quo est vixima dispositio ad formam genitam est forma genita, neque enim est amplius quod expectet forma producenda cum in subiecto datur vixima dispositio ad illam. Consequentia est per se nota, quia ubi non est vixima dispositio ad formam non est totum, quod requiritur ut subiectum sit adaequatè dispositum: ergo non est id, quod possit adaequatè ad formam disponere. Si dictas dispositiones illas non disponere adaequatè, sed inadæquatè, teneris dicere dispositiones receptas in genito saltam inadæquatè disponere ad formam, quam supponit, & in te habebis omnia argumenta, quibus impetruntur, qui afferunt dispositiones receptas in genito adaequatè ad illius formam disponere, mutua enim prioritas causarum, quibus hæc sententia impugnatur, & quæ repugnat in principiis adæquatæ, & inadæquatæ. Deinde si dispositiones in genito receptæ aliquo modo disponunt, ad illius formam adaequatè disponunt, quia ex se quibuslibet aliis seclusis adaequatè subiectum sternunt ad formam sustentandam & illis positis, & influentibus in formam, quam ex parte subiecti supponunt, superfluus est influxus aliarum dispositionum, quæ praecesserunt.

12 Si fundamentum quæras, quo sentientiam adeò difficiunt illius auctores amplectentes, nullum inuenies præter iam impugnatum ut falsum & inefficax, scilicet quia putabant subiectari in toto composito, & auctoritatem Aristotelis, quam sibi suffragari putant testimonio, quod iam exhibeo. Aristoteles lib. de generatione, cap. 4. text. 23. sic generationem explicit: *Cum vero totum immutatur & nihil sensibile, ut eiusdem subiectum remaneat, generatio est.* Ex quo inferunt auctores opposite sentientia in generatione nullum manere sensibile, hoc est, nullum accidens, quod sensibile est, seu sensuum subiectum. Huic testimonio rectè respondet Hurtadus Aristoteli tantum docuisse in generatione non permanere sensibile sumptum in concreto, quod sentiri dicimus mediis accidentibus, non verò deficere accidentia ipsa, mediis quibus subiectum sentitur, quem sensum exprimunt verba illa: *Vt eiusdem subiectum,* quia eo ipso quod totum deficit non manet subiectum, quod antea sentiri dicebamus, etiæ maneat accidentia sensibilia, quia primo, & per se sentiuntur.

13 Obiicies: Subiectum accidentium sensibilium iuxta nostram opinionem est materia prima, & non totum compositum: ergo corrupto composito, si manent accidentia sensibilia cum eadem materia prima permaneat, permanet idem sensibile etiam in concreto sumptum: ergo vt non remaneat sensibile adhuc in concreto, ut Aristoteles docet, necesse est accidentia subiectari in toto composito, & non in materia prima, vel ipsa accidentia non permanere, quia permanentibus accidentibus cum necessarium sit materiam ipsam permanere, necessarium erit idem sensibile in concreto sumptum secundum materiam, & formam permanere. Respondeo materiam primam tantum esse subiectum inhesionis, & informationis accidentium sensibilium, nihilominus mediis accidentibus subiectatis in materia prima dicimus nos sentiri totum compositum, & non materiam primam, cum enim medio colore video corpus, non dico me videre materiam primam, sed videre hominem, vel equum, lapidem, vel arborem, &c. ac proinde totum compositum est, quod sentiri dicitur, & quod sensibile vocamus, quodque Aristoteles nomine sensibilis in hac definitione intelligit.

14 Prado 2. par.  
Centrour 3. &  
art. 2. §. 3. & Contra dicta num. 3. videlicet quod etiam accidentia subiectarentur in toto composito, adhuc eo destructo eadem accidentia possent permanere in genito, & in corrupto Modernus Complutensis modo sibi solito: Afferit me contempnere argumentum, quo ex eo quod si subiectarentur accidentia in toto composito plures inferunt destructo composito accidentia corrumpenda esse. Non ego contemno argumenta, quibus non conuinco, & quibus respondere intendo, sicut neque sententias probabiles, quas non amplector, neque ea quibus non assentimur contempnere licet, quod si recentior ita sibi persuasum haberet modis seruasset modum in aliorum impugnandis sententiis.

Franc. de Oviedo, philosoph. Tom. I.

15 Arguit primo quis si accidere posset destructo illius subiecto in alio suientari, frusta facit Deus illud miraculum in Eucharistia, quod accidentia sine subiecto manent, quia nunquam definiti succedere aliud subiectum, in quo possent naturaliter suientari. Hæc sunt Recentioris verba, quem rogo, quid sibi velit dum scribit, *quia nunquam definiti succedere aliud subiectum.* Sonant verba loco substantia pannis in conversione Eucharistica substantiam aliam succedere, sed hanc non esse viri Religiosi mentem mihi certum est, quia ex hoc sequeretur substantiam pannis in illam substantiam succedentem conuerti, & non in Christi corpus, quod est mysterium eucharisticum destruere contra Conciliorum definitiones. Respondeo accidentia eucharistica destruta substantia pannis in alio subiecto non recipi, quia ita necesse est, ut substantia pannis in Christi corpus transfert, & hac ratione à Deo sine subiecto conservantur. Nec destruto pane aliud subiectum potest ex cogitari, in quo illa accidentia subiectarentur, nisi Deus illud denuo crearet, quia materia reliqua aliorum compositorum, & ipsa composita, quæ in rerum natura permanent, habent suam quantitatem distinctam à quantitate eucharistica, & ita bene recipere non possunt. Necesse ergo erit, ut quantitas eucharistica subiectum substantialie haberet, quod Deus ad destructionem panis aliud compositum vel alitem materiam aliam crearet. Nec dici possit, quod quantitas eucharistica in alio accidenti recipienda esset, quia de illo esset eadem quaestio, cum sine subiecto esset conservandum, neque in rerum natura accidentis reperitur aptum ut sit quantitatis subiectum.

16 Rulfus arguit: *equi ex meo dicendi modo, eadem numero gratiam esse in conferente, & in eo, cui conferitur, cuius oppositum notat sanctus Thomas 3. parte, quaest. 62. art. 3. ad 2.* Similiter eadem numero speciem, quæ est in rebus, imprimandam esse intellectui, quod non ita contingere aduerit sanctus Thomas quodlib. 8. art. 33. Rulfus inferretur, quod eadem numero actio esset subiectiu in agente, & in passo.

17 Hæc tumultari, & sine delectu affectu impugnati dicta sunt, & ita absque illa efficacia specie. Omnibus superabundanter satiscit dicendo questionem esse, an quando subiectum accidentis deficit, & aliud loco illius succedit, succedens posse eadem accidentia subiectari, quæ subiectabat subiectum praecedens, quod iam non subsistit, quod esti de subiecto adaequato diceretur minimam anfan inferendi non dabat permanente hoc subiecto, quod accidens subiecte posse accidentis relicto priori subiecto, quod perseuerat ad aliud transire, quod in casibus à Recentiore adductis infertur, ut illos expediens patebit, illos singillatim recurro.

18 De more est huic recentiori omnia quæ vult assertare quibusvis verbis Diu Thomæ, quæ materiam illam attinquent probare, quæ sibi videtur ratione alia non indigere, nec solutione, quibus satisfaciet argumentum contra illius sententias adductis, ideo placet examinare, quid ad rem conducat testimonium, quod in hac parte ex D. Thoma pro se adducit. Inquirit Angelicus Doctor art. illo 3. citato, an Sacraenta gratiam contineant. Primum argumentum pro parte negante, hoc est gratia non est in Sacraento, tanquam in subiecto, quia Sacramentum est corporeum & subiectum gratia, non est corpus, sed spiritus; neque tanquam in vase, quia vas est locus mobilis: ergo nullo modo. Secundum argumentum est, Sacraenta ordinantur ad hoc, vt per ea homines gratiam consequantur, sed gratia, cum sit accidentis nequit transire de subiecto in subiectum: ergo pro nihilo est gratia in Sacraentis.

19 His argumentis respondet Angelicus Doctor, quod gratia non est in Sacraento tanquam in subiecto, nec in vase tanquam in loco, seu protus vas dicitur instrumentum alicuius operis faciendi. Ex hoc ad secundum responderet, quod quamvis accidentis non transeat de subiecto in subiectum, transtinctus tamen a causa aliquiliter in subiectum, non ut eodem modo sit in eis, sed in unoquoque secundum propriam rationem, in Sacraento videlicet tanquam in instrumento gratia producenda, in subiecto, vt recipiente gratiam medio Sacraento producto. Rogo ego in quo conferente, & in quo subiecto, cui conferatur, inferat iste fore eadem gratiam. Si in Sacraento conferente tanquam instrumento: Habemus ex D. Thoma in illo non esse gratiam tanquam in subiecto. Si in principali conferente Deo: gratia creata in Deo tanquam in subiecto non est, sed

L. 1 tanquam

## 398 GENERAT. Contro. I. De his, quæ generationi præcunt.

tanquam in principio productio. Dicat ergo ex quo conferente tanquam ex subiecto inferat in aliud subiectum gratiam esse transituram. Profecto non solum argumentum illius efficax non est, verum etiam est de materia non supponente, supponit enim principium conferens gratiam esse subiectum materiale illius. Ex testimonio relato posset desumere predictus author, Diuum Thomam afferere, accidens non transire de subiecto in subiectum, quod ego affirmo quando subiectum non substituitur in eodem instanti, in quo unum deficit loco alterius in eodem spatio, quod occupabat subiectum præexistens, quod solum posset inferri ex eo quod dicatur accidens non migrare de subiecto in subiectum, verumtamen, neque hoc in loco id affirmat Angelicus Doctor, sed hoc omittit quia ad solendum argumentum necessarium non erat, & ita quasi fab conditione loquitur his verbis. Ad secundum dicendum, quod quāmis, accidens tuorū transire de subiecto in subiectum. Hoc dixerim, non quia non iudicem verissimum commune adagium accidens non potest migrare de subiecto in subiectum, sed vt ostendam, quod hoc adhuc non probatur ex hoc testimonio adducto.

**20** Quod secundo loco obicit videlicet eandē speciem, quæ est in rebus posse inesse intellectū eodē virtutē laborat. Nam si loquitur de speciebus, quas recipit intellectus humānus dum anima est corpori unita non solum eadem numero, sed neque alia eiusdem nature specifica in alio subiecto præcedit, nam quovis Phantasma cum intellectu agenti speciem spiritualem in intellectu producit omnes præcedentes species materiales sunt. Deinde obiecta in se ipsis speciem non producunt, sed in medio & in potentia, ad quas illas mittunt. Rursus, quod eadem numero actio sit in agente, ac in passo, hoc consequens toto celo distat ab hac materia, quia accidens est modus, & non potest separari a re, cuius est modus, & ita non potest modo esse in agente, & postea in subiecto, simul autem esse in utroque disparatum quid est ad hoc propositum.

**21** Rursus arguit, magis dependet accidens a subiecto, quam a loco, ergo si potest mutare subiectum poterit mutare locum, & ita migrare ex subiecto, quod est in hoc loco, in aliud, quod est in alio loco. Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ratio disparitatis est, quia quando accidens mutat subiectum inadæquatum ipsum accidens nihil agit, sed tantum subiectum adveniens incipit illud recipere. Si autem accidens ex hoc subiecto in aliud saltaret debebat ex uno in aliud absque subiecto moueri, cuius motus nulla potest causa reperiri, nec ratio, aut causa cur perderetur uno ad primum subiectum, & alia ad nouum subiectum produceretur.

**22** Mitto alia, quæ hic aggerat Recens iste, quia quisque ea legere facilè agnosceret nulla indigere solutione, neque speciem aliquam difficultatis præ se ferre, huiusmodi argumentum est: destructo fundamento adsciscij totum ædificium corrue, & ita ablato subiecto accidens corrumpendum esse.

### P V N C T V M IV.

*Quomodo dispositiones supponantur ex parte actus primi  
ad formam substantialem.*

**I**Fer communis sententia dispositiones se tenere ex parte materia, & esse priores forma in genere causæ materialis. Ex quo principio probauit dispositiones non posse recipi in toto compósito, quia essent priores, & posteriores forma, non solum in diuerso, at in eodem genere causæ, quod implicat in omnium sententiæ, & in nostra adhuc in diuerso genere causæ hæc mutua prioritas impossibilis est. Contra hanc rationem, quæ omnibus familiarissima est, grauis insurgit difficultas perita ex conseruatione formarum, quæ hic exigitandam remisit, quia illius solutio dependet ex doctrina, quæ modo tradam de ratione influxus, quem præstant dispositiones in primo instanti productionis, & in vterioribus conseruationis in formam, ad quam disponunt. Argumentum ita procedit: Forma substancialis, verbi gratia, forma ignis in secundo instanti sua durationis est causa efficiens qualitatū, quæ ad illam disponit: ergo in illo instanti est prior natura dispositionibus in genere causa efficiens: sed in illo instanti dispositiones sunt priores forma in eodem genere,

quo prioritatem habent in primo instanti: ergo in illo secundo instanti sunt priores & posteriores saltem in diverso genere causæ: ergo admittenda est hæc mutua prioritas, quam nos negamus, quia admissa evertitur tota doctrina tradita Punctis precedentibus. Maiorem probat experientia, quæ videmus ignem illico propria virtute actuaria recuperare gradum caloris depeditum ergo actum producit, & conseruat calorem, quem in se habet ergo actuaria influit in proprias dispositiones, quarum principia calor est. Respondent nonnulli: ignem tantum producere, & conseruare calorem illum excedentem intensiōnem requiritam ad sui existentiam, à qua tantum dependet tanquam à dispositione, & non à calore illo excedente, & ita non influere in dispositionem aliquam, à qua dependet in aliquo genere, cum nullo modo dependeat ab illo calore, qui excedit intensiōnem requiritam ad sui conseruationē, sine quo subtiliter valet. Solutio hæc tantum ad difficultatem praesentem fugiendam inuenta est, cuius doctrinæ nec leue fundamentum reperies nisi tantum ex illa difficultate hanc componi, & grauior alia contra illam infuriant. Non calorem exigere naturaliter octo gradus caloris, & posse quinque conseruari, & non paucioribus gradus subordinati non sunt, ignis æquè conseruabitur cum quinque illorum octo, quos habet dum est in statu naturali, neque magis hos, quam illos exigit: ergo nulla est ratio cur ex illis octo hos tres non conseruet, potius quām alios quocumque loco illorum, neque cur hos quinque conseruerit potius quām alios quinque inadæquatè ab his distinctos, qui reperiuntur in illo octonario: ergo sine fundamento dicetur hos determinatos non conseruare, & illos conseruare: neque ad Deum recurrendum est quando res alter cōponi possunt. Si gradus sunt subordinati forma ignis dependet à quinque inferioribus, & non ab aliis tribus vitiis: ergo dici nequit conseruare illos, à quibus non dependet, & non conseruare illos, à quibus dependet; abhinc enim dicetur agens naturale conseruare gradus superiores, & perfectiores huius intensiōnis, & non alias inferiores, & imperfectiores. Minorem primi syllogismi sic probo. Seclusa resistentia contrarij, idem requiritur ad conseruandam aliquam formam, ac ad illam primo producentam, sed ad producendam formam requiruntur dispositiones ex parte subiecti: ergo ad illam conseruandam ergo dispositiones, quæ in fluunt in productionem, in fluunt in conseruationem. Maiorem probo: Conseruatio, & producio phisicæ non distinguuntur, sed eadem est actio in instanti, in quo incipit terminus, dicitur productio, & in vterioribus dicitur conseruatio, sed ex eo, quod præcesserit, vel non præcesserit terminus, actio non variatur: ergo id requiritur ad illius existentiam, siue terminus præcesserit siue non præcesserit. Ad explicationem huius difficultatis scire oportet quam causalitatē inter se habeant formam, & illius dispositiones, & quomodo hæc exercantur, de quibus latè disputat noster Soart. disp. 14. Metaphysic. sed. n. 26 & sequent. & Hurt. difficultatem propositam attingit disp. 2. fcc. 1. & in præsentiarum ego nonnullis conclusionibus, omnia, quæ ad hanc materiam spectant claram explicabo.

**PRIMA CONCLVSIÖ:** Nulla dispositio potest physicæ in genere causa efficiens in formam influere. Constat hoc conclusio ex lib. 2. Physic. Contro. 9. Punct. 3. vbi probauit nullū accidens posse physicæ substantiam producere.

**SECVNDA CONCLVSIÖ:** Quantitas disponit materiam ad recipiendam formam, & se tenet ex parte causa materialis, & in hoc genere est prior forma. Probo hanc conclusionem: Materiad ad formas substanciales recipiendas, & conseruandas requirit tantam determinatam extensiōnem: sed hoc extenso procedit à quantitate: ergo quantitas conducit, vt materia formas recipiat: ergo se tenet ex parte materiae, quatenus hæc est causa materialis receptiua formarum. Neque contra hanc conclusionem ratio suprà facta viam habet, quia quantitas neque producitur, neque conseruatur à forma.

**TERTIA CONCLVSIÖ:** Reliqua accidentia, quæ disponunt ad formam ex se intrinsecè habent exigere productionem formæ ad quam disponunt à Deo, vel ab alio agente naturali præstam. Ratio est manifesta, quia nulla alia causa potest dari, propter quam Deus crevit rationalem animam in materia dispositam, nisi quia dispositiones in materia existentes exigunt creationem in anima in materia introducendæ, neque ob aliam rationem Deus producit.

Punct. IV. Quomodo dispositiones supponantur ex parte actus, &c. 399

producit alias formas viuentium, quarum nulla potest dari causa efficientia, à qua producatur, & ob eamdem rationem Sol, & aliae caue vniuersales indifferentes ad diueras formas producendas, hanc potius, quam illam in hac materia producent.

**QUARTA CONCLUSIO:** Non ex eo præcisè, quod dispositiones exigunt hanc formam produci, & illa de facto producatur, sunt priores forma, si hanc producitur Deus non attendendo ad has dispositiones, sed liberè ad suam voluntatem, vel ob alia motiva, que voluntatem diuinam inducent ad illam formam producendas ex vi decreti, quod idem permaneret si dispositiones illæ non præcessent. Quia tunc dispositiones neque illarum exigentia non influunt physicè, neque moraliter in formam: non physicè, quia exigentia, quam habent dispositiones formæ producendas, neque est influxus physicus, neque ad illum ordinatur: non moraliter, quia hic influxus fit mouendo causam ad talē effectum, causalitas enim causa moralis respectu actus interni, est actus interius respiciens tanquam motuum ipsum principium morale, & respectu effectus externi est illius productio dependens ab isto interno actu: ergo si agens aliunde determinetur, causa moralis nullum influxum habebit in effectum, sicuti si quis rem consulat Petro, quam ipse à se vult facere, & non propter rationes à consiliente proprias, quas contemnit, non dicitur causa moralis illius effectus, quem ipse illius auctori confulerat.

**QUINTA CONCLUSIO:** Quando dispositiones, quæ exigunt formam de facto in illam non influunt, seu non mouent, neque determinant principium effectuum ad illius conseruationem, vel productionem tunc temporis præstitam, possunt esse posteriores ipsa formæ, & ab illa dependere in genere causa efficientis. Ratio est, quia per hoc, quod est præcisè habere talem exigentiam, etiæ possint esse priores formæ, de facto non sunt formaliter priores ex vi illius: ergo ex vi illius non repugnat posteriores esse in quocunque genere. Sic contingit in physicis, virtutibus enim, quæ posset esse prior alia dum in actu secundo prior non est, potest de facto esse posterior, & dependet de facto hic ignis ab illo, quem ex natura rei posset producere, si ab alio, & non ab illo dependet.

**SEXTA CONCLUSIO:** Quando dispositiones, quæ exigunt formam, de facto, influunt moraliter, & determinant Deum ut per se tantum, vel cum alio agente naturali concurrit ad productionem formæ sunt priores formæ, & non possunt ab illa dependere. Probo: Dispositiones mouent per existentiam ipsam, seu ex prævisione sua existentia: ergo supponitur ipsarum existentia ad determinationem causa ad producendam formam: ergo supponitur ad formam productam: ergo est prior forma: ergo talis existentia non potest esse posterior forma: ergo non potest existentia dispositionum dependere à forma, aliae darent mutua prioritas inter dispositiones, & formam, quam sæpe in omnibus causis repugnare diximus. Confirmatur: Dispositiones videntur existentes antequam existat forma, ad cuius existentiam producendam determinant agentis indifferens ad formam producendam, vel non producendam: ergo etiam agens non determinetur in actu secundo ad formam producendam, supponuntur dispositiones existentes: ergo etiam non detur forma producta, quia Deus, non obstante existentia dispositionum non vult illam producere, supponuntur dispositiones existentes, quæ priores sunt determinatione agentis. Dices esse priores, & posteriores in diuerso genere, & in diuerso ordine causandi quod non repugnat, quia etiæ dari nequeat mutua prioritas adhuc in diuerso genere, quando vtraque causa physicè causat, non repugnat dari, quando vna causa physicè, & altera moraliter causat. Contra: Etsi dispositiones caudent medio influxu morali, influxus iste supponit ipsarum existentiam, non obiectus cognitam, & apprehensionem tantum sicuti finalis causa, sed physicè exercitam, & postquam in rerum natura: ergo ad hoc ut moraliter dispositiones caudent formam, supponuntur physicè existentes in illo priori, in quo possunt causare, & sunt indifferentes, vt illis contingat causalitatis iuxta propriam existentiam, vel negatio causalitatis contra eamdem existentiam: ergo forma, quæ posita aduenit postquam iam supponuntur dispositiones existentes, & cum omnibus præquisitis ad existentiam ipsarum, quia eo ipso quod præudenter existentes, præ-

videntur cum omnibus requisitis, vt existant, non potest esse vnum è requisitis vt dispositiones existant, quia antequam videretur forma, erant prævisa omnia requisita ad existentiam dispositio un: ergo non potest influere in dispositionum existentiam, quia id folūm influere in hanc, quod ad illam in aliquo genere caue prærequiritur.

**SEPTIMA CONCLUSIO:** Dispositiones, quæ à forma conseruantur, quibus excepta quantitatè reliqua comprehenduntur, in nullo genere concurrunt ad conseruationem formæ iam existentis in subiecto, neque in aliquo genere causa sunt illa priores. Hanc conclusionem tenuit docere P. Soar. qui in Metaphysic. disput. 18. sect. 3. num. 10. afferit verisimilius esse dispositiones consernari à forma, & disput. 14. sect. 3. num. 28. ait se non posse intellegere quid sit verè præparans, & aptans subiectum ad formam, & quod effectuè consequatur ipsam formam. Quod si ibid. num. 40. aliquam mutuam prioritatem, & dependentiam concedat inter dispositiones, & formam, non loquitur de dependentia mutua vtraque à priori, sed vna à priori, & alia à posteriori, sicuti forma à priori dependet à materia, & in vulgaris sententiæ materia dependet à posteriori à forma, neque aliud genus mutua prioritatis admittit inter dispositiones, & formas, vt legenti fieri perspicuum. Eamdem conclusionem expresse tradit P. Hurtadus hic disput. 2. sect. 1. subsect. 3. Confirmatur: dispositiones non sunt priores formæ in genere causa efficientis physicè ut statui conclus. 1. non in genere causa materialis physicè aptando materiam sicut illam apiat quantitas, quia nullus appetit modus, quo calor hac ratione materiam disponit, neque ratio, quæ illum suadeat, & omnino superfluus est quicunque excogitur: ergo dispositiones omnes demptæ quantitatæ, de qua non loquimur, quando influunt in formam, tantum influunt moraliter determinando principium productuum illius ad productionem eiusdem. Sed semel iam producta forma influxus iste necessarius non est ad illius conseruationem: ergo dispositiones etiam in forma productionem determinando illius principium modo dicto, nullo modo influunt in illius conseruationem. Minorem, seu hoc ultimum antecedens probo. Forma semel producta per suam entitatem petit conseruari à Deo: ergo potius mouetur Deus ad illam conseruandam propriæ formæ existentia, sicuti mouetur existentia aliarum entitatum, quarum nulla alia entitas exigit ipsarum conseruationem ad illas conseruandas, quā exigentia dispositionum, & fortiores erunt apud Deum (licet sic loqui, vt rem explicem) preces propriæ formæ ad propriam conseruationem, quam preces alienæ, videlicet dispositionum, quæ eiusdem formæ existentiam exposcunt.

Ex hac doctrina optima desumitur disparitatis ratio, cur dispositiones ita influunt in primam formæ productionem, & non in illius conseruationem. Quia forma non potest exigere suam propriam productionem, & ita ad existentiam alienam producitur: quod si ad alienam existentiam producenda est, iure producitur ad existentiam dispositionum, quæ illam exposcent: semel tantum producta forma ipsa suam exigit conseruationem, & ad propriam existentiam recte conseruari dictrur, & ita aliena existentia influxus necessarius non est. Illud quod dicitur eumdem influxum, & eadem principia requiri ad productionem, & ad conseruationem eiusdem rei concedendum est de influxu physicò, non verò de influxu morali, licet aliquo modo posset de isto concedi, quia influxus similem illi, quem præstant dispositiones ad formam producendam, præstat eadem forma existens ad ipsius conseruationem, & ita substituitur influxus formæ productæ in ipsam ut conseruandam loco influxus, quem præstant dispositiones in formam ut producendam. Quomodo aliqua entitas exigit suam conseruationem, & quo tempore, & pro quo tempore illam exigit, explico Controversiæ.

**OCTAVA CONCLUSIO:** Ad introductionem huius formæ substantiali supponitur ex parte materie carentia dispositionum ad formam oppositam. Quia si non supponeretur haec carentias, igitur, v.g. in primo instanti, in quo applicaretur ligno, introduceret suam formam, etiam si dispositiones ad formam ignis non præcessissent. Probo sequelam: Dispositiones tantum requiruntur, ut determinent principium productuum formæ ad formam producendam: sed ignis per suam entitatem est in actu priuato determinatus ad formam ignis producendam: ergo

L. 2. determini

## 400 GENERAT. Controu. I. De his, quæ generationi præuent.

deminabit Deus ut cum illo concurrat ad talen formam, etiam si dispositiones non adint, quæ petant hunc concursus. Confirmatur: Materia ut sit potens recipere formam, & in actu primo ad illam, non debet supponere ex parte actus primi dispositiones à quantitate distinctas, quia haec, ut dicebam, tantum requiruntur, ut determinetur ager ad producendam formam, & ita non supponuntur ex parte actus primi ad conseruationem, quando ad illam agens aliunde determinatur. Sed ignis ex parte sua est in actu primo ad formam producendam, quia ex se est determinatus, ut dicebam, ergo si nullum adesse impedimentum ad talen formam producendam, illam de facto producere ergo ex eo non producit illam, quia dispositiones formæ praexistentis impediunt introductionem aduenientis: ergo requiritur ablatio impedimenti, videlicet negatio dispositionum ad hanc formam, ut possit introduci alia.

**II.** Dices ignem non producere formam in primo instanti, in quo applicatur antequam præcedant dispositiones, quia materia non est determinata ad formam illam recipiendam, quam determinationem desiderat à dispositionibus præstantibus. Contra: Materia ex se indifferens ad hanc, vel illam formam recipiendam recte determinatur ab agente extrinseco determinato ad hanc producendam, & non aliam, ut patet in receptione caloris, ad quam ex parte materia determinatio non præcedit distincta ab applicatione agentis ad passum, etiam si materia ex se indifferans sit ad calorem, vel frigiditatem recipiendam: ergo eodem modo poterit determinari ad formam substantiale recipiendam ab agente extrinseco seclusa alia determinatione, quæ intrinsecè se teneat ex parte materiae.

**III.** Obiicies: Ignis ex se sufficiens est ut determinet Deus, ut cum illo concurrat ad formam ignis producendam, & ut determinet materiam ad eandem recipiendam: ergo etiam si dispositiones tota determinatio ad formam producendam ab igne procedet, & non à dispositionibus: ergo adhuc in primo instanti dispositiones non influunt in formæ productionem. Respondeo: ignem ex se esse sufficiens determinatum ad productionem formæ, nihilominus quando coniungitur cum dispositionibus habentibus similem virtutem determinatum, in actu secundo determinationem procedere à dispositionibus, & ab igne, quæ tantum ab igne procederet, si dispositiones absent, & tantum à dispositionibus, si absent agens ex se determinatum ad talen productionem, ut contingit in omnibus generationibus, quæ procedunt à causis viueris, & indifferenter ad diversas formas producendas. Quod si dispositionibus negemus hanc determinationem in præsentia formæ exigentis suam conseruationem, id facimus, quia exigentia formæ est respectu actionis terminata ad se ipsum, exigentia vero à dispositionum respectu actionis terminata ad formam distinctam ab ipsis dispositionibus, exigentia vero ignis intendit produceri alium ignem, & exigentia dispositionum respectu productionis eiusdem ignis respicit actionem terminatam ad formam distinctam ab utroque principio exigente, & ita utriusque ex quo debetur illa actio, & intuitu utriusque dari congruit.

Ratio à priori, propter quam carentia dispositionum formæ opposita ad receptionem huius requiritur, hæc est: Ad hoc ut materia determinetur ab agente extrinseco ut recipiat hanc formam, & non illam, debet ex se supponi indifferens ad receptionem huius, vel illius, & non determinata ad formam oppositam illi, quam intendit agens: ergo debet non habere dispositiones ad formam ligni, ut in actu primo determinetur ab agente extrinseco ad recipiendam formam ignis. Antecedens probo: Determinatum extrinsecum non potest præualeare contra intrinsecam determinationem, neque vim habere, ut subiectum intrinsecè determinatum ad hanc formam determinet ad aliam oppositam: ergo determinatio procedens ab extrinseco, debet supponere subiectum saltē indifferens, vel non determinatum ad oppositum. Consequentia est legitima, quia dispositiones ligni determinant subiectum ad formam ligni: ergo vt tale subiectum non sit determinatum ad formam ligni debet non habere dispositiones ad illam, & ad hoc, ut subiectum habeat ralem indifferenter ad aliam formam, debet non habere dispositiones ad aliam oppositam. Dices: quando subiectum est calidum, est determinatum ad calorem per ipsum calorem, & tamen non

supponitur negatio huius determinationis, ut agens extrinsecum illud determinet ad frigiditatem recipiendam: ergo ad hoc ut agens extrinsecum determinet subiectum ad recipiendam formam ignis, non debet supponi negatio determinationis ad aliam formam. Respondeo: subiectum per calorem esse determinatum ad calorem in actu secundo per ipsam receptionem caloris, non vero esse intrinsecè in actu primo determinatum ad calorem per aliquid, quod calorem præcedat intrinsecè ex parte actus primi determinans subiectum ad receptionem caloris, dispositiones vero determinare subiectum ad formam intrinsecè, & per modum actus primi præcedentis ipsam formam, quod determinatio intrinsecā per modum actus primi præcedat intrinsecā per modum actus primi, & ita non potest ab hac determinatio in actu secundo, quæ est formæ productio procedere, non quia impeditur per determinationem in actu secundo ad oppositam formam, quia est informatio formæ contraria, quæ expelleretur ab aliam aduenientem, sed quia impedit determinatione intrinsecā per modum actus primi ad formam oppositam, hoc est dispositionibus exigentibus formam contrariam.

Ex his concludo dispositiones esse priores ad formam producendam, in quam naturaliter influunt, ex eo quod intuitu illarum Deus formam producit, quod genus cause ad causam efficientem reduci solet, dicitur autem concretere in genere causæ materialis impropriæ, quia influxus iste oritur ab illis quatenus materiam afficiunt. Sunt etiam in hoc primo instanti medietate priores formæ, quatenus in illo expellunt dispositiones contrarias, & cauunt illarum carentiam prærequisitam ad formæ introductionem, quae carentia dicitur prior formæ, quatenus ad illam prærequirit non propriæ, & positiæ, quia negatio non potest habere prioritatem, seu influxum positivum, in formam, sed tantum negatiæ, quatenus ablatio impedimenti, quo non ablato forma non ponetur. Hunc influxum remotum præstant dispositiones in genere causæ formalis, in quo alias expellunt, medio tamen influxu negatiæ, seu non impedimento: quod si ad aliquod genus causæ, ad materiale recte reducerit, quia materia est, quæ in ordine ad suam causalitatem expedita intelligitur per illam carentiam dispositionum.

In secundo instanti conseruationis dispositiones immediate non influunt in formam, ut supra dixi, neque mediæ, quia etiam in hoc secundo instanti forma dependeret, sicut in primo à negatione dispositionum ad formam contrariam, quæ à propriis dispositionibus in primo instanti processit, cum hac negatio non dependeat in conservari à propriis dispositionibus, non possunt media illa dispositiones influere, quia causa remota tantum influit media proxima, dum hæc ab illa dependet, ut dicebam. *Physic. Cont. 56. Punct. 2.* Addo in secundo instanti conseruationis non dependere formam à carentia dispositionum ad aliam formam, quia in primo tantum dependebat ut subiectum esse determinabile ab agente extrinseco ad formam recipiendam, in instanti vero conseruationis non requiretur determinatio ab agente extrinseco procedens, quia ipsa forma exigenus suam conseruationem exigit recipi in materia in mensura, in qua exigit conservari.

Obiicies: Forma non dependet in conservari à propriis dispositionibus, neque à carentia dispositionum ad aliam formam: ergo etiam si materia priuaretur suis dispositionibus & informaretur dispositionibus formæ contrarie, si hæc non produceretur perseveraret in materia sic affecta. Facile esset consequiam negare in doctrina Patris Soar. & Hurtadi, qui etiæ nobiscum supra negent formam dependere in conservari à suis dispositionibus à priori, quod nos hucusque propugnauimus, affirmant dependeret in conservari abillis à posteriori, & ita non posse sine illis subsistere, sicuti multi de materia prima reflectu formæ censem: verumtamen ego confiteor quantum concedo, quia dependentiam hanc à posteriori, de qua disputauimus libro secundo *Physicorum*, *Controversia secunda*, *Puncto septimo*, difficile concipio, & quia consequens verum esse existimo, & de facto contingere quando materia minor minima requiriatur ad formam viventis habet omnes dispositiones in illa requiritas ad formam viventis introducendas, quæ non introducitur, donec sit disposita tota materia, quam requirit vivens, in qua casu forma seniens, vel embrionis remanet in illa parte.

parte materiæ dispositæ ad formam, & carentis dispositio-  
nibus illius formæ, quam tunc retinet, alias tunc materia  
existeret absque omni forma.

## CONTROVERSIA II.

*De generatione substantiali.*

**N**OMEN generationis tam accidentalem, quam  
alterationem vocamus, & substantialiem, quæ  
nomen generationis sibi arrogat, in tota sua  
latitudine sumptum comprehendit. In hac Contro-  
uersia tantum de generatione substantiali, quæ sim-  
pliciter generatio dicitur, sermo instituetur.

## PUNCTVM PRIMVM.

*Quid sit generatio?*

**P**hilosophi, quos retuli libr. i. Physic. Controversiæ 3.  
Punct. 4. afferentes formas quasi soptas perpetuæ ma-  
terie inesse, dicebant nullam dari generationem substan-  
tiali, verum tamen cum ibi probauerim nouas produ-  
ci formas substanciales, & has materia præexistenti vniri  
media vnione superaddita, quod euici Controversiæ 4.  
Puncto 1. & formas has, & vniōnem non creari, sed educi  
ex potentia materiæ, de quo Controversiæ 3. Puncto 4.  
manifestè concluditur dari generationem substanciali,  
ex vi cuius producitur saltem vniōnis modus, & resul-  
tat totum compositum genitum, quod ostendunt omnes  
experiētia, atque rationes, quibus probauimus dari for-  
mas substanciales. Neque in hac re demonstranda amplius  
oportet immorari.

Aristot. 3. Physic. cap. i. text. 14. ita generationem descri-  
pit: *Generatio est via ad natum. & lib. 8. cap. 7. text. 62. Ge-  
neratio est mutatio de non ente ad ens. & lib. 1. de generat. c. 4.  
text. 23. hoc habet: um verò totum mutatum, & nihil sensibile  
vi eiusdem substantium renatur. Ex quibus definitionibus hanc  
ad mentem Philosophi Theologi compingunt: Generatio  
est mutatio totius in toto nullo sensibili permanente ut subiecto  
etiam. Qui dicebant 1. Physic. Controversiæ 1. Generationem  
essentialiter dicere formaliter vt generationem priuationem,  
vt terminum à quo, afferunt generationem es-  
sentialiter definiiri per mutationem, & hanc esse de illius  
essentiâ, ita ut si in eodem instanti temporis creetur ma-  
teria, & in eodē producatur forma, & vno dependenter à  
materia, harum productio non sit generatio, sed eductio,  
& totum non genitum, sed eductum denominetur. Hi du-  
plici ratione possunt suam explicare sententiam, possunt enim  
afferere hanc physicam actionem, quæ modo est mu-  
tatio, & dicunt generatio equi, secundum suam intrinsecam  
entitatem connotare priuationem forma preceden-  
tem in materia, ita ut si priuatione illa non præcessisset, non  
hac numero actio, quæ essentialiter est generatio subsi-  
steret, sed alia loco illius, quæ non esset generatio, sed  
eductio. Aliòve modo possunt afferere hanc eandem spe-  
cie, & numero actionem, ex cuius forma equi modo gi-  
ginitur, cum præcessit priuatione futuram esse, etiam si priua-  
tio in materia non præcessisset, non tamen dicendam esse  
generationem, quia generatio non solum dicit intrinsecam  
entitatem actionis physicæ, sed addit supra hanc priuationem  
præexistentem in subiecto, ita ut eademmet actio, quæ  
in prima mundi generatione producta fuit forma elemen-  
ti in eodem instanti, in quo materia fuit creata, & eductio  
dicitur, & non generatio ex defectu priuationis præex-  
istentis, posset esse generatio, si priuatione forma præcessisset  
in materia prius tempore creata.*

Prior dicendi modus grauius reprehendendus est, quām  
posterior, quia sine fundamento, & contra rationem bona  
Philosophia dicitur Physicam entitatem actionis intrinsecæ  
esse connexâ cum priuatione termini in subiecto præ-  
existenti, quod ex duplice capite repugnatiam involuit.  
Primo, quia priuatione est ens negativum, quod est non esse  
ens, & propriè non esse: ergo non potest ab illa dependere  
entitas positiva, & physica actionis, quæ enim connexio

Franc. de Ouedo, Philosopher. Tom. I.

inter esse, & non esse, seu inter positiuum, & præstatuum  
esse potest? Dices formam positiuam affensus connecti cum  
negatione diffensus, ita ut sine haec iuxta communioram  
sententiam illa non possit subsistere, ac proinde recte pos-  
se rem positiuam cōnecti cum ente negatiuo, seu cum ne-  
gatione. Non ad rem, quia affensus dicit negationem dif-  
fensus, quatenus opponitur cum habitu illius negationis,  
videlicet cum diffensu, cum quo in eodem subiecto con-  
iungi nequit, & cum non possit in subiecto in instanti rea-  
li temporis non coniungi, vel cum diffensu, vel cum illius  
negatione, eo ipso quod affensus non coniungatur cum  
diffensu, cum illius negatione cōiungendus est, & hac tan-  
tum ratione possunt entia positiua esse connexa cum ne-  
gationibus, quatenus oppositionem habent cum habitibus  
illarum negationum. Ex hac doctrina vires resumit ratio  
nostra. Hæc actio physica nullam oppositionem habet cum  
termino ut existente, neque ut præexistente: ergo nullam  
connexiōnem habet cum illius negatione: oppositionem  
non habere cum termino ut existente perspicuum est, cum  
potius oppositionem habeat essentiālē cum illo: non il-  
lam habere cum termino ut præexistente ex eo solum ef-  
ficaciter effet probandum, quod nullum caput huius oppo-  
sitionis excogitari potest, id tamen positiū probo, & clari-  
rē ostendo physicā entitatem actionis, que generatio di-  
citur, nullam cōnexiōnem habere cum priuatione præex-  
istente. Actio physica actionis eadem est in primo instanti,  
in quo dicitur productio, & in secundo, in quo conservatio  
appellatur, sed in instanti, in quo dicitur conservatio,  
exsistit, quin immediatè anteā præcessit priuatione termini:  
ergo in instanti, in quo dicitur prima productio posset  
existere, etiā immediatè anteā non præcessit priuatione  
termini: ergo in illo instanti connexiōnem non habet cum  
priuatione immediatè anteā præexistente. Secundū impu-  
gnatur hæc connexio, quia etiā nisi inter priuationem, &  
positiū admittatur connexio, hæc vanè fingitur respe-  
ctu termini non existens, sed iam præteriti, quia id quod  
præterit in ordine ad id, quod modo est, perinde se habet,  
ac si nunquam fuisset.

Poterior modus defendendi generationem esse essenti-  
aliter mutationem minus à veritate aberrat, neque po-  
test rationibus philosophicis impugnari, quia tantum dif-  
fert à sententia, que defendit generationem non esse mu-  
tationem in modo loquendi, quia de rebus physicis secun-  
dū se sumptis idem iudicium fertur, etiā dicatur genera-  
tionem non esse essentialiter mutationem, siue oppositum  
defendatur, dum semel concedatur hanc physicam actionem,  
que generatio dicitur accidentaliter esse mutationem,  
& potuisse eamdem non habere hanc mutationis denomina-  
tionem, etiā tunc simul cum illa ratio generationis illi  
defuisset. Impugnandus tamen est hic dicendi modus, quia  
rationem formalem ultimam constituentem generationem  
constituit in ratione quadam extrinseca actioni superaddi-  
ta, que ab illa potius deficere, & iuxta illum nulla datur  
actio, que intrinsecè sit generatio, cum omni actioni ratio  
mutationis, quam essentialiter dicit generatio, accidentaliter  
contingat. Quod si hæc tantum ad modum loquendi  
pertineant, tamen absurdè dicuntur, quia totius scholæ  
cōsensus actiones generatiuas agnoscit, quæ intrinsecè, &  
per suas entitates physicas, & per prædicata intrinseca ip-  
parum actionum generationes constituuntur. Secundū im-  
pugnatur hic dicendi modus. Productio Verbi diuini es-  
sentialiter est generatio, ut docet fides, & tamen non est  
mutationis ergo de ratione generationis non est mutationis.

Respondent nonnulli: Generationem Verbi non esse  
mutationem, quia repugnat in diuinis dari mutationem,  
qua in creatis non repugnat. Fatoe in diuinis mutationi-  
bus repugnare, & implicare processionem Verbi esse mu-  
tationem, sed ex hoc capite argumentum desumo. Quo-  
tiescumque repugnat in diuinis, seu in alio quoquinque  
formalitas aliqua repugnat illud quod formaliter cōstituitur  
per talen formalitatem: ergo si generatio constitueret  
formaliter per mutationem eo ipso quod repugnaret  
processionem Verbi ratio mutationis, eidem repugnaret ra-  
tio generationis: sed non repugnat ratio generationis tali  
processione, potius illam dicit essentialiter, & illi repugnat  
ratio mutationis: ergo generatio formaliter, ut generatio  
est non dicit mutationem. Respondent alij mutationem  
esse de conceptu essentiali generationis creatæ specie  
sumptæ, non verò de ratione generationis abstrahentis  
à creatâ, & increata. Contrâ: de conceptu generationis

L 1 3 abstr

abstrahentis à generatione creata, & increata non est ratio formalis mutationis, sed ratio illa communis non includens mutationem, quae contrahitur ad increatam, qualis est generatio Verbi per differentiam non incidentem mutationem, potest contrahi ad creatam per differentiam contractam illius rationis communis, ex vi cuius constitutatur species distincta à generatione increata Verbi, quae differentia non dicat rationem mutationis: ergo de ratione generationis creatæ non est ratio mutationis, cum haec non includatur in conceptu generationis, neque in conceptu creaturæ contrahente conceptum communem generationis, & constitutiva speciem distinctam à generatione Verbi. Confirmatur: Generatio Verbi increati procedens à Patre increato, & ingeniō, & generatio huius hominis procedentis ab alio homine conuenient vniuersitate in ratione communis generationis, in qua non includitur ratio mutationis, sed secluso conceptu mutationis à generatione hominis remanent plura predicata, per qua posset contrahi illa communis ad rationem specialem generationis creatæ hominis essentialiter differentem à generatione Verbi: ergo de ratione generationis finita respicientis terminum, & principium creatæ ut distinctæ à generatione Verbi respiciente terminum increatum, & principium impropositum non est ratio formalis mutationis. Major negari nequit, minor est per se nota, quia eo ipso quod generatio hominis concipiatur a principio creato in terminum creatum erit contrafacta ratio illa communis generationis ad rationem specialem essentialiter differentem à generatione Verbi: Consequens est legitima.

**6** Hæc argumentandi forma plurimum obseruari oportet quod volumus transferre rationem aliquam ex Deo ad creaturas, & ex creaturis ad Deum in qua primò statuenda est ratio communis illius entitatis abstractoris à ratione creatæ, & increatae, & contrahenda præcisè, per id, quod formaliter addit supra illum conceptum ratio entis creati, & increati nulla alia formalitate dépta, vel posita, & sic contra videndum est an Deo, vel creatura possit copetrere: v.g. inquirimus an in Deo remunerante merita hominum reperiatur proprius iustitia actus, non debemus prædicatum aliquod demere, vel addere iustitia diuina distincto, à iustitia creata præter prædicatum entis ab alio, quod à iustitia diuina relegandum, & entis à se, quod illi tribuendum est tangamus immediate contractum rationis communis iustitiae, quod si nullo alio prædicato dimpto, aut ablato ratio illa iustitia in Deo nullam dicat imperfectionem, admittenda est: si vero illam includat, dicendum est taliter actum non reperiiri in Deo, non enim licet dicere iustitiam increatam diversa prædicata dicere, quā iustitia creata præter rationem entis à se, alia nihil effet firmum ad cognoscendum an possit virtus aliqua, quæ in creaturis admittitur in Deo concedi, enim diversa prædicata constitutiva habeant virtutes in Deo, & in creaturis, posset quis quamcumque virtutem in Deo fingere, & dicere Deum esse humilem, & cum illi obiceretur humilitatem dicere defectum aliquem ex parte subiecti, qui repugnat Deo, respondere hunc tantum competere humiliati creatæ, & non humiliati increatae, & ita his omnibus questionibus via occluderetur, & quilibet posset inter virtutes creatas, & increatas pro libito differentiam excogitare.

**7** Posset aliter dici generationem non esse essentialiter mutationem, quia esse formaliter mutationem, etiæ necessariò annexum esset cum actione, semper est aliquid illi extrinsecum & superadditum, negotio enim præcedens, que est de ratione constitutiva mutationis semper ab actione distinguitur, sed tantum habere ex se petere negationem præexistentem, ex vi cuius constitutur in esse mutationis quod est exigere constitui in esse mutationis, quæ exigentia separari non poterit ab ipsa actione, quæ intrinsecè est generatio; licet ab illa ratio mutationis actualis possit separari, saltem de potentia absoluta, quia potest Deus contra illius exigentiam actionem illam exercere sine eo, quod illam præcesserit negotio. Posset modus iste suaderi ex eo quod generatio substantialis petit non introduci quovsque materia sit ultimè disposita, & cum materia successivè disponatur, sic forma petit introducei postquam materia fuit illa priuata in illa mensura, in qua dispositiones fuerunt introductæ. Hunc dicendi modum impugnant rationes adductæ supra, quibus ostendi actionem generatiuum nullam connexionem posse habere cum pri-

uatione præexistente, quæ eodem modo euincunt nullatalis negationis exigentiam habere posse. Fundamentum defumptum ex dispositionibus firmum non est, quia dispositiones ex secluso contrario, quod per accidens subiecto in instanti possunt introduci in materia, & cum forma possit, & petat introduci in eodem instanti temporis, in quo est ultima dispositio in instanti temporis, in quo primo materia producitur possunt produci dispositiones omnes, & possunt educi forma & modus vniuersis ex potentia materie.

Ex his inferes rationem mutationis accidentaliter generationi competere, & primas elementorum productiones, in quibus materia cum priuatione non præcessit, esse generationes, etiæ ratio mutationis illis non conueniat. De generationibus, quæ modo contingunt vulgo dicitur omnes esse mutationes, excipiendæ rāmen sunt generationes, quæ sunt quād corrupti: accidentibus Eucharistis producitur nouum substantiale compositum, quia tunc in eodem instanti temporis, in quo producitur formatum, creator materia, ex qua forma educitur, vel eadem, que in consecratione panis fuit annihilata vel alia nova, quod parum refert, quācumque enim sit non præcessit cum priuatione formæ in materia immediatè antecedente ipsius forma priuationem.

Neque in hac re de authoritate Philosophi, qui generationem per mutationem definit curandum est, quia deducebat generationem omnem esse mutationem, ex erre, quo stupiter deceptus est censens mundum fuisse ab æterno, & idē consequenter iudicabat ante quālibet generationem materiam præcessisse priuatam formam genitam.

Addo quod etiam generatio essentialiter diceret mutationem accidentaliter importaret esse mutationem totius in totum, quia ad rationem mutationis non requiritur præcessisse totum, sed tantum præcessisse materiam priuatam formam, quod fieret si materia absque omni forma prius tempore existisset. Adhucque quando totum præcessit non est de ratione totius geniti destrui totum precedens, quia eris permaneret antiqua forma ligni in materia, cui denuo forma ignis vnitur, ignis genitus idem omnino effet, etiam lignum antiquum permaneret, & materia communis effet forma ignis, & forma ligni. Ex quo inferes illud *totius*, in definitione positum significare materiam accidentalem & extrinsecam toti geniti, quæ constitutionem non ingreditur, neque ad illud aliquo modo pertinet, potius definisit esse cū primò existit totum genitum. Particulam illam nullo sensibili permanente, explicat Thomistæ qui censem resolutionem fieri vilque ad materiam primam de accidentibus sensibili totus corrupti, quorum nullum remanere affirmant, cū totum nouum gignitur, verumtamen cum nos censemus rationem resolutionem accidentium nequitiam fieri, prædicant particularum explicamus de toto concreto sensibili, seu composto antiquo, quod non remanet, de quo dixi Controv. i. punct. 3, in fine.

Essentialiæ definitionem generationis totius substantiæ his claudio: *Productio compositæ dependens à subiecto usquam à causa materiali. Quod si velis definire non solum generationem compositæ, sed etiam formam, si hæc distinguuntur generatione totius, hanc tibi definitionem confice: Productio substantiæ dependens à subiecto tangam à causa materiali.* Verbum productio gerit vices generis: per ly *compositæ* prioris definitionis, & *substantiæ* posterioris excluduntur à priori & posteriori definitione generationes accidentales & à priori generatio formæ si distinguuntur à generatione totius per ly *dependens*, &c. excluduntur omnes creationes totius substantiæ & cuiusvis partis spectantes ad illud.

Inquirunt hic nonnulli an productio formæ sit propria generatio, quibus respondeo productio generationem formæ dependentem à subiecto esse propriam generationem formæ, & formam propriè dici genitam. Respectu compositi cum distinctione loquendum est: si ex vi eiusdem actionis producitur formæ, & vno, productio formæ materialiter sumpta propriè est generatio, quia formalis totius generatio constit in generatione vniuersis, ac proinde quālibet productio cum hac identificata realiter erit generatio. Si vero per diuersam actionem producatur forma, & modus vniuersis, generatio formæ non dicitur generatio totius, quia sine ista poterit illa existere, posset enim generatio formæ, & non produci modus vniuersis, quo casu effet generatio formæ, & non effet totum genitum, ac proinde non effet.

est totius generatio, ex quo infertur generationem forma tunc existentem non esse totius generationem. Ob eandem rationem aservo casu, quo forma & vno per eandem actionem producantur, talem actionem dici formaliter generationem totius, non quatenus est generatio formæ, sed formaliter quatenus est generatio vniuersitatis, quia sicut ex positione vniuersitatis, & non ex positione formæ resultat compositeum, & sicut ex actionibus realiter distinctis, quarum una determinatur ad formam, & alia ad vniuersitatem, actio illa, qua recipit vniuersitatem, & non illa, qua recipit formam dicitur productio totius; sic quando identificantur productio formæ, & productio vniuersitatis, formalitas illa, ex vi cuius actio illa dicitur productio vniuersitatis, & non illa, ex vi cuius est productio formæ, dicitur totius productio, & generatio, si actio generativa sit.

Propter rationem supradictam iure dicitur hominem digni ex eo præcisè, quod dignatur illius vniuersitatis modus, etiam materia, & forma eiusdem hominis creantur, & ob eandem rationem dicendum videtur compositum creatum, si illius vniuersitatis modus creator, etiam eiusdem forma esset educta; verumtamen dici potest totum esse creatum dicere non esse dependens à materia ratione aliquius constitutui essentialiter, quia creatum, & independens à subiecto idem sunt, ac proinde totum creatum debet esse independens, & tale non erit totum, cuius forma dependat à materia, quia eo ipso quod forma dependeat à materia, totum per formam constituitur essentialiter dependens ab eadem materia, quia dependentia formæ refunditur in totum, quod implicat existere sine forma, cum qua inadæquatè identificatum est, & per quam formaliter constituitur. Ex hac ratione rectè redditur disparitas propter quam totum tantum ratione vniuersitatis genitè genitum dici possit, & ratione create vniuersitatis non valet dici creatum: adhuc enim vt totum dependentiam habeat à subiecto, quod dicit generatio, sufficit illam habere quodcumque ex his, quae ad illius constitutionem pertinent, ad hoc vero vt independentia ponatur, qua gaudere debet terminus creatus, necesse est nihil ad illius constitutionem essentialiter pertinens à subiecto dependere.

## P V N C T V M I I .

## An generatio ab alteratione distinguatur.

**T**homistarum sententiam multi non esse putant illam, quam defendant alijs Scholæ auctores, vel illi qui ex animo Angelici Doctoris doctrinam reuenerunt, illiusque mentem in omnibus sincèrè assuefi affectant, à qua raro grauissimis rationibus duci, vel nunquam discedunt, tamen in Thomistarum numero non admittuntur, quia Angelicum Doctorum in se ipso & non in quibusdam vetustis, apud quos mentem Angelici Doctoris volunt esse depositum reuenerunt. Hac forsan ratione recentes quidam qui se Thomistas appellant, defendant generationem ab alteracione non distinguunt sequenti Caetan. i. part. quest. 15. art. 3.

**O**pposita sententia communis est in Sholis, quam defendant nostri Auctores sequuti D. Thomam multis in locis, præcipue in quest. de potentia quest. 3. art. 3. quem huic sententia patrocinari multis testimonitis efficaciter probat recens quidam intrinsecus Thomista hic quest. 1. art. 3. Eandem sententiam defendant Capr. qui delubra Shole Thomistarum penetravit in 2. distinct. 3. quest. 1. art. 3. & alij apud nostros Conimbr. lib. 1. cap. 2. quest. 12. art. 3. Assentior huic sententia, quam efficaciter probo: Generatione non identificatur cum alteracione, que fuit in instanti præcedenti generationem; non cum illa qua est in eodem generationis instanti: ergo cum nulla. Non identificari cum alteracione præcedenti probo: Alteratio præcedens existebat generatione non existente: ergo alteratio illa, & generatio distinguuntur, separatio enim evidens signum est distinctionis. Secundò in Thomistarum sententia alteratio illa tota corrupitur in instanti, in quo existit generatio: ergo non potest identificari cum generatione, implicat enim ex duabus actionibus realiter identificari unam definire esse, & aliam existere in eodem instanti temporis. Generationem non identificari cum alteracione, que est in instanti generationis sic probo.

In nostra sententia, qua asserit in generatione permanere

accidentia, que immediatè antea præcesserant, alteratio, qua est in instanti generationis, præcesserat secundum maiorem sui partem, & tamen non præcesserat generatione: ergo generatione non identificatur cum tota alteracione, qua præcesserat: ergo si cum aliqua alteracione potest identificari est cum alteracione, qua tunc sit, qua est ultimum complementum dispositionis ad formam genitam: verbi gratia, cum productione sexti gradus caloris, si ultima dispositio ad formam est calor, ut lex, sed productio illius ultimi gradus, & productio aliorum præcedentium sunt eiusdem speciei: ergo si productio primorum graduum non est productio substantiae, vt verè non est, neque productio ultimi gradus erit productio substantiae, neque illius generatione. Secundò in Thomistarum sententia dispositiones ad formam recipiuntur in toto: ergo si per eandem actionem producuntur dispositiones, & producuntur forma, forma recipiatur in toto composite, & toto compositum, & non materia se habebit vt causa materialis formæ. Probo consequentiam: Eatenus dependet terminus actionis ab aliquo principio, quatenus actio procedit immediatè, & per se ipsam ab illo, neque aliud est formaliter hunc calorem dependere ab igne tanquam à principio actiuo, & ab hoc ligno tanquam à principio passiuo, quam hanc causalitatem, seu actionem per quam ignis ponitur extra causas procedere immediatè tanquam à principio actiuo ab hoc igne, & tanquam à principio passiuo ab hoc ligno: ergo ab illis principiis dependebit forma, à quibus dependet causalitas, ex vi cuius ponitur extra causas: ergo si ex vi alteracionis ponitur extra causas ab illis dependebit, à quibus alteratio dependet: sed alteratio dependet à toto tanquam à causa materiali: ergo forma dependet ab eodem toto tanquam à causa materiali.

Respondebis alteracionem recipi in toto composite formaliter quatenus est productio qualitatis, non verè quatenus est productio formæ. Contra: productio qualitatis, & productio forma substantialis vel distinguuntur realiter, vel tantum formaliter, & per rationem: si distinguuntur realiter, alteratio, qua est productio qualitatis distinguuntur, à generatione, que est productio formæ substantialis. Si per rationem tantum distinguuntur, implicat physicè, & realiter non eodem modo vranque dependere, scilicet implicat dependere ab hoc principio prædicatum rationalis, & non ab eodem dependere prædicatum animalis cum illo identificatum, distinctione enim rationis, & fictitia conducere nequit, vt aliquid physicè conueniat alicuius extremo per rationem distincto, & realiter identificato, quod non conueniat alij eodem omnino modo. Secundò respondebis formam substantialiem non dependere à toto composite, etiam dependeat ab illo alteratio, ex vi cuius producitur, quia implicat dependere ab illo: qualitatè vero per eandem actionem productam dependere à toto, quia capax est habendi hanc dependentiam. Solutionem hanc in simili reieci lib. 3. Physic. Controvers. 13. puncto 3. ubi probauit non posse creationem recipi in Angelo tanquam à principio materiali, quia Angelus est principium materiae sui ipsum, scilicet si ego essem principium actionis, ex vi cuius producor, me ipsum producem, & id est si repugnat me produci à me ipso, repugnat meam actionem productuam à me efficienter procedere. Si similiter fateor repugnare formam recipi in toto composite, quia recuperetur in se ipsa, & quia totonc constitutum per formam supponeretur ad ipsam formam, quæ manifestam inuoluunt implicationem, verumtamen ad hæc absurdum reducuntur, qui affirmant alteracionem produci per eandem actionem, per quam forma producitur.

Eandem sententiam ex principiis ab omnibus admissis manifestè euerit. Alteratio disponit materiam ad formam recipiendam, & per terminum alteracionis est materia disposita ad formam recipiendam: ergo terminus alteracionis est formaliter dispositio ad formam substantialiem, seu ad illius generationem: ergo generatio distinguuntur ab alteracione. Probo consequentiam: Nulla qualitas disponit formaliter ad actionem, ex vi cuius producitur, alias disponeret ad se ipsum in subiecto recipiendam: sed qualitas disponit ad actionem, per quam producitur forma substantialis: ergo actio, per quam producitur forma substantialis distinguuntur ab actione, per quam producitur qualitas disponens: ergo generatio, que est productio formæ substantialis distinguuntur ab alteracione, que est productio qualitatis. Neque potes dicere qualitatem disponere

ad formam substantialiem, & non ad actionem, per quam producitur talis forma, quia dispositio, quæ est in subiecto non est ad formam secundum se, sed ad formam ut existentem in subiecto disposito, & vt receptam in illo: ergo ad ipsam formam receptionem. Rursus dispositio determinat productionem formæ substantialis, & est prior illa: ergo dispositio supponitur ad productionem formæ substantialis: sed non supponitur ad productionem sui ipsius: ergo productio formæ substantialis distinguitur a productione qualitatis: ergo generatio ab alteratione. Ultimò in omnium sententia postquam iam producta est ultima dispositio potest Deus suspendere concutum, & non ponere formam genitam: ergo generatio formæ distinguitur ab alteratione. Probo consequentiam: Generatio non potest esse adhuc de potentia Dei absoluta sine forma genita, sed alteratio potest esse sine forma genita: ergo alteratio non est generatio.

**5** Hac argumenta ita vexant patrones oppositorum sententias ut illis fixum aliquem modum illam defendendi non permittant, idèo in variis dicendi modos diffrahuntur. Afferunt plerique ex recentioribus formam genitam non fieri per aliquam actionem, neque identificatam, neque distinctam ab alteratione, sed procedere posita alteratione, per quamdam naturalem resultantiam, seu simplicem emanationem, & in hoc sensu verum esse alterationem non identificari adiquam cum generatione, quia generatio dicit alterationem, & simplicem illam emanationem, quarum cum alterio sit actio, & non simplex emanatio, verum est dicere actionem generatiuam, hoc est inclusum in generatione, non distingui ab alteratione, quia generatio nullam dicit actionem distinctam ab alteratione, licet præter alterationem dicit simplicem emanationem, quae formaliter non est actio. Alij ut religiosus defendant alterationem non distingui à generatione, assertur alterationem addere ad rationem generationis emanationem illam non tanquam quid pertinens ad rationem formalem generationis, sed tanquam terminum, quo posito alteratio incipit per se ipsam esse generationem, & exercere munus generationis.

**6** Multa in hac doctrina involuntur valde difficultia, quæ multis impugnare, si non illa proprio difficultatis pondere iam inspicere coruentia. Nonnulla euoluam, ut illorum difficultas appareat. In primis falsum est positis dispositionibus formam substantialiem non per actionem distinctam, sed per emanationem ab ipsa indistinctam resulbare, quod sic probo: forma hæc necessariò dependet physice tanquam à vera causa physice influente ab aliquo principio effectivo, quo posito inquirō, an dependeat tantum à dispositionibus vel ab alio principio: si tantum dependet à dispositionibus per hanc simplicem emanationem à se indistinctam sequitur, per suam etiam habere dependere ab his dispositionibus: ergo implicat non dependere ab illis: ergo implicat formam hanc produci, neque existere sine his dispositionibus: Consequens est falsum: ergo & antecedens. Consequentiam probo. Quidquid entitati conuenit per se ipsam absque alio superaddito non potest ab illa separari: ergo si forme conuenit per se ipsam dependere physice à dispositionibus tanquam à principio physico per se influente, non potest non ab illis dependere, sicuti non potest actio non dependere à suo principio effectivo, neque effectus identificari cum actione per se ipsam à principio effectivo procedente à tali principio aliquando non dependere. Dices doctrinam hanc esse veram de his, quæ procedunt per actionem, non verò de his, quæ per simplicem emanationem procedunt: sed nihil ad rem, quia omnis simplex emanatio ut poscea dicam est vera actio, deinde quia ratio prædicta eodem modo probat de actione, & de simplici emanatione. Si dependet ab alio principio distincto à dispositionibus sive creato, sive à Deo non solum ut causa prima sed specialiter influente in formam, probo dependere ab illo media causalitate distincta à dispositionibus, & distincta ab ipsa forma. Id per quod principium effectuum formaliter constitutur efficiens terminum, & nihil aliud ab hoc distinctum est causalitas, ex vi cuius terminus efficiuntur: principium effectuum formæ non constitutur formaliter efficiens formam per dispositiones: ergo dispositiones non sunt causalitas, ex vi cuius forma efficitur. Minorem admittunt omnes: Minorem probo. Positis dispositionibus potest de potentia absoluta principium formæ effectuum

non efficiere formam: nullus enim negat posita ultima dispositione posse Deum non producere formam: ergo non constitutur formaliter efficiens per dispositiones, quia implicat existere principium effectuum, & id per quod formaliter constitutur efficiens, & non constitutur formaliter efficiens. Dices dispositiones exercere minus causalitatis, & actionis posito termino tanquam connator. Millies contra hæc connotata argumentum sum, nullo sapientiatione repetitum ex identitate forma posito hoc vel illo connotato, quæ semper eadem præstabit semper eundem effectum, quem præstat per se ipsam, & speciale aliam contra hanc materiam adduco: vt dispositiones exerceant munus actionis debent supponere terminum existentem: ergo productum, ad quid ergo posita actum agent & veniet actio, quando terminus illius effectus est? Formam dependere per causalitatem superadditam à principio effectivo sic probo: forma materialis indifferens est vt dependeat per causalitatem, quæ sit creatio, vel per causalitatem, quæ sit generatio: ergo neutra identificatur cum forma, siquidem quilibet illarum per se sumptu potest à forma separari. Rursus forma materialis indifferens est, vt dependat ab hac vel ab illa materia ergo dependet à materia per causalitatem superadditam: sed per eandem causalitatem dependet à materia, & à causa effectiva ergo dependet ab utraque per causalitatem superadditam. Ultimò, productionem formæ non esse simplicem emanationem, quia est actio transiens, & quis supponit præter principium actuum, & passuum dispositiones ex parte subiecti, constabit ex his quæ dicam Controverz. 2. de anima puncto 2. vbi conceptum simplicis emanationis explicabo, & statuam simul contra hunc dicendi modum simplicem emanationem esse veram actionem, quod facile euincitur, ex eo, quod est id, per quod formaliter principium effectuum efficiens constitutur.

Ex his constat formam (idem dico de modo unionis) 7 produci media causalitate superaddita distincta à dispositionibus, ex vi cuius formaliter est producta dependenter à materia, & formaliter genita, quia generatio nihil aliud est, quam productio termini, ex vi talis productionis à materia dependentis.

Si velimus argumenta oppositorum sententias dissolue, 8 neque unum inuenimus, quod vel leuem nobis ingrat difficultatem. Obiiciunt Thomistæ inferri ex eo quod generatio sit distincta ab alteratione substantiali est immediate operativum, vel substantiali operari interuenit accidentem. Respondeo hoc ultimum defendere plurimos Thomistas, primum nos cum alii plurimi tradidisse in Physicis. Mitto in omnium opiniones assignandum esse principium effectuum formæ genitæ de quo est eadem difficultas, ac de principio generationis superaddita.

Obiiciunt secundum. Si datur generatio ab alteratione 9 distincta illius subiectum debet esse materia prima, sed materia prima non potest esse subiectum generationis: ergo non potest dari generatio ab alteratione distincta. Minor probant. Si datur generatio distincta ab alteratione, necessariò est accidentis, sed accidentis debet subiectum in singulari per se existente: ergo non potest subiectari in materia prima, quæ non est singulare per se existens. Respondeo, materiam primam esse substantiali singularem per se existentem, capacem sustentandi non solum accidentia, verum illam ipsam formam substantialiem.

Obiiciunt tertium. Aristotelem dixisse generationem 10 esse terminum extrinsecum alterationem. Respondeo hoc asserto tantum intendisse Aristotelem significare generationem esse actionem quamdam quæ naturaliter alteratio nem consequitur.

Obiiciunt quartum. Sequi ex eo quod generatio distinguatur ab alteratione, generationem esse mutationem, quod est contra Aristotelem, qui dixit omnem motum esse successuum. Respondeo Aristotelem definiisse generationem per mutationem, tantum abest, vt contra illius mentem sic assertere generationem esse mutationem. Cum verò dixit omnem motum esse successuum, distinguebat motum propriè dictum à mutatione, vt multi affirmant, vel per modum vnius motus reputabat generationem, & alteraciones, quæ ad illam ordinantur, vt Patres Comib. affirmant.

P V N C T V M III.

Quæ actiones intercedant in generatione substantiali.

**A**D omnem generationem substantialiem supponitut prius natura materia existens, & cuius potentia educit formam, & modus vniuersis compositi geniti, vel saltē modus vniōnis, si forma creetur ut contingit in homine. Cumque materia prima non possit supponi existens, quin ad illam supponatur id ex vi cuius extra causas fuit posita, necessum est ad omnem generationem supponi actionem, ex vi cuius creatur. Præcedit etiam generationem alteratio, ex vi cuius materia disponitur ad formam & vniōnem. Intercedit etiam productio forme substantialis tanquam quid præsuppositum ad generationem, si forma supponatur producta, ad vniōnis productionem: vel tanquam actio, in qua conficit generatio, si eadem sit actio, per quam producitur forma, & modus vniōnis. Ultimè reperitur productio modi vniōnis, in qua formaliter generationem confitit dixi puncto 1. ad finem. Omitto productionem substantiarum pertinentium ad constitutionem iuppositi, quæ licet requiratur ut sit homo, qui non solum naturam, sed substantiam importat, & consequenter ut sit homo genitus, nihilominus non spectat ad generationem natura de qua in praesenti cum Aristotele disputamus. Ex his productionibus productionem materiae à reliquo distinguunt per se notum est, quia cum materia supponatur prius natura vniōnibus & formis eductis necessariò debet per eandem actionem produci, non enim est prius aliò, quod simul per eandem actionem producitur. Deinde productio materiae est creatio, & productio vniōnis in omnibus compositis genitis, & forme dempta productione rationalis animi, est eductio, quæ non potest cum creatione identitatem habere, sed necessaria est has actiones distinguiri. Animam rationalem, & materiam non creari per eandem actionem certum est, quia materia prius tempore fuit creata, quam anima, & quia materia, & anima loco distite conseruantur, quod fieri non potest si dependent à principio effectivo per eandem actionem. Alterationem distinctam esse actionem à productione forme & modi vniōnis latè probauit puncto precedenti & non identificari cum creatione materiae per se notum est. Vniōnem, & formam hominis non produci ex vi eiusdem actionis admittunt omnes, quia forma creatur & vno educitur. Tota huius puncti difficultas est an in compositis quorū forma materialis est, & educta, forma, & vno ex vi eiusdem actionis, vel forma ex vi vniōis, & vno ex vi alterius producatur, quam breuiter definiō.

2. P. Soar in Metaph. disp. 15. section. 4. num. 3. & disp. 48. sect. 3. num. 11. docet formam, & vniōnem fieri per eandem actionem: subscriptus P. Rub. hic tract. 1. quest. 3. n. 39. sed respuit lib. 2. de anima tract. de Potentia q. 4. num. 64. Arguit vterque: forma materialis producitur cum dependentia à materia, & inherens materia, & in materia existens. Sed forma dependet à materia, inheret materia, & in materia existit per vniōnem: ergo per eandem actionem producuntur forme producitur modus vniōnis, per quem forma sit in materia, materia inheret, & ab illa dependet. Confirmatur per eandem actionem, per quam producitur forma in materia sit compositum, quia compositum nihil aliud est, quam partes unitæ: ergo per eandem actionem fit vno, ex qua refultus compositum. Millies in 1. & 2. lib. Physic. notaui distinctionem, quæ est inter inherentiam, seu passionem, per quam forma est in materia tanquam in subiecto, à quo educitur, & à quo dependet tanquam à causa materiali, & vniōnem seu informationem, per quam forma unitur materia, & cum illa componit totum, eamdemque tanquam subiectū informationis respicit eo modo, quo anima rationalis materiam respicit, à qua non dependet, quia licet forma materialis dependentiam habeat à subiecto, qua caret animus rationalis, hanc non habet ex vi vniōnis, sed ex vi actionis per quam producitur, poterat enim eamdem numero vniōnem terminare, & esse omnino independens, si per aliam actionem creativam produceretur. Ex his respondeo formam materialem ex vi actionis, per quam producitur esse in materia tanquam in subiecto inherens, & dependet à materia, non tamen esse unitam, neque componētem-

totum, quia hoc habet per vniōnem distinctam ab actione, ex vi cuius forma est unita formaliter totum componens, & materiam respiciens tanquam subiectum informationis. Neque forma est in materia tanquam in subiecto inherens, aut materia inheret, & ab illo dependet ex vi actionis, qua producitur, quia per illam producatur modus inherendi, seu dependendi, sed quia formaliter ipsam actionem est dependentia, & inherens, per quam formaliter forma inheret, atque dependet. Vnde actio, per quam producitur forma inherens, seu dependens à materia non respicit ex parte termini dependentiam, seu inherentiam, sed formam secundum se quam formaliter per eadem actionis entitatem constituit dependentem & inherentem.

Arguit rursus P. Soar, terminus creationis & terminus generationis distinguuntur: ergo ex eo quod creatio terminatur ad formam ut distinctam ab vniōne, seu dependentiam, & generatio ad formam dependentem, seu vniōnem per modum, ex vi cuius componit compositum, & dependet à materia. Respondeo generationem, & creationem non distinguunt formaliter ex parte termini producti, sed ex modo, quo terminus ille producitur, & ex subiecto, ad quem dicit ordinē generatio, quem non dicit creatio, quæ secundum se independens est à subiecto, & formaliter terminum independentem constituit. Patet hoc in creatione, quæ formaliter constituit terminum, quem respicit independentem à subiecto, etiam ex parte termini dependentiam non respicit: ergo eadē ratione generatio, seu eductio terminum constituet dependentem à subiecto, etiam ex parte termini dependentiam non respicit. Ratio à priori delupta perspicua est: Eo ipso, quod causalitas, ex vi cuius entitas ponitur extra causas dependeat ab aliquo principio quacumque alia dependētia secula terminus per tales causalitatē productus dependet ab eodem principio, quia implicat rem factam non dependere ab illo, à quo illius fieri dependet: sed eductio per se ipsam dependet à subiecto: ergo ex vi eductio quicunque alia dependentia secula terminus eductus dependebit à subiecto. Eadem ratione probatur creationem per se ipsam constitutum terminum creatum existente ab aliquo dependētia, quia ex ipso quod causalitas existit sine dependentia ab aliquo principio terminus ex vi illius productus valet existere absque dependentia ab illo principio, à quo illius causalitas non dependet, illa enim quæ sufficiunt ad fieri rei, sufficiunt ut sit res facta, sed creatio, quæ est causalitas, ex vi cuius existit terminus creatus existit ab eo quod dependeat à subiecto: ergo constituit terminum positum existentem sine dependentia à subiecto.

4. Formam, & actionem produci per actiones diuersas defendunt Dur. in 2. dist. 1. quest. 5. ad ultimum. P. Rub. suprà, P. Hurt. disp. 1. sect. 1. idem tenentur defendere P. Vaquez qui affirmat vniōnem subiectari in forma, & Arriaga, qui asserit vniōnem subiectari in materia, & forma, quos retuli lib. 1. Physic. Controuertia 4. puncto 3. num. 1. & omnes, qui defendant vniōnem subiectari adæquatè, vel inadæquatè in forma, quapropter si sentiat P. Soar, vniōnem in forma subiectari, quod non leuiter insinuat, ut dicebam Puncto 3. num. 1. nuper citato, difficile poterit illius sententia defendi, implicat enim subiectum, & formam ex illo eductam per eandem actionem produci, quia productio subiecti essentialiter supponitur ad productionem formæ, & quia illa, quæ per eandem actionem producuntur eamdem dependentiam habent, & ita ex duabus per simplicem actionem productis implicat vnum dependere ab alio, à quo alterum non dependet, & cum forma, non dependeat à se ipsa, implicabit vniōnem simul cum forma per eandem actionem productam à forma dependere. Probat nonnulli iuxta omnes sententias formam & vniōnem non produci per eandem actionem, quia prius est formam produci & posterius vniōni subiecto, & hæc causalitas est vera: quia producitur forma, producitur vno, & hæc est falsa: producitur vno, quia producitur forma. Non vrgit hæc ratio, facile enim potest formam non esse naturā priorem vniōne ex vi actionis per quam de facto producuntur forma, & vno, & hanc propositionem: ideò producitur vno quia producitur forma, non esse veram rebus, ut nunc existentibus. Consulē dixi, ex vi causalitatis, per quam de facto existunt, quia ex vi aliarum actionum productio formæ, & ipsa forma possunt non dependere à modo vniōnis, neque ab illius productione,

productione, productio tamen vnonis, & ipse vnonis modus non possunt non esse connexa cum productione formæ, & cum ipsa forma, sive per dependentiam, sive per identitatem productionum, quia modus vnonis independenter ab omni causalitate per se ipsum dependet à forma; & ita supponit productionem formæ, vel identificatam cum productione sui ipsius, vel distinctam. Unde si producatur per eamdem actionem forma, & vno, vno supponet illam actionem non solum ut productionem vnonis, sed etiam ut productionem formæ, & in hoc sensu poterit dici modus vnonis posterior forma, eti per eamdem actionem producatur, quia esse modum posteriore formæ, & esse dependentem ab illa formaliter sunt idem, & cum vno per suam entitatem sit dependens à forma, per suam entitatem est ille posterior, licet actio productiva vnonis non sit posterior actione productivæ formæ, quia eademmet indubius actionis est productio vtriusque termini. De forma, alia ratione philosophandum est, quia cum ipsa per suam entitatem non dependeat ab vnonio, si per eamdem actionem producitur forma, supponit actionem productivam formæ, & vnonis tantum ut productivam ipsius formæ, non ut productivam modi vnonis, si vero per diuersas actiones producatur productio formæ non supponet productionem vnonis. Ex his inferis dici non posse, quia producitur forma, producitur vno, si forma, & vno per eamdem actionem producuntur, qui vbi tantum est simplex actio, non potest inueniri prioritas, & posterioritas actionum. Neque dici poterit in hac suppositione produci vnonem, quia exsistit forma, quia existentia formæ supponit actionem ex vi cuius producitur vno quatenus eadem cum actione, per quam ipsa producitur. Hæc tamen causalis erit vera, quia est forma, est vno, & in quocumque casu dici potest, forma est prior vnone, & vno est posterior forma, quia independenter à causalitate superaddita vno per se ipsam dependet à forma, & est illa posterior.

Defendo posteriorem istam sententiam hac vnicæ ratione. Vbi termini producti realiter distinguuntur, realiter distinguenda sunt illorum productiones, si nulla sit ratio quæ suadeat dari productionem vtrique communem; sed forma, & vno realiter distinguuntur, & nulla est ratio, quæ probet dari productionem vtrique communem: ergo illarum productiones distinguenda sunt. Major necessarij est ab omnibus admittenda, alias nulum caput dari poterit ad distinguendas actiones, si ex testimoniorum distinctione illarum distinctione non desumitur. Priorem partem minoris videlicet formam, & vnonem distinguere, est suppositum questionis: posteriorem videlicet nullam esse rationem ad assertendum dari productionem communem formæ, & vnoni, & suadent solutiones exhibita rationibus quæ identitatem productionis veriusque termini propugnabant. Consequentia est legitima. Neque contra conclusionem traditam rationem aliquam solutione dignam inuenio.

## P V N C T Y M IV.

*De termino generationis.*

**T**E MINVM totalem generationis esse totum compostum genitum admittunt omnes: de termino formaliter in re leui grauis contentio inter graues Theologos suborta est, qui multum decertant in assignanda natura termini formalis, ita æternæ generationis, incarnationis Verbi, & conuersioni panis in corpus Christi diuersos formales terminos auctores assignant. Impræsentiarium meantum interest assignare terminum generationis creatæ, de qua disputo, verumtamen id præstare non potero, si prius non defino, quid sit formalis terminus, quamvis formalitatem importet terminus formalis, ex vi cuius statalis formaliter constituitur. Hac questione dirempta nulla poterit esse difficultas in dirimendis quæstionibus supra recentis, id quibus dissident Theologi, tota enim illorum dissensio est sita in assignanda natura termini formalis, in qua alignanda si omnes conuenissent, nulla prorsus inter ipsos esset discouenientia in assignando formaliter termino generationi Verbi, eiudem incarnationi, & conuersioni Eucharistie. Dicendum ergo nobis est quid sit formalis terminus, & ex conclusione tradita in hac que-

fione facile erit illam dicimere, quæ ad nostrum specie institutum de termino formalis generationis crevit, & alias, in quibus Theologi concertant.

P. Vasquez Thomistas sequitur part. 3. tom. 1. disput. 19. cap. 2. asserit terminum formale esse formam termini totalis, eti hæc producta non sit ex vi actionis, cui terminus adscribitur. Conferunt Combric. lib. 1. de Generat. cap. 4. quæst. 15. concl. 3. id probant ex Arilito, qui docuit generationem esse viam ad natum, hoc est, ad formam, & illam appellavit mutationem à præservatione formæ ad ipsam formam, quibus verbis tanquam terminum illius formæ designavit.

Terminus formale cuiusvis actionis esse illum, qui ex vi talis actionis producitur docent Aur. apud Caprol. relatum a P. Vasquez, Durand. in 3. dist. 5. quæst. a. num. 5. P. Soar tom. 1. in 3. part. dist. 8. sect. 3. §. In hoc nobil. postul. P. Hurt. in Physic. disp. 11. sect. 5. Ex his auctoriis, qui asserunt formam materiale, & vnonem produci per eamdem actionem in compositis, cuius forma materialis est, assignabunt tanquam terminum formale generatioñ formam, & vnonem, & in homine tantum vnone, illi vero, qui defendunt per actionem generatiuum in quocumque compito tantum vnone produci, defendunt hanc tantum esse terminum formale generationis. Movuntur hi auctores, quia productio formaliter est ad id, quod per se attingit, & cuius est productio, sed tantum attingit per se id, quod ex vi illius est productum: ergo id tantum est illius formalis terminus. Hac ratione concludit Hurtadus terminum formale generatioñ esse vnone, quia tantum ex vi generationis producitur, quam conclusionem eidem principio initiat iterum probat: in homine vno tantum tanquam terminus generationis denominat totum hominem genitum, & quia ipsa terminet per se ipsam actionem generatiuum totum compositum ab ipsa genita genitum denominatur: ergo per vnone tanquam per terminum genitum totum compositum genitum dicetur: ergo vno est, quæ primarij, & per se genita dicuntur, & hanc denominationem tribut composito: ergo vno est, quæ primarij, & per se generationem terminat. Tota hæc doctrina clarissima in homine videtur, cuius materia, & forma creantur, & totus homo genitus denominatur tantum ratione vnone terminatus generationem, quia totum nullam altam actionem terminat, præter illas, quas terminat ratione partium, & vno quibus constituitur, sed materia, & forma terminant actiones creativæ: ergo tantum dicitur genitus, quia vno terminat actionem generatiuum. Quod si in aliis compositis forma educatur, seu gignatur ex materia prima, cum huius generatio si distinguatur à generatione vnone, non sit generatio totius ut dicebam punct. i. non necessarij & per loquendo totum genitum denominat, quia potest duæ generatio formæ quin detur totum existens, si ipsa forma genita materia non vniatur, si tamen detur compositum, cuius virio creetur, & forma gignatur ex materia prima, forma poterit quando coniungitur cum creatione vnone, & totum est constitutum, illud denominare genitum, si verum est in illo casu totum genitum, & non creatum esse dicendum, de qua dixi punct. i. n. 13.

In questione apud plerosque de nomine ad rem facit loquutus est P. Lugo (cuius præcellens ingenij clara est adhuc in leuioribus evoluendis mirè effulget) tom. de Incr. disp. 11. sect. 2. qui recte docet non posse vniuersaliter dici terminum formale esse formam termini totalis. Quia aliquando terminum formale appellamus id, quod proculdubio non est forma termini totalis. Exemplum aptum adducit in transubstantiatione Eucharistica, in qua terminus à quo totalis est substantia panis cum suis accidentibus, & terminus totalis ad quem est corpus Christi sub speciebus panis; terminus vero formalis ad quo est substantia panis, quæ definit esse, & terminus formalis ad quem est corpus Christi, quod ponitur de noto sub speciebus panis & tamen nullus dicet corpus Christi esse formam termini totalis illius videlicet concreti, quod resultat ex vnone corporis Christi ad accidentia panis, potius, si fas est dici, corpus Christi se habet in statu materiae accidentiæ, quia succedit loco substantia panis, quæ erat illorum materia, & accidentia panis se habent in statu formæ illius concreti & tamen nullus dicitur hæc accidentia esse terminum formale transubstantiationis, seu conuersioñis Eucharisticae, ergo terminus formalis non est id, quod est forma, vel in statu formæ habet

se habet termini totalis. Clarus res certitur in termino à quo huius conuersonis in qua terminus à quo totalis est substantia panis cum suis accidentibus, & terminus à quo formalis est substantia panis, quæ desumit esse, sed substantia panis non erat forma, sed materia termini à quo totalis, quia erat subiectum accidentium informantium ipsam panis substantiam ergo non semper terminus formalis est forma termini totalis.

Docet insuper idem P. Lugo & bene satis terminū formalem esse illud, cui propriè & immediatè applicatur mutatio illa, de qua loquimur, & ratione cuius reliqua denominantur ab illa mutatione. Id est clarus terminus formalis est ille, cui primarij, & per se applicatur nō vt subiecto, sed vt termino denominatio viæ, respectu cuius terminus inquiritur, & ratione cuius reliqua, quæ in termino totali includuntur denominationem illâ participant. Sic cùm videamus paritem album dicimus hoc concretum paries album esse terminum totalem visionis, in quo duo reperimus, albedinem, & paritem, paries visus dicitur quia videatur color, non color quia videtur paries. Hinc colorem terminū formalem visionis appellamus. Dixi suprà terminū formalis esse illum, cui tribuitur denominatio viæ tanquam termino, & non tanquam subiecto, quia non oportet denominari terminum eodem nomine, quo significatur via, cuius est terminus, mutatio enim non denominat terminū mutatum, neque conuersio conuersum, hæc potius denominations subiecta quā terminos respiciunt, terminus eum mutationis est id, in quod tendit mutatio, cuius denominatio simplex nomen non est impositum, sicuti non est impositum nomen ad significandam denominationem, quā accipit à conuersione id, in quod conuersio tendit. Ratio doctrinæ tradita perficere est forma dicitur, quæ dat esse rei in ratione talis vt distinet ab aliis eiusdem speciei, id est terminus formalis dicitur, qui transfundit, & dat denominationem composito, quam recipit immediatè ex ipsa via, cuius est terminus. Ad quod attendi non debet an sit forma an materia termini totalis. Sic cōtingit in principio formalis actio, seu passio, quod non dicimus esse formam principij totalis, sed illud, cui immediate competit illa denominatio agentis, sive enim materiam principij totalis formale principium actionis, seu passionis esse dicimus. Exempla sunt obvia: totum compositum dicimus esse principium totale receptuum operationum, & accidentium principium formale passuum materiam appellamus, ratione cuius totum compositum accidentia recipere dicitur. Similiter dicimus hominem esse principium totale quantitatis quam in se continet, & intellectum, quibus se exercet. Et principium actuum formale quantitatis materiam esse dicimus, & formam appellamus principium actuum intellectum ergo sicuti principia actua, & passiva formalia non desumuntur ex eo, quod sint forma, vel materia termini totalis, sic terminus formalis desumendus non est ex eo quod sit forma termini totalis, sed ex eo, quod termino totali det denominationem illam, quam desumit à via, seu respectu, quem terminat, & ratione cuius compositum denominatur tale.

Ex his rectè concludit P. Lugo: Generationem duplum formalem terminum habere quatenus sub duplice respectu, seu formalitate potest generatio concepi, & significari. Generatio enim potest concepi quatenus est producio, & quatenus est inducitur forma in materiam, omnis enim generatio creata essentialiter inducit formam in materiam, & materie formam communicat tanquam subiecto informationis respectu eiusdem formæ. Generatio, vt producio est, respicit tanquam terminum formalem visionem, quæ ex vi illius exigit, & primum denominatur producta & ratione illius totum compositum denominatur productum ab illo principio, quod produxit visionem. Ex eo enim quod mea via efficienter à me parente processit, toro ego dico ab illo procedens, & ab illo productus, & ita denominationem hanc producti à parente habeo ab visione, quæ formaliter ab illo fuit producta & denominationem hanc mihi toti composito est impedita, sicuti albedo tribuit denominationem visi toti parieti, qui visus dicitur, & ita sicuti albedo est terminus formalis visionis, ita visus est terminus totalis generationis quatenus generatio productio est. Generatio vt inducitur est respicit tanquam terminum formalem formam termini totalis, seu geniti, non ipsam visionem, quia per generationem non dicitur visus inducta in materiam, sed forma est, quæ forma-

liter inducitur, & denominatur inducta, & quæ terminat rationem formalem inductionis actiæ imbibitæ in generatione. Sic etiam forma dicitur communicata materia tanquam subiecto sive inhesionis, & informationis, sive informationis tantum. & hac ratione terminus formalis est generationis vt est actiæ communicatio forma subiecto. Ex his terminus formalis resurrectionis assignandus est, si enim resurrectio sumatur quatenus est reproducio, illius terminus formalis erit via, quæ ex vi illius iterum producitur. Si sumatur resurrectione quatenus reintroductionis, illius terminus formalis erit forma, quæ iterum inducitur: & si similiter si sumatur quatenus recomunicatio, illius formalis terminus erit forma, quæ iterum communicatur. Si resurrectione sumatur quatenus est reiunificatio, illius formalis terminus non erit illud, quod viunificatum dicitur, qui viunificatio non respicit tanquam terminum viunificatum, hoc enim potius est subiectum, sed terminus erit ipsa vita, sive anima, quia viunificatio est assumptio vite, & ita viunificatio erit reassumptio vite, illiusque terminus erit vita quæ denominatur reassumpta, videlicet anima, quæ vita assumpta dicitur in prima hominis generatione, & reassumpta in resurrectione.

In hanc doctrinam incidisse viderut Mag. Aul. tract. 4. de Trin. qui rectè dixit generationem diuinam vt productionem respicere tanquam terminum formalem personalitatem Verbi productam, & vt communicationem naturam, seu intellectum cōmūnem Verbo communicatam, quæ optimè consonant doctrina traditæ. Addit generationem Verbi formaliter vt processionem tantum respicere naturam communem, quam interdit Pater Filio communicare, & idem docet de processione Spiritus sancti, cui Pater, & Filius intendunt eamdem communicare naturam. Hanc ultimam partem existimo non rectè cohære cum precedentibus, quia generatio Verbi vt generatio est adéquatè sumpta includit productionem personalitatis, & communicationem naturæ ergo si vt productione respicit tanquam terminum formalem Verbi personalitatem & vt communicatio naturam communem, vt generatio utrumque terminum formalem respicit. Huic etiam doctrina rectè consonant rationes, quas adduximus pro sententia Patris Soarez & fundamentum, quo affirmat P. Valquez naturam esse terminum formalem incarnationis, quia id, quod intendebatur per incarnationem est Deum fieri hominem, seu naturam humanam assumi à Verbo, quod probat terminum formalem incarnationis quatenus est assumptio naturæ, esse naturam assumptam, quod ex doctrina tradita optimè deducitur. Neque contra id, quod de termino formali in communis, neque in hac singulari materia de Generatione tradidimus ex sententia opposita potest quidquam obici, quod mediocrem difficultatem generet.

Ex his pro aliis materiis terminus formalis cuiusque actionis facile assignabitur, conuersio enim Eucharistica formaliter vt productio est, tanquam terminum formale respicit visionem corporis Christi, cum panis accidentibus, quæ formaliter ex vi illius producitur, & producta denominatur. Si vero sumatur vt conuersio, terminus formalis illius est corpus Christi, in quod panis conuertitur, quia licet corpus Christi non denominetur conuersum, nihilominus illius terminus existit, quia conuersio non communicat denominationem conuersi, termino ad quem, sicuti productio dat illi denominationem producti, quia denominatio conuersi est propria termini a quo, qui desumit esse, vt dicam puncto venturo, n. 7. sicuti denominationi mutati est denominatio, non termini, sed subiecti mutationis & sicuti terminus ad quem mutationis est id, in quod fit mutatio, ita terminus ad quem conuersio est id, in quod fit conuersio. Similiter incarnatione vt est productio respicit visionem hypotheticam ex vi illius productam vt docebat P. Soar. si vero significetur vt incarnatione, id est vt assumptio carnis, respicit tanquam formalem terminum naturam humanam nomine carnis significatam, quam assumpsit Verbum, & quæ assumpta denominatur. Si vero incarnatione consideretur quatenus personatio naturæ humanae, & via, media quæ Verbum suam personalitatem communicavit humanæ naturæ, illius terminus formalis erit Verbi subsistens, quia hæc est quam Verbum naturæ humanæ communicat.

P V N C T V M V.

An Generatio sit conuersio?

- I** Ad hanc questionem definiendam scire oportet quid sit substantialis conuersio, quid addit supra generationem, quomodo ab illo distinguitur.

## §. I.

Quid &amp; quotuplex sit conuersio.

- 2** Conuersio definitur ab omnibus Theologis atque Philosophis, *transitus vnius rei in aliam*, sub qua definitione comprehenditur illa, quam de generatione tradit Aristotle, videlicet: *mutatio totius in totum*, &c. Latius tamen patet definitio conuersionis, quam definitio generationis ab Aristotele tradita, quia licet omnis mutationis totius in totum sit conuersio, non tamen omnis conuersio est mutationis totius in totum sensu ab Aristotle tradito, quia ad mutationem ab Aristotle intellectum in generationis definitio requiritur materia prima ut subiectum commune: ad conuersionem vero, eti aliquid requiratur commune termino *ad quo*, & termino *ad quem*, non requiritur hoc commune esse materiam primam, aut aliud subiectum. Dicit ergo generatio *transitus vnius rei in aliam*, qui transitus debet esse inter duos terminos positivos, quorum unus sit terminus *ad quo*, & alijs terminus ad quem: huius importat conuersio positionem sub aliquo communi utrius termino, & illius definitionem. Itaque duplum mutationem dicit essentialiter conuersio, quamdam negativam, ex vi cuius definat esse terminus *ad quo*, & aliam positivam, qua denud ponatur terminus *ad quem*. An vero defit termini *ad quo*, debet esse secundum substantiam termini, ita ut in rerum natura non permaneat, vel tantum sufficiat definire esse sub modo aliquo, sub quo antea erat, & positio termini *ad quem*, debet esse per actionem productivam termini, vel sufficiar positionem fieri per actionem productivam alicuius modis, ex vi cuius terminus *ad quem* incipiat existere modo aliquo speciali, quod antea non existebat dicam postea.

- 3** Requiritur etiam definitiōnem termini *ad quo*, & positionem termini *ad quem* non existere tantum comitantur, sed definitionem inferri ex positione, per repugnantiam speciem, quam habeat terminus *ad quo* cum termino *ad quem*. Vnde etiam in eodem instanti temporis, in quo ponitur lux in subiecto definit esse album, non dicimus a'bum, siisse conuersum in lucidum, neque siisse transitus ex albedine in lucem, quia albedo definit esse ex positione lucis, nullam enim repugnantiam habent lux & albedo in eodem subiecto. Ex hac conditione alia suboritur essentialiter ad conuersiōnē requisita, videlicet dari aliquod tertium commune termino *ad quo*, & termino *ad quem*, in ordine ad quod sit termino unum repugnantia: illa enim quae repugnat necessariō repugnat in ordine ad aliud, in ordine ad quod vnum aliud expellit, non enim potest dari expulsiō, nisi sit expellens, & expulsum, & aliud tertium, *ad quo* expellens expellit expulsum. Hoc commune non debere esse subiectum substantiale commune patet in conuersione Eucharistica, in qua tantum remanent accidentia communia termino *ad quo*, & termino *ad quem* huius conuersio.

- Conuersio cum his requisitis duplex esse potest, physica, & moralis: conuersio physica est quando termini illius physici sunt, & illorum oppositio, & repugnantia in entitate physica fundatur: talis est conuersio, qua convertiscitur lignum in ignem, cuius terminus *ad quo*, & terminus *ad quem*, videlicet forma ligni, & forma ignis sunt physice entitates, & per se ipsas opponuntur, & qualibet exigit persuasum physicam entitatem alterius expulsiōnem. Verum est has formas in actu secundo non se physice, sed moraliter expellere, vt dicebam Controu. 8. Physic. Punct. 3. & illarum expulsiōnem dicere aliquid morale, videlicet Deum esse motum ab exigentia vnius ad subtraendum conuersum, quo aliam conseruat, ex quo inferatur conuersiōnē essentialiter includentem expulsiōnem aliquid morale includere: verumtamen hanc conuersiōnē physicā vocamus, quia expulso moralis, quam includit, oriatur ex physicis entitatibus physicē illam exigentibus, quod sufficit ut cōuersio physica dicatur, alias nulla posset con-

uersio physica appellari, quia omnis conuersio includit expulsiōnem, & hæc semper est quid morale. Infuper oportet conuersiones huiusmodi physicas dici, ad illas distingendas ab aliis conuersiōnibus, quas appellamus morales, & iam affigno. Conuersio *moralis* est illa, in qua expulso actualis termini *ad quo* ex positione termini *ad quem* non fundatur in physica entitate terminorum. Hoc potest dupliciter contingere, vel quia termini, in quibus versatur conuersio physici non sunt, sed morales ut cum quis ex inimico in amicum convertiscitur, vel quia etiū termini physici sunt, tamen non habent oppositionem physicam fundatam præcisē in physicis ipsorum entitatibus, sed in alio extrinseco, ratione cuius moraliter opponuntur. Sic opponi existimat P. Vaſq. 3. p. tom. 184. c. 3. n. 24. corpus Christi possum sub speciebus panis ex vi verborum, cum substantia panis non præcisē ratione entitatis panis, qui definit, & corporis Christi, quod ponitur loco illius, sed ratione veritatis verborum, ex vi quorum ponitur corpus Christi sub panis speciebus, que veræ non effent, si ibi permaneret substantia panis, ac proinde ut verificantur, requiri ut eo ipso quod corpus Christi ponatur, definit esse substantia panis sub illis accidentibus, ex qua exigentia veritatis verborum, accrescit corpori Christi existenti sub illis speciebus quedam moralis repugnanciam cum substantia panis existente sub illis speciebus, ratione cuius verum est dicere, quia corpus Christi ponitur sub his speciebus, substantia panis definit esse sub illis. Non disputo modis de veritate exempli, nec definio an corpus Christi sub his speciebus physicam, vel moralē repugnanciam habeat cum substantia panis, sed tantum exemplo utrum ad natūram conuersiōnis moralis explicandam.

Conuersio physica duplex est, substantialis, & accidentalis. Conuersio *accidentalis* est quando termini illius sunt accidentiales, ut cum lignum convertiscitur ex calido in frigidum. Conuersio *substantialis* dicitur quando illius termini substantiales sunt, ut cum lignum transit in ignem. Russus conuersio substantialis vulgo in tria membra dividitur, in conuersiōnē formalem, materialem, & vnius substantiae in aliam adæquatam, & totalem. Conuersio *formalis* est transitus vnius forme in aliam sub eadem materia. Conuersio *totalis* est vnius totius in aliud totum. Hac item duplex est vna est totius in totum sub eadem materia ut cum lignum transit in ignem, que non distinguuntur conuersione vnius modi vniōnis in alium. Alia est conuersio vnius totius in aliud totum secundum omnia essentialia illius que fit sub eiusdem tantum accidentibus, & hæc omnium propriissima conuersio & transsubstanciatio dicitur.

Circa conuersiōnē formalem docet P. Soar. tom. 3. in p. dist. 50. seft. 2. in fine primi paragraphi, non esse inter formas sed inter concreta, neque vnam formam conuenient in aliam, v.g. albedinem in nigredinem, sed album in nigrum. Confessore videtur huic dicendi modo P. Lugo supra, ubi dicit hanc denominationem conuersiōis esse denominationem subiecti, & non termini, cumque in his conuersiōnibus fiat transitus vnius formæ in aliam, & vna forma se habeat tanquam terminus *ad quo*, & altera tanquam terminus *ad quem*, id quod debet denominari conuersiō, non debet esse forma, quæ est terminus *ad quo*, neque forma, quæ est terminus *ad quem*, sed subiectum, seu terminus *ad quo* materialis, videlicet lignum quod involuit supra terminum *ad quo* formalem illius subiectum, quod cōmune sit utrius termino formalis *ad quo*, & *ad quem*. Idem in mutatione contingit, quæ est transitus à priuatione ad formam, & id, quod mutatum dicitur, non est priuatione, quæ est terminus *ad quo*, neque forma, quæ est terminus *ad quem*, sed subiectum utriusque termini, quod tantum dicitur mutatum. Doctrina hæc in conuersiōnibus formalibus sustineri possit, verumtamen in conuersiōnē totali vnius substantiae in aliam, quæ transsubstanciatio dicitur nullatenus sustinendam esse puto, & difficile poterit disparitas assignari in his conuersiōnibus. Non posse sustineri modum illam dicendi in conuersione vnius substantiae in aliam sic probabo. Terminus formalis *ad quo* conuersiōis Eucharistie, qui definit esse, est substantia panis secundum se rotam: ergo si terminus *ad quo*, qui definit esse non dicitur conuersio, sed tantum purus terminus conuersiōis, non poterit dici substantiam panis conuersam esse in corpus Christi, atqui est loquutus totius Ecclesiæ substantiam panis conuerteri in corpus Christi: ergo illud quod definit esse, & quod est terminus

terminus à quo conuersio dicitur conuersti in terminum ad quem. Respondebis dici conuersti panem in corpus Christi non loquendo de substantia panis secundum se præcisa ab accidentibus, sed de substantia panis accidentibus vestita, quam sic accidentibus affectam vulgo nomine panis intelligimus. Neque ex eo quod negetur substantiam panis ut præcisam ab accidentibus dici conuerstam, sed tantum ut illis affectam, videtur sequi aliquod absurdum, quia absolute dicitur panem conuersti in corpus Christi, & in toto rigore defenditur dari conuersio inter substantiam panis, & corpus Christi, & desinere esse quidquid pertinet ad substantiale constitutuum panis, & succedere loco illius corpus Christi sub eisdem panis accidentibus per veram & propriam conuersione ergo etiam dicatur non dici conuersam substantiam panis, quia definit esse secundum præcisam, sed concretum illud constitutum ex substantia panis, quæ definit, & ex accidentibus, sub quibus existebat nihil dicetur contra id, quod debemus sentire de conuersione Eucharistia; sentio nihilominus & constanter semper defendam dici formaliter conuersam substantiam panis, quæ definit esse secundum præcisam rationem substantiae, quæ definit esse ex eo quod ponatur corpus Christi, & concretum illud compositum ex substantia quæ definit esse, & ex propriis accidentibus, quæ per conuersio nem communia sunt termino ad quem succidenti dici conuersum quasi materialiter ratione substantiae quæ definit esse, quæ formaliter dicitur conuersa. Huius rei nulla alia fortior ratio potest excogitari præter communem vñus loquendi, qui in questionibus, que tantum sunt de modo loquendi, vim legis obtinet. Omnes enim Patres, atque Doctores afferunt vnam substantiam conuersti in aliam, & accidentia esse id, sub quo sit substantiarum conuersio. Et Concil. Trid. l. 13. cap. 4. hæc habet: *Quoniam Christus corpus suum id, quod sub speciebus panis offerebat, vere esse dixit, id est semper in Ecclesia Dei persuasum fuit, idque denud sancta Synodus declarat, per confectionem panis & vini conuersionem fieri totus substantia panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totus substantia vini in sanguinem eius.* Quibus verbis expendo non dixisse Concilium conuersionem fieri panis in corpus Christi, & vini in sanguinem, sicuti dixit conser trari panem, & vinum, sed fieri conuersionem substantiae panis & substantiae vini in corpus & sanguinem Christi, vt significaret id, quod conuerstit & conuersum dicitur, esse substantiam panis, & vini ut distinctam ab accidentibus. Infuper Concilium non tantum dixit fieri conuersionem inter substantiam panis, & corpus Christi, sed fieri conuersionem substantiae panis in corpus Christi, vt significaret substantiam panis non solum esse terminum conuersio nis, sicut priuatum est terminus mutationis, sed esse id, quod dicitur conuersum, quia in conuersione id, quod est terminus à quo, & quod definit esse dicitur transire in aliud, & in illud conuersti. Id clare expressit Concil. Florentinum apud P. Soar. l. 1. S. dico ergo, per hæc verba: *Substantia panis in corpus, substantia vini in sanguinem conuersatur.* Quibus verbis non dixit Concil. conuersi panem, & vinum, sed conuersi substantiam panis, & substantiam vini, que formaliter definit esse, & non concreta confecta ex substantiis, & accidentibus panis, & vini, que tantum dicuntur conuersi ratione substantiarum, que formaliter conuerstur, & que transeunt in corpus & sanguinem Christi.

Concluendo absque omni dubio certissimum esse conuersio nem non tantum respicere terminum formalem à quo, vt terminum, qui definit esse, sed vt id, quod denominatur conuersus, & vt subiectum denominationis formalis conuersi. Ad illud quod de mutatione obiiciebat, in qua terminus à quo, non dicitur mutatus, sed tantum subiectum, & conuersio; mutatione enim est transitus ex termino à quo, in terminum ad quem, non verò termini à quo, in terminum ad quem: generationem enim dicimus esse transitum subiecti ex priuatione in formam, & non dicimus esse transitum priuationis in formam; conuersio verò appellamus non solum transitum ex una substantia in aliam, sed vnius substantiae in aliam, & termini à quo, in terminum ad quem, & ita ex vi illius ipsum terminum à quo, transire dicimus, & conuersti, & conuersum appellamus. In conuersi onibus formalibus fateor non esse ad frequentem usum dicendi vnam formam conuersi in aliam, sed vnum concretum conuersi in aliud, sepe enim dicimus lignum sit lignis, & album sit nigrum, raro autem, aut numquam for-

ma ligni sit forma ignis, aut albedo sit nigredo, quibus loquutionibus innu videtur concretum ex formaliter termino, à quo, & ex illo, quod remanet, & non formaliter terminum à quo dici conuersum. Nonnulli recentiores negant conuersiones formales substantiales propriæ esse conuersiones, quod probant ex eo, quod vna forma non expellit aliam, sed illam expullam inuenit ex defectu dispositionum, qui def. cts supponit ad introductionem formæ. Dicirinam hanc impugnau in Physicis Controu. 9. Punct. 3. vbi probaui ex defectu dispositionum formam substantiale non posse corrupti, & adhuc si hic sufficiens est, vt corrumperetur, corruptendam esse non solum ex dispositionum defectu, sed propter formam contrariant aduenientem, à qua expelleretur. Secundò in formis accidentibus, id dici nequit, quia cū dispositiones non habeant, ex quarum defectu corruptantur, certum est vnam immediate aliam expellere, in quibus eadem est difficultas, cur non dicatur albedinem conuersi in nigredinem, & dicatur album in nigrum conuersi. Doctum alium Magistrum audiui afferentem conuersiones formales propriæ non esse conuersiones, quia ad conuersio nem non requiriunt ut remaneant accidentia, quia sint propriæ termini conuersi, seu desinentis, & quæ ita illum demonstrant, aut significant, vt naturaliter loquendo valeat consequentia sunt hæc accidentia: ergo est propria illorum substantia, quod contingit in conuersione Eucharistica, & in nulla generatione naturali forme substantialis, in qua esti vna forma deficit propter aliam aduenientem, forma, quæ definit nulla relinquit accidentia, quæ naturaliter non possunt sine illa conseruari. His dicendi modis omnino gratis est excogitatus, quia omnes Scholastici conuersione agnoscunt independentem ab his accidentibus naturaliter inseparabilibus à termino conuerso, quibus in hac re necessariò standum est, in aliis enim, in quibus ex ipsa re natura potest ratio defundi, grauis aliqua inueniri poterit, quæ aliquando cogat recedere à communi sententia, in hac autem questione nulla ratione naturali potest definiri, quid sit conuersio, & ita numquam licebit recedere à communi Doctorum sententia, quæ actionem his, vel his circumstantiis affectam conuersionem appellant, semper enim procedere debet disputatio de actione illa, quam conuersionem Doctores appellant, & tantum licebit disputare an illi conuenient conditio aliqua, in qua est opinio n varietas, vel quam Doctores nos assignant tanquam constitutum conuersio nis, sed tanquam quid illatum ex illius constitutio n, tunc enim admissa constitutio possum ego ratione naturali contendere ex illo non inferri conditionem aliam, nouum autem constitutum conuersio nis excogitare præter illud, quod Scholastici hucusque conuersioni assignauerunt nemini quantumvis docto fas est. Secundò omnes Doctores affirmant in nuptiis celebratis in Cana Galileæ aquam in vinum esse conuersam, & mulierem Loth conuersam esse in statuam salis, in quibus conuersi onibus nullum accidens permanet, quod terminum conuersum, qui reliquit esse, argueret.

Respondeo in his conuersi onibus formalibus verè & propriè vnam formam transfire in aliam, & in aliam conuersi, nihilominus vulgo non dici vnam fieri aliam, quia frequenter, & serè semper de his formis loquimur, quatenus subiung generationi & corruptioni, & quatenus continentur in potentia subiecti, & illud per in hæsionem, & informationem afficiunt, & quatenus totum substantiale constituunt, vel aliud perficiunt, & naturam substantiae tanquam illius proprietates, & accidentia consequuntur, raroque aut numquam de his formis quatenus subiung conuersio nis mentionem facimus, quia de illis sub hoc respectu strix Aristot. & antiqui Philosophi non egerunt.

De materiali conuersione rectè docuit P. Vasquez 3. p. disp. 18. num. 34. nullatenus contingere posse, quia licet posset vna forma ex vna materia in aliam transfiri, ex eo quod, que vnam materiam informabat nouam aliam informare inciperet, antiqua illa materia non desineret esse, & ita non daretur transitus vnius materiae in aliam materiam. Secundò etiam ex eo quod hæc forma materiam antiquam relinqueret, & nouam acquireret, materia antiqua desiceret, non ideo daretur materialium conuersio, quia vna non desiceret ex vi aliis materia, sed tantum præcise ex eo, quod formam antiquam amississet, & ad definitionem materiae antiquæ omnino noua materia impertinet.

## §. II.

*An ex vi conuersonis debeat produci terminus ad quem.*

¶ Per conuersonem debere produci aliiquid, ex vi cuius extremum illud quod convertitur, constitutatur sub illo communis utrique extremo, sub quo fit conuersio, est certum apud omnes, quia illud, in quod aliud convertitur, debet poni speciali modo, quo antea non erat positum sub illo, sub quo antea erat terminus conuersus, sed haec positiō non potest fieri quin illi termino contingat modus aliquis, sive sit vinio, sive praesentia localis, ratione cuius dicat nouam habitudinem ad illud, quod remansit ex termino conuerso, sive sint illius accidentia, sive subiectum, cui inhārebat; ergo necessārī producendum est talis modus, per aliquam nouam actionem, in qua sita erit conuersio. Difficulitas est, an non tantum debet produci modus ille, sed etiam terminus, seu extreum illud, in quod aliud convertitur: verbi gratia, convertitur substantia panis in corpus Christi, in hac conuersione necessārī producitur modus aliquis, ratione cuius corpus Christi specialem habitudinem habet ad accidentia panis, quam antea non habebat, sive modus iste sit praesentia localis, sive aliquid aliud ab illa distinctum, est difficultas an non solum modus iste, sed etiam ipsum corpus Christi, in quod panis convertitur debet produci. Affirmant P. Soar. tom. 3. in 3. part. disp. 5. & alij apud ipsum, quos sequuntur P. Hurt. hie disp. 1. sect. 4. Arriaga disp. 1. sect. 3. subsect. 2. Per conuersonem non necessārī producendum est terminum in quem fit conuersio, & in conuersione Eucharistica non dari actionem terminatam ad substantiam corporis Christi, ex vi cuius iterum reproducat, affirmant Scotor. Alcid. Ales. Ocham. Ricard. Palud. Ferr. & Capr. & alij apud P. Soar. supra. Eadem sententiam defendit P. Valquez disp. 18t. à e. 6. & Hurt. Compl. tom. de Eucharist. disp. 9. de Eucharist. disp. 4. diffic. 9. quibus ego consentio.

¶ Probo actionem illam, ex vi cuius Christus iterum producatur esse superflua: etiam in conuersione Eucharistica detur actio productiva terminata ad substantiam corporis Christi, debet dari actio terminata ad modum, quo corpus Christi specialiter est sub accidentibus panis, sed data hac secunda actione superflua est illa prima, ex vi cuius reproducitur corpus Christi: ergo admittenda non est. Probo minorem datā hac secundā actionē ex vi cuius producitur modus ille distinctus a substantia corporis Christi, & actione, ex vi cuius Christi corpus in Cœlum conservatur, per primam actionem seclusa illa secundā reproductionē est totum id, quod esset, si poneretur illa reproducō: ergo reproducō illa superflue ponitur, siquidem non aliud ex parte termini resultat, ratione cuius Christus sit sub accidentibus panis aliquo speciali modo, quo non esset, silla non esset posta. Confirmatur: actio distincta à termino semper intenditur propter terminum, qui ex vi illius existit, ad quem ordinatur, & non propter seipsum: sed illa actio in conuersione non potest desiderari, neque intendi propter terminum, qui eodem modo existeret illa actione seclusa ergo non est cur ad conuersionem desideratur, sed omnino superflua, & impertinens est ad conuersionem. Secundū, vt bene docet P. Valquez, secunda illa reproducō vt reproducō est corporis Christi secundū substantiam habet eundem terminum, ac habet actio prima productiva corporis Christi, sed ex vi actionis primū productiva corporis Christi non destruitur substantia panis: ergo neque ex vi huius secundae reproductionis habentis eundem terminum, quia corpus Christi secundū se sumptum secluso modo speciali, quem habet in Eucharistica sub accidentibus panis nullam habet oppositionem cum substantia panis: ergo substantia panis tantum destruitur ex vi actionis, qua producitur modus ille superadditus corpori Christi: ergo in illa sita est tota ratio conuersonis, siquidem ex vi illius tantum supposita actione primo productiva corporis Christi destruitur substantia panis, & sub illius accidentibus specialiter constituitur corpus Christi. Respondet P. Soar. sect. 4. iam citata. §. sed ut hoc amplius.

Posita actione productiva corporis Christi necessariam non esse actionem aliam ex vi cuius Christus specialiter constituerat sub accidentibus, illisque specialiter præfens fiat, quia speciale hunc modum habet Christus ex vi illius

reproductionis, sicuti quando creatum fuit Cœlum ex vi illius actionis constitutum fuit in tali loco, quin alia noua actio daretur, ex vi cuius adduceretur ad illum locum, vt per se constat, quia adductio connotat rem adductam alibi præexistere. Afferitque illam præsentiam Eucharisticam intelligi posse refutare ex substantia Christi prænunc producta, vel sicut in re facta intelligunt: esse talis præsentia supra ipsam rem factam, sic in hac secunda actione intelligi præsentiam propriam actionis, ex vi cuius Christus habeat præsentiam Eucharisticam, ita ut sicut entitas actionis est fieri termini, sic præsentis actionis fieri præsentia termini, & hac ratione secunda hac reproductione ratione sua entitatis determinatur ad corpus Christi reproducentum tanquam fieri illius, & ratione sua præsentia terminatur ad præsentiam Eucharisticam corporis Christi sub accidentibus panis, & ita ita posta necessaria non est alia actio, ex vi cuius Christus specialiter constitutur sub accidentibus Eucharisticis.

Contra hanc doctrinam multa habeo mihi quidem valde difficilia. Primo verum non est ex vi secunda reproductionis terminata ad Christi corpus constitui specialiter sub accidentibus Eucharisticis, eculo fieri distincto illius modi specialis, sive hoc sit præsentia ipsius actionis reproductionis Christi; sive actio alia adæquatè distincta. Ratio est manifesta: fieri modi seu præsentia Eucharisticæ sub accidentibus panis supponit existentiam Christi secundū se sumptam tanquam subiectum modi illius: sed actio terminata ad corpus Christi, etiam si fit reproduction, & ab ipso Christo tanquam à principio actione procedat, non supponit existentiam Christi ut subiectum talis actionis, alias non solum Christus est principium actuum, sed etiam passuum sua reproductionis, ergo fieri Christi ut reproduci, seu fieri, quod reproductione dicitur corporis Christi, distinguitur a fieri illius modi, sive tanquam actio ab actione, sive tanquam actio à suo modo, seu præsentia, ut secundū loco responder Soar. ergo ex vi reproductionis secundū esse reproductionis corporis Christi non constitutur Christus specialiter sub accidentibus panis Nequem minus fallū est exemplum adductum à P. Soar. de productione Cœlorum, nam prima ipsorum creatione fuit actio distincta ab actione, qua fuit producta prima ipsorum præsentia, hæc enim, ut primū moti sunt Cœli, perit, actio vero, qua primū sunt creati, nunc eadem numero perirent. Quod illa actio, per quam producta fuit prima Cœla præsentia non sit adductio, non probat non esse actionem distinctam à productione Cœlorum, sed Cœlos non ante alibi extitisse, quia adductio vt bene docet Soar, connotat rem adductam alibi extitisse; et enim præsentia corporis in diuerso loco ac ante haebat, & ita supra ipsam actionem dicit denominationem extrinsecam ex præsentia, qua p̄cessit respondentes alij spatio, & ita illa producō prima præsentia, adductio diceretur, si Cœli tempore precedenti alibi extitissent, quod absque variatione huius actions potuit cōtingere. Secundū fallū est præsentiam actionis esse fieri præsentia termini, præsentia enim actions, & præsentia termini sunt duæ entitatis pertinentes ad idem prædicamentum *vbi*, fieri vero præsentia termini & ipsa præsentia termini sunt duæ entitatis, quarum hæc posterior pertinet ad prædicamentum *vbi*, & illa prior ad prædicamentum Actionis: quod si repeteramus entitatis pertinentes ad diuersa prædicamenta sub diuersis rationibus formalibus, nullus constituit actionem à termino distinctam sub prædicamento actionis, & sub prædicamento *et*. Item effaciū: fieri præsentia termini subiectatur in eodem subiecto, in quo subiectatur præsentia cuius est fieri, seu terminus illius, sed illa præsentia subiectatur in termino actionis præcipua, videlicet in substantia reproductionis: ergo in eadem debet subiectari fieri præsentia, sed præsentia actionis subiectatur in ipsa actione, quam afficit: ergo præsentia actionis, & fieri præsentia termini habent diuersa subiecta: ergo distinguuntur.

Vtlimò admissa tota hac doctrina, probo necessariam non esse reproductionem terminatam ad existēram Christi, vt detur conuersio panis in substantiam corporis Christi. Præsentia actionis est fieri præsentia termini, vt affimat P. Soar. ergo posita diuersa præsentia actionis, est diuersum fieri præsentia termini: ergo ex eo præcisè, quod ponatur noua præsentia actionis, ponitur noua præsentia termini: ergo ad hoc vi Christus specialiter incipiat esse præsens accidentibus panis, necessaria non

est noua illius productio, sed noua praesentia superaddita productioni antiqua, quae erit nouum fieri noua praesentia, ex vi cuius fiat Eucharisticè præsens, eadem enim actio productiva corporis Christi poterit habere plures presentias quae sint plura fieri plurium presentiarum corporis Christi, quibus definitiuè existat in Eucharistia, & in Cœlis circumscriptiù. Rem declaro, & confirmo: posita hac secundâ reproductione, quam ponit P. Soar. cum illa praesentia, quae est fieri praesentia Eucharistica, actio illa, ex vi cuius Christus existit in Cœlis, si per possibile, vel impossibile deficeret actio prima productiva Christi, non deficeret Christus, quia ex vi huius secunda productionis sufficienter conservaretur, neq; deficeret ut existet in Cœlis, quia ut existens Cœlis tatum addit praesentiam distinctam ab ipso ut existente in Eucharistia, que supposita existentia Christi in Eucharistia existet per actionem terminata ad ipsam praesentiam cœlestē sine alia noua actione terminata ad corpus Christi, res enim existens in hoc loco præcisè per actionem nouam terminata ad nouam praesentiam ponitur in alio loco sine noua actione terminata ad existentiam rei ergo intelligitur substantia Christi corporis cum unica tantum actione terminata ad illius existentiam, & cum pluribus actionibus terminatis ad diueras praesentias, quae actiones terminatae ad praesentias, sunt quasi modificationes actionis terminatae ad corpus Christi, vel proprii modi illius, ut vult Soar, qui asserit praesentiam actionis esse fieri praesentia termini existentes in Cœlis, & in Eucharistia per veram conuerzionem, quae non confiteretur precisi in actione terminata ad corpus Christi, sed in actione sic modificata, ut terminetur ad corpus Christi tali modo præsens in Eucharistia: ergo ex eo, quod ita modificetur actio, qua primo Christus fuit productus, dabit conuersio corporis Christi abique eo quod detur noua actio, sicutdem ex actione antiqua, & noua illius modificatione potest fieri concretum eiusdem rationis, quo fit ex noua productione, & ex modificatione eiusdem: haec enim modificatio, quae reproductioni superadditur potest addi primæ productioni, quia prima productio, & secunda reproductione materialiter sumpta ut distincta ab hac modificatione eiusdem omnino sunt rationis, eudem formalem terminum respiciunt, & neutra potest habere rationem conuerzionis, quia vtraque terminatur ad nudam substantiam corporis Christi, quae per se sumpta non dicit modum existendi Eucharistica, neque aliquam oppositionem cum substantia panis.

## §. III.

An ex vi conuerzionis debeat definire terminus à quo.

Precipuum argumentum, quo nos impetuunt aduersarij in hunc modum procedit. Ad hoc ut detur conuersio non sufficit ut terminus à quo definat esse sub illo, sub quo fit conuersio, sed requiritur ut absolute definat esse, ita ut non maneat in rerum natura: verbi gratia, ut panis conuertatur in corpus Christi non sufficit, quod panis definat esse sub accidentibus, sub quibus ponitur corpus Christi, sed requiritur absolute ut panis simpliciter secundum se definat esse, ita ut in rerum natura non permaneat: ergo requiritur ut terminus ad quem denuò producatur per nouam actionem ad illum terminatam, etiam si terminus antea praexisterit. Respondent nonnulli ad conuersionem panis in corpus Christi sufficere per se loquendo substantiam panis non permanere sub antiquis accidentibus, in qua succedit corpus Christi, necessariò tamen definere substantiam panis, quia eo ipso quod remaneat sine accidentibus nequit naturaliter conservari, sicut alijs de materia panis philosophantur existimantes ex vi conuerzionis formaliter tantum per se deficeret forma panis, & materiam consequenter, quia materia non potest naturaliter conservari sine forma. Contra hanc doctrinam vulgo obiicitur sequi vnum corpus conuerti in aliud, quando illud è loco pellit, quia definit esse in illo loco, in quem succedit corpus aliud, & ita posse dici hominem conuerti in bestiam, quando ab hac illius locum occupare incipiente è loco pellitur. Hoc argumentum nullius est momenti, quia cum corpus è loco pellitur ab alio, nullum accidens corporis expulsi remanet, in quod succedit corpus expulsus, quia ubi intrinseca expellentis, & expulsi sunt realiter

diuersa spatium imaginarium nihil est, & locus extrinsicus propriè non est accidens locati, quia est illi nimis extinsecus, & ita non datur conuersio quando vnum corpus succedit in locum alii, quia nihil illis commune datur.

Obiiciunt alij: Sequi corpus Christi conuerti in nostram substantiam, & in substantiam vermis, quando corruptis accidentibus Eucharisticis desinit esse sub illis corpus Christi, & succedit nostra substantia, vel substantia vermis, quae succedit sub illis accidentibus. Nonnulli apud P. Soar. disp. 4. sect. 3. in initio, non renuent consequentiam concedere: asserit tamen P. Soar. nequam concedendam esse, neque esse tutum in re tam graui ab antiquis Theologis recedere, esque piorum aurium offensioni afferere Christum conuerti in substantiam vermis, & in alias huiusmodi substantias. P. Arriaga disp. 1. sect. 3. subsect. 1. at se non magnum absurdum videre in consequentia admittenda, & non improbabiliter posse admitti, neque illius doctrinam inter viros doctos prolatam aliquid scandali allaturam, quod si gigneret, tantum esset apud ignoratos, qui si audirent Verbum diuinum posse vniuersi hypotacce forme leonis aliorum animalium putare, hoc non sine ingeni blasphemia dicit, quod tanquam verum defendit P. Soar. & communis Theologorum sententia.

His non obstantibus: fentit Arriaga probabilius negari consequens, quia videtur nullum esse accidens commune, sub quo fiat conuersio, accidentia enim panis non remanent quando succedit forma alia recente corpore Christi accidentia, quae formam illam sequuntur, non fuerunt in Christo, qui potius recedit, quia veniunt talia accidentia: ergo conuersio haec corporis Christi in nostram substantiam non fit sub accidentibus panis, neque sub accidentibus forma aduenientis: ergo sub nullo communi accidenti cum in sententia Arriagi quantitas distincta ab aliis accidentibus non admittatur. Displacet maxime operè solutio, quia quando succedit forma vermis, etiè deficiat aggregatum illud accidentium, sine quo forma panis non potest naturaliter conservari, non tamen deficit omne accidentis, ita ut nullum permaneat ex his, quae aggregatum illud constituebant, sunt enim plura accidentia, quae remanent in quocumque genito ex his quae præcesserunt in corrupto præcedenti, & sic producta substantia vermis remanebunt plura accidentia ex his, quae constituebant temperamentum panis, sub quibus loco panis erat corpus Christi ergo si ex alio capite non obstat, posset sub his accidentibus fieri conuersio. Secundò quovisque deficiat temperamentum requisitum ut naturaliter sub illo posset conservari forma panis non recedit corpus Christi, sed antequam deficiat hoc temperamentum, deficiunt alia accidentia, quae ad perfectum panis temperamentum pertinebant, licet sine illis posset conservari forma panis, loco quorum succedunt alia, quae incipiunt disponere ad formam venturam, quando recedit corpus Christi, quae remanent aduenient substantia compositi venturi ergo sub his etiam posset fieri conuersio, si ex alio capite non obstat. Tertiò temperamentum panis in aliquibus gradibus cuiusvis ex quatuor qualitatibus conuenit cum temperamento cuiusvis compositi venturi recente corpore Christi: ergo gradus illi communes temperamentum panis, & temperamento compositi venturi idem perseverabunt recente corpore Christi, & aduenient alio composto: ergo sub illis posset fieri conuersio, si ex alio capite non repugnaret.

Quidquid sit de absurdo consequentis ego consequentiam negarem, etiam si concederem ad conuerzionem non requiri absolutam desitionem termini à quo, assereremque Christi corpus non conuerti in formam aliti speciebus Eucharistica, quia Christi corpus non definit esse sub speciebus ex aduentu forma aliti, sed ex defectu accidentium panis, quibus est annexa praesentia Eucharistica, & ita præcisè ex eo quod haec deficiat deficit corpus Christi: ita ut prius sit introduci dispositiones aliti, posterius deficiere dispositiones panis (loquor de prioritate, & posterioritate naturæ, haec enim omnia in eodem temporis instanti contingunt) deinde deficiere corpus Christi, & postea creari materiam, in quam introducenda est forma aliti, & ultimè formam hanc introduci. Hac ratione corpus Christi non definit ex vi substantia aduenientis, quia ante illam supponitur non existens Eucharistica sub illis accidentibus, & ita non potest dici conuerti in substantiam aduenientem, quia de ratione illius, quod conuertitur

est desinere esse sub accidentibus, aut subiecto communibus ratione illius in quod conuerterit. Contra hanc solutionem statim se offert doctrina tradita Controu. 8. Phys. punct. 3. vbi dixi formam substantialē expellendam esse à subiecto non solum ex defectū dispositionum etiam si ab illis dependeret in conseruari, licet talis defectus supponatur ad formam contraria, & ex se sufficiens esset ad inferendam negationem formæ, sed etiam ratione forme contraria, à qua simul & à defectū dispositionum, qui esset prior illa, procederet expulsio formæ præexistentis: ergo eadem ratione in nostro casu dicetur, etiam si defectus accidentium panis sufficiens sit ut ex vi illius tantum recedat corpus Christi seu definat esse Eucharistie, non desinere esse præcisè ex defectu accidentium, sed ratione huius defectus, & ratione substantie aduenientis incompositibilis cum corpore Christi Eucharisticè existenti, & sufficiens illud ab his accidentibus expellere. Respondeo: disparem esse rationem, quia forma, quæ alij succedit non supponit illam expulsam prioritate naturæ, neque illius introductio dependet ab illius expulsione tanquam ab aliquo antecedenti, quia etiæ sit incompositibilis cum illa sufficiens est illam expellere, & ita non illam expulsam supponit. In nostro verò casu dici potest substantiam succendentem corpori Christi non habere virtutem ad expellendum corpus Christi ab illis accidentibus, sed necessariò illud supponere expulsum. Ratio autem, quæ me mouet ad afferendum substantiam aduenientem necessariò supponere negationem corporis Christi sub illis accidentibus hæc est. Deus conseruat Christum sub accidentibus panis, & non producit substantiam panis dum accidentia perseverent, etiam si accidentia exigant productionem substantie panis: ergo Deus conseruat Corpus Christi Eucharisticè existens independenter ab exigentia causarum naturalium respectu substantiae incompositibilis cum illo: ergo illud conseruabit & illam substantiam incompositibilem non producit, etiam si illius dispositiones eiusdem substantiae productionem exigant: ergo nunquam corpus Christi poterit expelli ab aliqua substantia, quia etiæ quacunque adueniens esset incompositibilis cum illo, & illud expelleret si produceretur, tamen produci neguit donec supponatur Christus non existens sub illis accidentibus, quia Deus Christum in Eucharistie existentem conseruat independenter ab exigentia formæ contraria, sicut si Deus decreuerisset conseruare calorem in hoc subiecto independenter à forma contraria frigiditatis, frigiditas non posset calorem expellere, neque introduci in subiectum caloris sicuti de visione hypothistica multi affirmat reddere Christi humanitatem impeccabilem, quia in sensu composito incompositibilis est unio cum peccato, & peccatum non potest illam ab humanitate diuidere, quia Deus illam conseruat independenter à quocumque contrario. Itaque dicendum Deum conseruare modum Eucharisticum corporis Christi sub accidentibus panis tantum dependenter ab existentia horum accidentium, & independenter ab omni alio, & ita tantum ex defectu accidentium deficere poterit, & non ex defectu alijs substantiarum, neque aliqua incompositibilis cum hoc modo existendi produci poterit, si prius natura non supponatur ad illius productionem negatio modi, ex vi cuius Christi corpus Eucharisticè existit.

19 Hec dixi ut ostenderem inferendum non esse Christi corpus recedens ab accidentibus conuerti in substantiam succendentem, etiam si non requiratur terminus à quo desinere esse secundum substantiam, sed tantum sub speciali modo aliquo, nihilominus omnino verum existimо terminum à quo conuersio secundum suam substantiam debere desinere esse, ita ut non solum non existat modo, quo antea existebat, sed neque in rerum natura permaneat aut existentiam habeat. Quia si dicatur sufficere ad conuersiōnem panis in corpus Christi, substantiam panis non existere sub accidentibus panis, difficultate potest ratio reddi propter quam substantia panis in rerum natura non permaneat, dicere autem substantiam panis absolute non desinere esse nefas est. Quod enim dicitur substantiam desinere esse, quia manet sine accidentibus, sine quibus non potest conseruari difficile est, quia ex eo quod substantia deficit accidentia, quæ sunt illa posteriora, & ab ipsa dependent, non videtur defectum substantiam, quia, quod est prius non deficit ex defectu illius, quod est posterior. Neque materia prima ex defectu horum accidentium, neque ex defectu formæ panis substantialis deficeret, quia ut dice-

bam Contr. 2. Phys. punct. 7. materia sine forma constituta petet naturaliter conseruari. Vide quæ de hac re, & dependet à posteriori scripti. Ratio à priori est quia terminus a quo transit à se ipso in terminum ad quem, & illud, quod erat terminus à quo, verbi gratia, panis, sit corpus Christi, quod est terminus ad quem. Conuersio enim est transitus non solum ex uno in aliud, sed unius in aliud, ubi gratia, non est transitus ex uno subiecto in aliud, ad quod sufficeret relinqueret hoc subiectum, & aliud acquirere, sed unius in aliud, hoc est ex eadem entitate que transit, quae se ipsum respicit tanquam terminum a quo, quem relinqueret debet, illud enim à quo fit transitus relinquendum est, nihil enim transitus ab illo, in quo perirerat, non potest autem se ipsum relinqueret nisi per deficitem suum, dum enim perseveraret in se ipso, & quasi secum erit, & ita non dicetur à se transire, terminus autem ad quem non est illud à quo fit transitus, & ita sufficit ut terminus à quo fit terminus ad quem, quin ipse terminus ad quem fieri incipiat, quia ut hoc fit aliud non requirit, illud aliud tunc fieri, sed in illud, sive tunc, sive ante factum transire, quod conuerteri, & fieri dicuntur. Itaque substantia panis relinquit se ipsum, & quasi acquirit aliquid distinctum à se, in quod transit, & quod fit, ut autem se ipsum relinquit necesse est relinqueret suam existentiam, ut autem quasi acquirat aliquid distinctum à se non requirit illud distinctum tunc produci, potest enim illud, quod iam diu productum est nunc acquiri.

Rufus obicitur ex modo loquendi Patrum afferentium corpus Christi fieri, produci, vel creari in conuersione Eucharistica. His testimonis rectè responderet P. Valquez, Patres nihil aliud significare voluisse, quam virtute verborum substantiam panis, & vini transire in corpus Christi: ratione enim conuersio corpus Christi constituitur in hoc Sacramento, ac si denudò crearetur. Instat Hurtad. ex profa Missa dicente: *Fistque sanguis Christi merum, quæ propositio esset falsa, & inepta si corpus Christi non fieret per nouam actionem. Sicuti præpositio hanc interpretatus est Hurtad. quia in illa verbum fieri, seu participiū fatur, in illo inclūsum non praedicatur de sanguine, sed de mero & præpositio debet construi, merū fit sanguis Christi, ac proinde si verbum fieri, seu illius participiū importaret actionē terminatā ad subiectū, de quo prædicatur potius deberet inferre Hurt. verbo fieri importare actionē terminatam ad merū, quam ad sanguinem Christi, quod absurdū est si intelligatur de vera actione politia uenitus ergo præpositionis est: merū fit sanguis Christi: *Et vino se à beba sanguine Christi*, hoc est definit esse in Christi sanguinem.*

Vltimò obicitur: si per conuersiōnem Eucharisticam non producitur corpus Christi sed tantum punitur sub speciebus, sequitur conuersiōnem Eucharisticam non esse substantialē, quia tantum est quædam præsentatio, seu adductio corporis Christi per nouam præsentiam localem seu uisionem accidentalē ad accidentia panis, quomodo cumque hæc unio constituitur, ad quem tantum terminabitur conuersio, ac proinde non erit substantia, sed accidentis. Resp. conuersiōnem dicere oppositionem inter terminum à quo & terminum ad quem, quæ oppositione substantialis dicitur ex eo quod inter terminos substantiales versetur, ex vi enim illius una substantia immediatè transire in aliam, quod est conuersiōnem esse substantialē, & terminari ad substantiam formaliter ut conuersio est, quia conuersio ut conuersio formaliter respicit tanquam terminum formale illud, in quod fit conuersio, licet materialiter sumpta, ut productio est respicit accidentis, videlicet modum illum, seu præsentiam localem, ex vi cuius Christus existit sub panis accidentibus, ut P. Lugo dicet, puncto immediate præcedenti, sed dicit P. Soz. præ aliud esse conuersiōnem esse substantiarum, aliud esse substantialē, conuersiōnem esse substantiarum dicit ex vi illius una substantiam conuerti in aliam, esse verò substantiale dicti respicere tanquam terminum formale substantiarum, quem non respicit conuersio Eucharistica, si ex vi illius non producitur Christi corpus, sed tantum modus illæ accidentaliter existendi sub speciebus panis. Resp. terminū formale à quo conuersiōnē esse illud, quod conuerterit, & quod definit esse, & terminū formaliter ad quem conuersiōnē ut conuersiōnē esse illud in quod aliud transit, & in quod conuerterit, ut dicebam puncto præcedenti, ac proinde eo ipso quod conuersio est substantiarum, & ex vi illius una substantia in aliam conuertitur, respicit.

respicit vñā substantiam tanquam terminum à quo, & aliam tanquam terminum ad quem, & est conuersio substantialis, quia formaliter vt conuersio est terminatur ad substantiam, neque conuersio ex alio capite potest dici substantialis nisi quia ad substantiam terminatur, sicut actio substantialis dicitur, et si entitatiū sit accidens, ex quo ad substantiam terminatur. Instabat: conuersio vt productio est terminatur ad modum illum accidentalem, & non ad substantiam secundum sententiam traditam ergo non est simpliciter substantialis. Retorquo argumentum: conuersio etiā sit productio corporis Christi in sententia P. Soar non tantum terminatur ad corpus Christi secundum se, sed ad corpus Christi sub illo modo existenti sub specie Eucharistie; ergo non solū respicit tanquam terminum substantiam corporis Christi sed modum illum accidentalem; ergo terminatur ad accidens; ergo accidentalis dicitur. Resp. conuersione dicis substantialē ex eo quod formaliter vt conuersio est terminatur ad substantiam, etiam si materialiter vt productio est modū accidentalē respiciat vt terminum.

## §. IV.

## Tutoris difficultatis resolutio.

**E**x diētis de natura conuersionis, & de illius proprietatibus facile erit definire, quomodo generationi ratio conuersionis contingat, & in quibus generationibus intercedat conuersio. Prīmō certum est de conceptu generationis conuersionis non esse, quia generatio non dicit corruptionem formæ, neque alicuius entitatis habentis oppositionem cum termino formalis, aut totali generationis, neque dicit materiā primā, aut aliqd accidens, quod terminum generum afficiat praecepsile in aliquo termino, qui ex vi generationis definit esse, quae essentialiter requiruntur ad rationem conuersionis vt dictum est. Secundō certum est etiam non omnem conuersionem esse generationem, quia etiam si quidquid est in subtilitate panis, & modus vniōnis inter materiam, & animam humanitatis Christi crearentur, ac proinde totū corpus Christi compositum ex materia, & forma eset creatum, substantia panis conuerteretur in corpus Christi absque illa generatione adhuc præexistente, que respiceret terminos conuersionis, neque aliqd ad illorum constitutionem spectans, & in subtilitate creatis certum est postea conuersionem sub aliquibus accidentibus communibus etiam si nulla intercedat ipsorum generatio. Itaque generatio & conuersio mutuo exceduntur, dantur enim generationes, quæ conuersiones non sint, & conuersiones, quæ non sint generationes, licet aliquando in eamdem mutationem confluat generationis, & conuersionis ratio.

**I**n generatione compositorum, quorum formæ materiales sunt regulariter duplex reperitur conuersio, conuertitur enim forma corrupta in formam genitam conuersione formalis, quæ propriè est conuersio vt dicebam suprà, & convertitur totum genitum in totum corruptum, quia ex virtutis geniti definit esse totum corruptum, & utriusque eadem est materia communis. Conuersio haec totius in totum non distinguitur à conuersione vniōnis in vniōnem, quia non alia ratione totum genitum ponitur in rerum natura, neque destruitur totum corruptum, nisi quatenus destruitur vno huius, & illius vno producitur. In morte hominis, & generatione cadaveris, etiā vnum totum conuertatur in aliud, non tamen vna forma in aliam conuertitur, quia rationalis anima non definit esse secundum se, etiam si producatur forma cadaveris, & introducatur in materiam, quam ante informabat rationalis animus, ac proinde non potest esse terminus à quo conuersio, neque in formam cadaveris conuerteri, qui terminus à quo conuersio, qui in terminum ad quem conuertitur, debet definit esse secundum suam entitatem, & in rerum natura non permanere, anima autem rationalis separata à materia verè existit, & permanet in rerum natura. In homini generatione duplē conuersionem reperit totius corrupti in totum genitum videlicet hominem, & conuersionem formalē formæ embryonis, aut aliud quæcumque sit, quæ præcedat rationem animū, in ipsum rationalem animum. Priorem conuersionem admittit communis sententia posteriorē hanc negat Hurt. disp. i. sect. 4, tum quia anima rationalis non educitur ex potentia materiæ, tum quia non opponitur cum forma præcedenti ratione sui, sed ratione vniōnis. Neutra ratio me mouet, non prior quia ad

Franc. de Oñedo, Philosoph. Tom. I.

conuersionem non requiritur terminum in quem fit conuersio educi ex illo, sub quo fit conuersio, possunt enim conuerti illa, quæ per se creantur, vt dicebam suprà, neque requiritur terminum ad quem produci ex vi conuersionis vt nuper probabam. Posterior ratio non mihi maioris ponderis est, quia vt probauit Contr. 8. Phys. punct. 3, forma media vniōne opponitur cum alia non solū vt vnitā, sed vt eductā, & ita anima rationalis vt vnitā non solū immedietate destruit vniōnem formæ embryonis, & consequenter ipsam formam, quæ sine hoc vniōne non potest conuari, sed immedietate opponitur cum ipsa forma, vt educta, & exigit ne vltius educatur, quod est exigere suspenſionem influxus, que conservatur. Ad illud, quod dicit Hurt, formam rationalem non opponi pet se ipsam, sed per vniōnem. Respondeo animam rationalem per se ipsam esse destruicūm in actu primo formæ embryonis, indigere tamen vniōne tanquam cauſalitate requisita vt in actu secundo illam destrueat, seu in actu secundo hic, & nunc exigit illius destructionem, sicut forma educta mediā educatione tanquam cauſalitate, seu applicatione exigit destructionem formæ oppositæ, quam non exigeret, si non educeretur, nihilominus dicimus per se ipsam immedietate opponi cum alia. Ex his argumentum desumitur ad probandum in generatione hominis, & corruptione embryonis reperiſti omnes conditions requisitas, vt dicatur formam embryonis conuerti in animam rationalem, quia aduenit anima rationalis per incompossibilitatem, quam habet cum illa, & utriusque est subiectum commune. Neque oblitus animam rationalem non produci in generatione hominis, quia necessum non est, ex vi conuersionis produci terminum ad quem conuersionis.

## P V N C T V M VI.

## De Generatione viventium.

**T**heologi omnes cum Doctore Angelico i. part. quæst. 27. art. 2. viventium generationem definiunt: *Origo vniōnis: à vivente à principio coniunctio in similitudinem naturæ,* quæ definitio videtur defumpta ex Aristot. variis in locis, nam 8. ethic. cap. 12. dixit genitum debere esse coniunctum generanti: debere autem esse in similitudinem naturæ docuit idem Philoponus 2. de anima cap. 4. tex. 34. & 7. Meta. cap. 8. tex. 18. & 1. de Gener. animalium cap. 1. Addit. Maior in 1. disq. 13. quæst. 1. Generationem hanc debere esse à vivente cognoscere se, vt hac ratione plantæ excludentur à vera generatione, siquidem vna arbor alia arboris filia non dicitur. Consentit P. Vafquez disput. 113. cap. 2. num. 6. Disſentiunt alij plurimi Doctores cum recentiorum manu. Cæterū nomen filij tantum tribui viventibus, quæ ab aliis cognoscitius procedunt circa controverſiam est, actualem verò cognitionem ad hanc filiationem in principio, à quo procedit necessariam non esse, fruſtra quisquam negabit, nullus enim dicit problem procreantem à femina dormiente in instanti, in quo semen virile recepit, & proprium decidit, & in instanti in quo exercetur actio prodūcta ipsius prolis rationem filiationis non trahere à tali foemina, & hanc propriè matrem non esse. His positis vix aliqd potest circa rem in questionem verti, quod ultra nomen procedit. Certum enim est arbores non dici filias, an verò hoc procedat ex eo, quod cognoscitiva non sint arbores, quæ aliarum sunt principia, vel ex aliis peculiaribus circumstantiis, quæ reperiuntur in generationibus sensituorum, & non in generationibus viventium, quæ tantum se nutriant incertum est, non enim potest certò sciri, quæ ratione apud maiores in ualuit vīsus non tribuendi filiationem viventibus, quæ à pure sensitu procedunt. Coniector ego arboribus, & plantis vulgo filiationem denegatam fuisse, quia regulariter vix speciale aliquid similitudinem sensibus perceptibilem habet planta, seu arbor cum principio, à quo sicut producta, quæ non habeat cum aliis plantis, seu arboribus eiusdem speciei, & cum de ratione filii sit similitudo, hinc sit, vt illis, in quibus vulgus vix aliquam similitudinem agnouit, filiationis proprietatem non impetrat. Neque refert minorem habere similitudinem equam cum asino, & nihilominus anni filiam dici, quia hoc peculiare est in vna, vel altera sensituorum monstroſa generatione, & pro omnibus idem loquendi modus est

M m 3 institutus.

institutus. Ceterum etsi ad denominationem filij secundum frequenter loquendi modum requiritur principium generationis cognoscitum esse, adhuc lis est, an generatio vnius arboris ex alia, ex vi cuius arbor genita filia non euadat, comprehendatur sub definitione viuentis supradicta, aliud enim est arborem genitam filiam esse, aliud genitam speciali viuentis generatione, quam Philosophi, & Theologi definit, potest enim dici generationem viuentis pure nutriti esse propriissimam viuentis generationem, & ex vi illius terminum genitum filium non euadere, quia latius patet esse genitum proprii viuentium generatione, quam esse filium. Sento arbores, eti filia non dicuntur proprii dici genitas speciali viuentium generatione à Doctoribus definita, quia illarum productioni optimè quadrant omnia, que definitione specialis generationis viuentium exprimitur, ut illius explicatione notum fiet.

2 Per particularam, origo viuentis à viuenti, excluduntur reliqua generationes, qua à viuentibus non procedunt, excluditur etiam nutritio, que non est vnius viuentis ab alio viuenti distincto, quod important verba illa, viuentis à viuento: ly à principio coniuncto significat aliquid generationis debere esse in genito, & quidem non emortuo modo, sed vitali. Quia ratione semen dicitur à viuento modo vitali ab eodemque elaboratur: ob defectum huius conditionis productio Adami generationis non fuit, à nullo enim principio coniuncto procepsit, neque productio Euæ eti ex Adamo cocta, quia eam non vitaliter subministravit Adamus, neque per illam efficienter ad productionem Euæ concurredit. Ob hanc rationem possent etiam excludi ab hac definitione generationes viuentium non sensituum, quia arbor non viuo modo, sed emortuo semen ministrat, ut illo arbor alia procreetur, illud enim non actiuè à se decidit, neque propria virtute intra terram collocat, quæ veluti mater semen arboris foueat, & illo adiuta aliam concipit, & parturit arborem. Nihilominus adhuc standum est dictis, & dicendum generationem arboris generationem esse viuentis specialiter sumptum, quia eti arbor non vitaliter à se decidat semen, & collocet intraterram, vitaliter tamen illud elaborat cum virtute productiua alius arboris, ut ex illo non solum tanquam ex principio passio, sed etiam tanquam à principio arbor alia procreetur, quod respectu Euæ non habuit Adamo costa, quia haec in Adamo structuram, & non in Euæ procreationem elaborata fuit, neque actiuam virtutem habuit Euam producendi. Neque dictio illa vitali modo videtur requiri ad rationem generationis, quia si demonis arte nullo viri concursu semen ab illo esset extractum, & inclusum intra feminæ matrem, procreatione foetus vera esset viuentis generatio, etiam si vitalis alia decisio, & communicatio principii coniuncti non praefuisse. Existimo tamen hanc vitalem seminis decisionem per actiuam maris feminæ concussum, & eiusdem elaborationem cum dispositionibus requisitis, ut ex illo saltem tanquam ex materiali cauif proles educatur, absque alio concussum actiuo praefito à principio incidente semen, vel ab ipso semine sufficere, ut proliis procreat, specialis viuentis generatio dicatur, & terminus ex vi illius respectu sui principii filiationem contrahat: quia de ratione huius tantum est procedere à principio coniuncto actiuè communicato genito à generante per actiuam decisionem, seu operationem ordinatam ad productionem termini geniti, vel à principio coniuncto actiuè concurrente, & elaborato, ut tales praefest concupiscent. Doctrinam hanc trado ut defendam virum verè esse Patrem termini geniti ex semine, quod ille decidit intra matrem feminam, etiam si semen actiuè non concurrat ad proliis generationem, concussum enim actiuum feminæ dubius est, quem multi satis probabiliter negant, & apud omnes inconcussum est substantiam genitam ex semine decisio, ab hoc homine respectu eiusdem filiationem contrahere, ex quo infero independenter à concursu actiuo feminis Doctores agnoscere in sensu suis fundatum filiationis, siquidem constanter defendunt quilibet hominem filium esse illius, qui decidit semen, ex quo sicut procreatus, etiam si virtutem actiuam semini negent. Quod verò docet Arriaga, videlicet casu, quo semen virile actiuè non concurrat, virum non magis esse Patrem respectu proliis, quam Adamus respectu Euæ aliquam est à communis hominum consensu, & ne trahat ad hoc absurdum deuorandum, à posteriori infero sufficere ad viuentis

generationem respectu maris hunc actiuè elaborasse, men in bonum proliis procreandæ, & actiuè illud à se decidiſſe vitali modo.

Circa particulam, *in similitudinem naturæ*, magna est inter Theologos dissensio, qui diuerso modo explicant similitudinem requisitam ad rationem generationis, ut iuxta propriam sententiam accommodè defendant veritatem Catholicam videlicet productionem secundæ personæ Trinitatis esse generationem, & secundam personam veræ, & propriæ esse filium, & productionem Spiritus sancti non esse generationem, & hunc filium non esse. Explicatio, quæ magis consona apparet, est illa, quam verba præferunt scilicet, quod generans, & genitum sunt eiusdem naturæ. Hanc naturæ unitatem in generatione, & in genito specificam tantum poposcit Aristoteles, qui generationem tantum creatam agnouit. Ceterum si cum individua naturæ unitate potest distinctio generationis, & generati, & productio componi, dum distinctio naturæ non est, ut in diuinis contingit, hanc esse perfectiorem similitudinem vel unitatem sensu, cum qua melius componetur generatio, si illam nolis similitudinem vocare, maior enim est coniunctio per identitatem, quam per similitudinem. Et verò hanc unitatem debere intercedere inter generans, & genitum expressit Aristot. ex quo delectus est illa particula in similitudinem naturæ. Verba sunt Philosophi c.8. text. 28. vbi ait: *In quibusdam manifestum quod generata est, quod generatur, non tam idem, neque enim universale viuum in specie, ut naturalibus, homo namque genus hominem, nisi quod præter naturam fiat ut homo mutus, & hoc quoque similiter, quod enim est commune equo & asino non est in manifestum propinquissimum genus: fuerint ambo fortissime viuamus. Ecce ex Aristotele adeò strictè requiritur similitudo in natura ut adhuc in generatione muli similitudinem, hanc non deficeret dixerit, considerandum namq; viuum principium conflatum ex equo & asina, cui mulus genitus affinetur. Intendit ergo natura perfectam assimilationem in generatione muli, cùmque impossibilis sit assimilatio viuum muli geniti cum duplice animali diuersæ speciei, id, quod potest, præstat natura, & mulum edit ea similitudinem, quæ potest habere cum principio ad quatuor constituto ex animalibus specie diuersis. Ex his principiis perfecta generatione unitatem in natura specifica cauif, & perfectissima, quæ est Verbi generatio unitatem dicit numerica.*

P. Hurtad. i. part. tom. 2. quest. 27. disp. 98. docet de ratione filij esse, quod procedat similiis in ratione principij incidentis primò producere substantiam sibi similem in natura, quod repertiri docet in omnibus filiis, quia licet nullus de facto non euadat principio similiis, principium tamen illum intendebat similem producere, eti per accidens ex commixtione femininum dissimili dissimilis euaderit, quia quodlibet semen secundum se ordinabatur ad productionem foetus naturæ specifica perfectè simili viuenti, à quo fuit dictum.

Canariensis i. p. q. 27. art. 2. docet ad rationem filij non sufficere similitudinem, sed requiri rationem imaginis in filio, addit autem esse imaginem supra simile, hoc esse productum ad representandum prototypum, sic omni ouo simile est, non tamen illius imago, quia productum non est ut alturum representet. Canariensi contentit P. Vasquez i. p. tom. 2. disp. 13. c. 7. & hunc sequenti sunt illius fidei discipuli Torres Complutensis disput. 2. de Trinit. dub. 7. & Alarcon disp. 8. cap. 16. & 17. & apud hunc Baſilius Legionensis de nominibus Christi in nomine Filij.

Ricardus de S. Victore lib. 6. de Trinitate à c. 16. usque ad 21. Alenfis i. p. quest. 92. membr. 2. §. 1. & membr. 3. art. 2. ad 3. Major in i. dist. 13. q. 1. in ultima particula definitionis ab ipso adductæ. D. Bonauti. in i. dist. 31. art. 1. quest. 2. sensere similitudinem ad rationem filij requisitam non tantum debere esse in natura, sed etiam in principio producendi, seu in virtute producendi, hoc enim principium, seu hanc virtutem nomine naturæ in definitione adductæ

hi doctores intelligunt iuxta illud Arist. *natura est principium motus*. Hac ratione asserunt Spiritum sanctum non esse Filium, quia non producitur cum virtute aliam personam producendi: Verbum autem esse filium quia producitur simile principio in virtute producendi, sicut enim prima Trinitatis persona virtutem habet producendi filium per intellectum, sic & secunda virtutem habet producendi simul cum prima per modum vii principij per voluntatem tertiam aliam personam, & haec nullam aliam potest producere. Sententiam hanc his temporibus in lucem edidit P. Zufriaga tom. de Trinit. disp. 2. dub. 20. Accedit Puente Hurtado in manuscriptis qui definitam esse contendit in Concilio Florentino, ex quo mentem hanc eberiarum Arriaga, qui iam ut ipse fatetur disp. 1. sect. 4. n. 42. ab illa decelit.

8 Perdoctus Magister à nostris sic particulam illam: *in similitudinem naturae*, explicit. Asseruit generationem debere prouenire à natura, illam verò actionem prouenire à natura vt natura est, qua prouenit ab ipsa natura tamquam à principio quod, vel à supposito per ipsum constituto, quia cum natura per se primo insit supposito, & secundum suum conceptum habeat esse radicem talis operationis, non potest non constitutere suppositionem, cui inest principium eiusdem operationis, vel termini, quoties terminus productus non est ipsa personalitas constitutiva illud suppositum. Vnde insert hic auctor rationem principij aduenientis supposito inesse talis iam constituto non esse naturam, haec enim definitur à Philosopho: *principium motus, & quietis eius in quo est primus, & per se, & non secundum accidentem*; id autem quod aduenit supposito iam constituto, non est in illo primo, & per se, sed secundum accidentem: Actio ergo, qua prouenit ab hoc principio aduenienti supposito iam constituto, non prouenit à natura vt natura est, & ita non potest esse viuentis generatio qua esse debet origo viuentis à viuenti in similitudinem naturae, à qua formaliter vt natura procedat. Rem sic explicat huiuscemodi propagandator detor, exempli gratia, hominē album esse principium aliquius operationis, ita indivisibiliter, vt homo præcisā albedine nullatenus esset principium *quod*, nec remotum, nec proximum, illa operatio non esset à natura hominis, vt natura est, quia haec exerceret suum munus respectu suppositi hominis in ordine ad totum substantiale, quod non aduenit enti iam constituto in suo esse: effit autem principium talis operationis effettus accidentis respectu hominis, neque humanitas cum albedine primo, & per se tale principium constitueret, sed principium quoddam, quod per accidentem homini adueniret, si quidē huic per accidentem contingere albedo, ex qua tale principium constitueretur. Vnde etiā fingamus terminum productum per illam actionem procedentem ab homine albo esse hominem, adhuc talis actio non esset viuentis generatio, quia terminus productus non esset in similitudinem naturae cum suo principio, quia in hoc humanitas non exerceret munus naturae, cum ratio principij adueniret ipsi homini iam constituto, & ex homine, & albedine accidentaliter consergetur principium.

9 Neque ob id relegasse dicit hic auctor potentias accidentales proximas, nam si dentur, sunt quedam instrumenta substantiae, cui dantur, & haec absolute dicitur principium *quod*, & semper verum est dicere, homo generat hominem, etiam si detur potentia generativa superaddita, que fit accidentis, quia haec debetur homini formaliter vt homo est, & hominis natura immediatè cum hac potentia concurrit, vel si substantia immediatè ad productionem substantiae non concurrit, Deus concurrit cum potentia generativa tamquam cum instrumento naturae humana per specialem concursum, quem præstat natura loco, & quem simul exhibet potentia accidentalis, quia est instrumentum substantialis naturae.

10 Ex dictis principiis rationem hanc attexit, propter quam productio Verbi sit generatio, non autem productio Spiritus Sancti. Principium generatum Verbi est persona Patris, quia ex natura, & propria Patris substantia, quam ipse ab actua generatione formaliter non distinguit, resultat. Vnde actio, qua ab hoc principio procedit, à natura formaliter vt natura procedit, & si illius terminus sit eiusdem naturae cum principio, vt accidit in productione Verbi, talis actio erit productio termini in similitudinem naturae respectu principij, vt principium formaliter est natura, cum immediatè procedat à principio per naturam

constituro. Principium spiratiuum, siue formaliter distinguatur, siue non, ab ipsa spiratione actua non est filius formaliter vt filius, neque Pater formaliter vt Pater, quia si Filius formaliter vt Filius, & Pater formaliter vt Pater essent principia spiratiuum, non spirarent per modum vii principij spiratiui, quod dici ne fas est, certum est enim Patrem, & Filium spirare tertiam Trinitatis personam per modum vii principij spiratiui. Est ergo principium spiratiuum quid commune Patri & Filio, quod aduenit Patri iam constituto in esse suppositi, seu prima persona, & Filio constituto in esse suppositi seu secunda persona, neque ex hoc principio adueniente secundum nostrum concipiendū modum Patri, & Filio per modum accidentis resultat aliud suppositum, tum quia inaudita est quarta subsistentia relativa, tum quia de ratione substantie est incomunicabilitas alteri personae: si autem virtus spiratiua, seu spiratio actua constitueret personam, iam Patri & Filius dicerentur eadem persona. Ob quod Pater Ruiz disp. 70. sect. 3 n. 11. censet temerarium & pericolosum errorem esse concedere substantiam, vel suppositum aliquod commune Patri, & Filio, & apertum errorem affirmare personam utriusque communem. Resultat ergo aliquod singulare principium Spiritus Sancti ex essentia divina, & duobus suppositis Patri & Filio, & virtute spiratiua, seu actua spiratione, que non vniuersitatem immediatè essentia, sed media Paternitate, & Filiatione ut notat Pater Soar lib. 10. c. 4. n. 4. P. Ruiz disp. 7. num. 9. ac proinde potentia spirandi aduenit duobus suppositis iam constitutis in suo esse. Vnde etiā propter summam identitatem, piratio sit substantialis ex modo tamen aduenienti se habet veluti, accidentis adhucens, & adueniens supposito iam constituto, vt aduerit P. Soar, nuper citatus n. 6. in fine. Ex his concluditur iuxta principia supradicta tradita tertiam personam Trinitatis non procedere à natura formaliter vt natura est, & ita illius productionem non esse generationem, quia de ratione huius est procedere à natura formaliter vt natura, & terminum genitū produci in similitudinem naturae suo principio formaliter vt tale principium natura est, Spiritus autem sanctus etiā procedat eiusdem naturae cum Patre & Filio non potest in hanc similitudinem procedere, quia illius principium *quod*, non est natura formaliter, vt natura, que est in ordine ad suppositum constitutendum, sed aduenit formaliter duobus suppositis iam constitutis. Itaque productio Spiritus Sancti generatio non est, quia procedit à duobus suppositis, quodam producto, & altero improducto, quibus iam constitutis aduenit spiratiua virtus, seu spiratio actua: quod si virtus spiratiua esset constitutiva vii, vel dupliciti suppositi, à quibus procederet Spiritus sanctus sicuti virtus productiva, seu productio actua Filii si à virtute productiva formaliter non distinguitur est constitutiva prima persona Trinitatis, Spiritus sanctus genitus diceretur, quia non ex eo præcise quod procedat a duobus suppositis non dicitur genitus, generationi enim ex prædicatis essentialibus generationis vt sic non repugnat sive ab uno sive à duplice supposito procedere, sed ex eo non dicitur genitus Spiritus sanctus, quia procedit à duobus suppositis, quibus iam constitutis aduenit ratione nostra spiratio, & virtus spiratiua. Eadem ratione non diceretur genitus si procederet ab uno supposito, cui iam constituto, quia accidentaliter ex modo nostro concipiendi aduenient virtus productiva, & productio actua Spiritus sancti, quia tunc non procederet à natura formaliter vt natura.

Adduxi hos omnes dicendi modos, vt quilibet possit illum, qui magis ariserit eligere, neque aliquem alios præfero, neque in hac re modo meum aperio animum, hac enim quæstio non ad Philosophum, quem modò tantum ago, sed ad Theologum attinet, ex illa enim vt ex dictis visum est pendet modus defendendi veritatem Catholicae, videlicet Verbum esse genitum, & esse filium, Spiritum vero sanctum etiā procedentem à Patre, & Filio, & eiusdem naturae cum vroque neque genitum esse, neque filium dici.

## P V N C T V M VII.

Nonnulla expeditur de Generatione.

Circa principium generationis primò posset inquiri, r̄ quomodo ad illam dispositiones concurant, quam Mm 4 quæstio

questionem solui Controversia 1. punct. 4. ex hac questione manet alia soluta iuxta nostra principia, an videlicet ad generationem concurraat immediata accidentia, quae reperiuntur in passo, vel que in principio substanciali actu generationis subiectantur, cum enim ferat nostra sententia accidentia non effectu, sed dispositiu eocurrere, consequenter ad illam dicere debemus immediatè tantum ad generationem conducere accidentia recepta in subiecto generationis, & nullo modo, quæ in principio actu recipiuntur, dispositiones enim ad formam non se tenent ex parte principij actiui, sed ex parte principij passui formæ, ad quam disponunt, in quo mediatè, vel immediatè recipiuntur. Locum hæc questione invenit in sententia illorum, qui afferunt accidentia effectu concurrere ad formam, in qua dubium esse potest an influxus actius proueniat ab accidentibus receptis in principio generante vel in subiecto generationis. Thomistæ hanc causalitatem tribuunt accidentibus in subiecto generationis receptis, quia hæc sunt magis applicata passo vt in illo formam producant, cum sine cum illo penetrata, & accidentia recepta in principio generante, tantum possunt esse applicata secundum ultimam superficiem, & aliquando sunt valde distantia, sicut accidentia corporum cælestium, à quibus plures formæ substanciales in terra visceribus producuntur, valde distanti à terra, cuius materies est subiectum generationis talium formarum. Hoc Thomistarum fundamentum nullum est, quia etiæ accidentia passi sine magis ipsi applicata, hæc maior applicatio necessaria non est, ut agens agat in passum, eo enim ipso quod principium adäquatum secundum aliquid sui sit immediatum passo potest agere in illud. Quod si penetratio sit major applicatio, & magis conducens ad actionem, ex hoc non inferatur agens alias sufficienter applicatum, etiæ non ad estricta applicatione, nihil actum, sicut quando nihil agentis diuisibilis est penetratum passo, quædam partes illius sunt aliis magis applicata, & tamen omnes agunt in passum, sed tantum interfert, quod si effectus est diuisibilis, velocius, & intensius producetur à principio magis applicato; tardius vero, & remissior à principio minus applicato. Neque illud quod obicitur de distanta accidentia, quæ recipiuntur in generante, quidquam difficultatis habet, quia semper præcipuum generans est sufficienter applicatum ratione effectus, quem producit in medio, vt prodiat in passo dispositiones ad formam ergo accidentia recepta in eodem principio generante sufficientem applicationem habebunt, vt mediis aliis accidentibus in medio producatis, quæ cum illis se possunt tenere ex parte principij actiui effectu attingant productionem formæ substancialis.

2. Alia lumen positiva fundamenta, quibus iuxta Thomistarum principia illius sententia eueritur: Sentunt isti ultimam dispositionem produci actuè à forma geniti, & omnia accidentia recepta in passo in instanti generationis effectu produci ab eadem forma agenti, & in illo instanti corrupti accidentia, quæ praecesserant in corrupto. Ex quo principio duo inferunt: primum pon posse effectuè produci formam geniti ab accidentibus, quæ existunt in instanti generationis, quia hæc ab ipsa forma producuntur, & non possunt in eodem genere cause esse priora & posteriora forma substanciali. Secundò infero formam non posse effectuè procedere ab accidentibus, quæ praecesserunt incorrupta, & non subsistunt in instanti, quo forma producitur, quia nullus effectus potest efficienter dependere à causa actu non existente. Respondent Thomistæ sufficiente accidentia immediatè ante extitisse, vt ab illis iam non existentibus possit nunc effectuè forma geniti dependere. Inanis sumptus ad rem aliis fundamento destitutam defendandam. Ruit solutio ex doctrina tradita Controv. 7. Physic. Punct. 4. vbi probauit requiri existentiam cause in eodem instanti, in quo producitur effectus, vt hic ab illa possit dependere. Miror insuper doctrinam inconsequentiam tribuitur influxus actius accidentibus receptis in subiecto, & non in principio generante, quia accidentia in subiecto recepta sunt illi magis applicata in ordine ad locum, & non expendit major applicatio, quam habent accidentia recepta in generante in ordine ad tempus, siquidem hæc sunt in eodem tempore, in quo generatio, & illa tantum in tempore immediato, quasi approximatio in ordine ad tempus minus necessaria esset in ordine ad actionem, quam applicatio in ordine ad lo-

cum, cum longè strictior temporis quam loci applicatio requiratur, siquidem fert communis sententia posse de potentiâ Dei absolute principium actuum producere effectum in passo valde distanti in ordine ad locum, & nullus somniant posse principium actuum distans in ordine ad tempus à passo in illo effectum producere. Tenet insuper omnium sententia agens inadäquatum sufficienter applicari passo in ordine ad locum medio alio compunctione seu agenti inadäquato, & tamen omnes requirent eorum principium adäquatum secundum quamlibet partem sui esse immediatè applicatum in ordine ad tempus subiecto, in quo effectus est producendus eidemque effectu producendo.

Concludo ex his iuxta principia Thomistarum quæ non concedunt accidentia communia genito, & corrupto, sed afferunt accidentia recepta in genito in primo instanti generationis à forma eiusdem geniti producstantum posse attribui virtutem actiuiam ( si aliquibus accidentibus tribuenda est ) accidentibus receptis in principio generante, propter rationes supradictas contra Thomistarum sententiam. In sententia vero, quæ assertat eadem accidentia permanere in genito, & in corrupto, & accidentia recepta in genito non depedere effectu in primo instanti generationis à forma geniti, posset praedita virtus effectu concedi accidentibus receptis in subiecto generationis, cum etiam receptis in principio generante, quia cum omnia sint eiusdem rationis omnibus simili virtus inheret, & ex alio capite omnia sunt sufficienter applicata ad formam producendant, neque principium est aliud, ex quo possimus specialius actionem generantiam tribuere accidentibus præcipui generantis, quam accidentibus receptis in subiecto generationis, neque in forma prædicatum aliquid relucet, ratione cujus illi repugnat produc transeuntem ab accidentibus receptis in principio generante, vel produci quasi immaterialiter ab accidentibus receptis in eodem subiecto generationis, in quo ipsa recipitur, sed quæ indifferens erit vt ab utrisque producatur, si produci potest ab aliquibus accidentibus.

Secundo dubitari potest an femina semen emitant. Negat Aristot. i. de generatione animalium cap. 10. & cum eo peritissimi Medici afferentes feminas solidum ministrare humorem quendam, & non verum sumen, sicut in spadibus contingit. Ex Theologis defendunt hanc sententiam D. Thom. 3. part. q. 32. art. 4. & alij quæ plurimi ipsum sequuntur, quos referunt nostri Conimbr. lib. 1. de Generat. cap. 4. q. 27. artic. 1. Pro opposita sententia stant Hippocrates lib. de genitura, & lib. de diæta, Galenus lib. de vla patrum, Valles. lib. 1. Controv. cap. 6. cum prædicto Medicorum agnitione: his non pauci aharent Theologiad. P. Soart. tom. 2. in 3. part. disp. 10. sect. 2. §. 5. *hærationes*. Sententiam hanc assertat Hurtadus disp. 15. sect. 5. A notomis est compertum, ex quorum argumentis constat feminas verum semen emittere, illud dealbare, & esse elaboratum propriis instrumentis, quæ etiam feminis ad rem hanc natura prouidit.

De female virili dubitari non potest necessarium esse ad formationem foetus, quod experientia ipsa compertum est, cum numquam formatio foetus absque masculo female contingit. Difficultas esse potest quomodo concurrat semen ad generationem. Opinio est utrumque semen concurrens actuè ad formanda organa: hæc est omnium Medicorum etiam negantium feminis verum semen. Sententiam hanc suadet feminis materia, quæ nimis spirituosa, est, spiritus autem plurimum ad actitudinem conducens, & in effectus efficiendos inueniuntur à natura. Deinde semen masculum passuè concurrendo ad foetum, ita ut in eius materiam inducatur anima, docent Hippocrates, & Galenus, alioquin etiam plurius Medicis apud Conimbr. lib. 1. de Generat. c. 4. q. 28. artic. 1. Neque ex hoc inferatur idem agere in se ipsum, quia semen includit partes quasdam sanguineas valde crassas, alias vero spirituosas; secundum spirituosas in hac sententia agit, & disponit organa, secundum crassas patitur foetum eductum ex illis. Opposita sententia videlicet semen non concurrens actuè communior est inter non Medicos, quia semen est imperfectius viuente, & proinde non potest illud si solo producere, quin concurrat viuens, vel Deus supplens vices illius, concurrente autem Deo vel viuente imperfectius est concursus feminis, & sine fundamento adstruitur.

Masculis non posse tribui concurredum distinctum ab eo, quem

quem præstant medio semine ab illis deciso extra contoversiam est, cùm nullo modo applicentur, & maximè differt cum foetus formatur. Difficultas est an femina actiū concurrat ad formationem foetus. Affirmatiū responderunt Hurtad. disp. 2. secl. 6. cum Ochamo in 3. quest. 3. & Gabr. ibidem dist. 4. quest. vñica. Negatiū partem defendunt Angelicus Doctor suprà Bonaventura. Scot. Gabr. & Maff. apud P. Soar. 3. p. tom. 2. disp. 10. secl. 2.

7 Circa principium actuum vñionis humanæ dubitari potest an posuit ab anima produci. In qua re negatiū respondeo cum Hurtado secl. 3. quia anima nihil agit in materia, nisi quatenus actus illam informans, non est enim forma purè assistens, ac proinde ad hoc vt in eam agat supponitur illi unita. Ex hoc capite disparitatē deprehendit, propter quam anima posuit esse principium suæ partialis vñionis per nutritionem acquisiſta, non verò vñionis totalis, ex vi cuius primo materiam informat, quia ad hanc non potest unitam per aliam vñionem supponi, ad illam verò partialem vñionem in nutritione acquisiſtam supponitur unita per vñionem, ex vi cuius anima primo materiam informat.

8 Disputari solet de partibus foetus, quæ prius formen-  
tur Galenus cum Hippocrate apud Conimbr. lib. 1. cap. 4.  
quest. 29. art. 3. docet hepar primum gigni, quod tenet Val-  
lef. lib. 2. Controvers. cap. 5. prop̄ finem, & alijs quā pluri-  
mi Medici. Peripatetici omnes cum Aristotele docent  
cor prius efformari, quibus adhæret Peramatus lib. de ho-  
minis creat. cap. 4. Stoici tenent omnes partes præcipuas  
homini, quæ virtute spermaticæ sunt simul efformari. Sen-  
tentiam hanc tenent plurimi ex antiquis, & recentioribus  
Laurentius Andreas lib. 8. quest. 5. P. Garcia disp. 38. cap. 1.  
quam probabilem putat Vallef. lib. 2. Controuer. cap. 5. Nec  
defuere alijs, qui affererent spinam prius efformari, sicuti  
carinam in nau, neque qui dicentes ossa ante partes car-  
neas produci sicuti domus fundamenta.

9 Circa tempus quo formetur foetus est communis Theologorum sententia in viris animam infundi die quadrageſimo à conceptione, & in feminis die octauoſimo. Conſentient P. Soar. tom. 2. in 3. part. disp. 10. secl. 2. §. *Suppono*  
*enatō*. Eminensſimus noſter Cardinalis Tolet. in cap. 2.  
Lacæ, annotat. 34. & grauiſſimus Maldonatus in idem ca-  
p. 1. & alijs plures interpres, quorum fundamenſum est  
lex, Leuitic. cap. 12. vt purificaretur puer per die quadra-  
geſimo, que virum perperifet, quæ feminam autem, die  
octauoſimo, in qua lege dies purificationis assignatur reſpon-  
pondens diei, in qua proles efformatur. Huius legis ratio-  
nem aliam reddit Theodoretus quest. 14. neque Patres,  
qui huic rationi ſubſcribunt intendunt id ex propria ſen-  
tentia definire, fed iam ab aliis traditum ſupponunt, &  
iuxta illorum ſententiam legis Leuitici rationem reddunt.  
Vallef. lib. 2. Controvers. cap. 9. cum pluribus Medicis ait  
feminas non ante diem quadrageſimū, mares verò triga-  
tina formari diebus. Laur. Andr. lib. 8. q. 19. docet formationem  
feminae numquam excedere duos ſuprà quadrageſimo  
dies, mares verò triga- tina efformare. Sententiam  
hanc conſentiat Peramatus lib. de hominis creat. cap. 5.

10 Circa generationem prolis experientia docet non menoſe naturaliſime, felicitérque partus contingere, præcipue cum diuidim noni mensis intra uterum foetus exploitet. Partus septimo mense naturales esse docet Hippocrates, & ſuader experientia: octauo autem mense infelicitē ſemper accidunt. Rationem accipe ex Vallefio: Infantes ſeptimo mense lucem extra maternum uterum videre pro-  
curant, quod si non conſequuntur, octauo indigent mense ut recreentur à labore ſucepto, qui ſi non illis concedatur, meneſt meneſt octauo nativitas ſuccedit, labor labori ad-  
ditur, & priori vexati posteriorē ſuſtineſt non valentes perueniunt. Nono meneſt regulariter ſecundū partus contingunt, ſed non minus ſecundū, etiā raro, decimo meneſt quia decimus meneſt magis diſtat à ſepmo, in quo infantes deſtagantur motu, quem incassum præſtitere, ut lucem vi-  
derent. Conſtat etiam tum ex ſacris literis aliquos partus decimo contingere meneſt, Sapient. 7. num. 10. In venere ma-  
tri figuratus ſui caro decem meneſtum tempore, tum etiam ex profanis, ſic enim Ouidius:

*Annum erat decimus cum Lina repleuerat orbem,  
Hic numerus magno runc in honore fuit.*

*Seu quia tot dixi, per quos numerare ſolemus,  
Seu quia bis quino femina meneſt parit.*

Aliqui numerum iſum de cem meneſtum intelligent iuxta

meneſes Astronomos, & non iuxta meneſes Calendarij, ſunt enim meneſes Lunares & Solares, & meneſes Calendarij: horum breuiores ſunt Lunares, maiores Calendarij, & medijs Astronomici, & hac ratione ex nouem meneſib⁹ Calendarij fieri dierum numerus attingens decimum meneſem Astronomicum, & qui iuxta Calendarij meneſes partus tempus recentent, nono meneſe contingere affirmant, & qui iuxta meneſes Altronomorum partus tempus metiuntur, decimo meneſe accidere testantur: de hac re legendi ſunt Soar. tom. 2. in 3. part. disput. 13. ſecl. 3. Conimbr. suprà. Refert etiam Laurentius lib. 8. quest. 30. partus ſextimētris fuſſe ſuperstites. Neque tacere volo me audire doctissimum Medicum principiis philosophicis ap-  
Dicit. Var-  
primè inſtructum in hac Complutensi Academia meritis-  
simum prime Cathedra Reſtorum, defendantem natu-  
raliter poſſe quinto meneſe felici proliſ ſeu entuſ partum  
contingere, quia poſteſt eſſe adeo excellens matris tem-  
peramentum, vt illo queſum ſpatio foetus ma-  
tureſcat, ſicuti ſenim ſunt Prouinciae, in quibus terra  
adeo ferax eſt, vt bis in anno in fructu erumpat, quos non  
niſi duplo tempore aliarum Prouinciarum ſola valent  
procreare, ita poſſunt nonnullae dari feminæ, quæ quinque  
meneſib⁹ conceptam prolem ad illud augmentum naſcen-  
diique opportunum ſtatum promoueant, ad quæ non niſi  
ſeptem meneſum curriculo aliarum matrem ope purueni-  
nire poſſet.

In his, quæ hoc Puncto tetigi aliorum retuliſ ſententias, neque meus fuit animus propriam tradere, aut de aliorum relatis iudicium ferre, quia illorum pleraque ad Medicos ſpectant, omniaque nihil utilitatis viro Philoſopho & Theologo afferunt, & ita illa potius non obliuisci, quā meminiffe par eſt.

## P V N C T V M VIII.

## De Corruptione.

C orruptioni generationi opponitur, quapropter de-  
ſtituo rei in aliam. Ly deſtitio, loco generis ponitur, quæ annihiſatione comprehendit: ly in aliam, diſtentia  
vices gerit. Deſtitio eſt ſuſpicio actionis, ſeu negatio  
actionis, que immeſtate anteā fuit, non enim definiere  
dicitur, quod non præceſſit. Itaque deſtitio ſupra non eſt  
actionis addit ipsam actionem immeſtate anteā pre-  
ceſſiſe. Illa particula, in aliam, denotat rem corrumptam  
non ita annihiſari, vt nihil illius maneat, ſubiectum vi-  
delicet, accidentia, aut aliiquid aliud, quod loco illius pro-  
ducatur. Ex hiſ inferis lucem aëris extinſtam in aliud de-  
finere, quia extinſta luce illius ſubiectum adhuc remanet.  
Cū verò res ſubiecto carer, veluti materia prima, iſpa  
definita eſt, & maneant illius accidentia, vel aliquid loco  
illius producatur, non dicitur annihiſari, ſed corrumpi,  
quia definit in accidentia propria, que remanent, vel in il-  
lud, quod loco illius producitur. Ob hanc rationem aſſer-  
unt Patres ſubſtantiam panis non annihiſari in Eucharis-  
tia, quia remanent illius accidentia, & loco eiudem ſub-  
ſtantia panis, Christi corpus ſubrogatur. In hoc Patrū ſen-  
ſu, qui annihiſationem vocant deſtitutionem rei, cuius nihil  
remanet, ſubſtantiam panis non annihiſari de fide eſt, quia  
definitum eſt, & ſenſum euidentiā compertum permane-  
re panis accidentia in Euchariftica transſubſtantiatione. Ni-  
hilominus tradit Hurtadus disput. 1. ſecl. 8. num. 84. deſtitu-  
tionem panis in Eucharifta ſtrictè, & metaphyſicè loquen-  
do eſt annihiſationem, licet non ita poſſit dici in Patrum  
ſententiā, qui tantum intendunt ſimil cum ſubſtantia pa-  
nis non illius accidentia deficere, quod ſirmum eſt, & Ca-  
tholicè tenendum.

Iuxta hunc dicendū modū deſtituo actionis creatiua annihiſatio ſempre eſt, quia cum terminus creatus à ſubie-  
cto non dependeat, non poſteſt in ſubiectum definiere.  
Difficultas eſt, an omnis deſtituo actionis generatiua ſit  
corruptioni. Pro negatiua parte haec adſtruitur ratio: De-  
ſtructus Deus in eodem temporis instanti materiali, & for-  
matum equi, tum forma equi non definet in ſubiectum, quod  
superstes non eſt: ergo non definet in aliud: ergo non  
eſt corruptioni. Aliqui recentes, qui medianam eductionem,  
ſeu actionem eductiua adſtruunt inter creationem, &  
generationem, aliam ſuſpentionem actionis meditantur  
medianam


## 418 GENERAT. Controu. III. De Augment. seu Agggenerat. subf.

median inter annihilationem, & corruptionem, & sicuti defendant actionem, ex vi cuius educitur forma ex materia in primo instanti, in quo materia creatur, non esse generationem, quia non est mutatio ex defectu subiecti prius tempore precedentis, neque creationem, quia est dependens à subiecto, sed median quamdam actionem, quae eductio dicitur: eadem ratione affirmant defitionem formæ dependentis à subiecto, quam comitatur defitio subiecti in eodem temporis instanti contingens, non esse annihilationem, quia non est defitio rei independentis à subiecto, neque corruptionem, quia non est mutatio generationi opposita, ex vi cuius subiectum transeat à forma ad negationem formæ, ex defectu subiecti subsequentis, seu existentis in instanti temporis, in quo negatio, seu non esse formæ existit.

**3** Nos, qui assertimus de ratione generationis non esse mutationem, neque quod subiectum prius tempore predat priuatum formam genitam, constanter tenemus non esse de ratione corruptionis ut subiectum remaneat aliquo tempore priuatum forma corrupta, quia sicuti impertinens est ad actionem positivam in hoc instanti dependentem à subiecto, subiectum tempore immediatè præcessere, ita impertinens est ad hanc defitionem actionis, seu ad hoc actionis non esse, subiectum immediatè post formam permanere, seu existere in instanti, in quo exigit non esse actionis, quia hoc cum sit purum nihil, & strictè loquendo non possit dici ipsum esse, sed potius non esse, quia non esse seu negatio actionis, nihil aliud importat, quam ipsam actionem non existere, quod nullo modo dependet à subiecto, neque huius existentia necessaria est ut sit non esse actionis dependentis ab illo, potius ex negatione subiecti rectè inferitur non esse actionis dependentis à subiecto.

Ad argumentum suprà adducendum respondeo casu, quo materia, & forma equi simul definerent, formam quatenus est ex se definire in aliud, videlicet in subiectum, quia tunc defitio subiecti per accidentem comitaretur defitionem formæ, quia haec non illam exigit, neque ex eo quod sit forma defitio per locum intrinsecum inferatur à priori defitione subiecti, quia formæ deficiente potest permanere subiectum vel sine aliqua forma, vel cum alia aduenientes, quod si alia non aduenierit, hoc non est ratione formæ definitis, quæ non impedit, dum definit, aliud cuiuscumque aduentum.

**5** Solet inquiri, an corruptio intendatur propter se à naturam qua re affero agens liberum posse per se intendere corruptionem formæ accidentalis, quam ipse liberè conservat, quia potest velle cessare ab actu amoris vel cognitionis non intento alio actu opposito, sed tantum propter disconvenientiam, quam apprehendit in actu voluntatis, vel intellectus, alicuiusvel sensacionis, reliqua vero agentia naturalia numquam per se corruptionem intendunt, sed generationem: ignis enim cum destruit lignum, tantum intendit productionem formæ ignis, quia tamen forma ligni incompatibilis est cum forma ignis, corruptio ligni sequitur ignis generationem. Quomodo generatio vnius sit corruptio alterius, & quis sit ordo inter generationem, & corruptionem, explicui iam Controvers. 8. Physicor. Punct. 3. §. 2.



## CONTROVERSIA III.

### De augmentatione, seu agggeneratione substantiali & accidentali accretione.

**A**UGMENTATIO, seu agggeneratio substantialis est actio, quæ substantiale compositum sit maius per quamdam quasi partialē generationem, quam agggenerationem multi, præcipue ex recentioribus appellant, ex vi cuius acquirit nouam partem substantiæ, seu compositi, secundum quam augetur, ideo postquam egimus de generatione totali, nunc agimus de partiali generatione, seu augmentatione substantiæ

tiali compositi. Hanc augmentationem, seu aggenerationem substancialē consequitur alia accidentalis augmentatio, seu accretio, quæ est acquisitionis quantitatis, ex vi cuius compositum sit maius quantitatius, seu nouam quantitatem acquirit, que praecedenti unita maiorem compleat quantitatem, quam compositum acquirere dicitur per hanc accretionem, quia acquirit portionem illam, quæ in ratione majoris compleat quantitatem, de utraque augmentatione in hac Controversia sermo est propter utriusque affinitatem, & connexionem.

### PUNCTVM PRIMVM.

Definitur augmentationis, & diminutio.

**A**UGMENTATIO substantialis definitur. Motus à minori in maiorem substantiam, cui opponitur diminutio, quæ est motus à maiori ad minorem substantiam. Terminus ille minor substantia, qui in priori definitione ponitur, tanquam terminus à quo, & in posteriori tanquam terminus ad quem dicit duo, unum positivum, negativum aliud positivum est substantia illa, quæ minor denominatur, negativum est negatio quædam partis superadditæ positioꝝ existentes, ratione cuius minor denominatur, & per quam formaliter minor constituitur. In utraque definitione intelligendus terminus ille minor substantia, secundum rationem negativam quam dicit, per quam formaliter substantia minor constituitur, ita ut terminus à quo augmentationis, & terminus ad quem diminutionis, qui significantur hoc concreto minor substantia, formaliter ut termini tantum importent quid negativum, hoc est negationem aliis termini, quem respicit augmentationis. Ex hoc inferes augmentationem esse motum à negatione partis subiecti aeti ad nouam partem, secundum quam viuens augetur vero sit ad illam secundum se, seu ad illam ut acquisitam, seu ad illius acquisitionem, seu unionem postea dicam. Eadem ratione diminutio ordine inuerso eosdem respicit terminos. Augmentationis, & diminutio utrumque terminum à quo, & ad quem, essentialiter dicit, cui necessarij accedit mutatio, licet generationi accidentaliter contingat ratio mutationis, & accidentalis sit respectus ad terminum à quo, ad negationem videlicet in subiecto precedentem, hoc de augmentatione nequaquam dici potest, quia nulla pars ex his, quæ producuntur in instanti in quo primò dignitatem compositum est illius augmentationis, sed primò constitutiva, dicit enim augmentationis additionem supra id, quod prius tempore haberet subiectum illud, cui fit additio, quæ additio, etiam litteraliter importat negationem precedentem rei additæ. Eadem ratione diminutio dicit ablationem partis à toto, quod remanet, quia si in eodem instanti, in quo pars haec destruitur perenunt reliqui comparantes, & torum corrupti, totum non dicetur diminutum, sed destruatum.

Contingunt sepe in eadem mensura temporis augmentationis, & diminutio secundum diuersas partes subiecti que aliquando ita sicut, ut tanta sit portio substantie per augmentationem acquisita, quanta sit desperita per diminutionem in quo casu videtur augmentationem non esse motum à minori ad maiorem substantiam, neque diminutio à majori ad minorem siquidem utroquo motu posito tanta erit substantia, quanta fuisset in instanti precedentí utraque motum simul factum. Quod si contingat plus substantiae acquiri per augmentationem quam per diminutionem desperatur, diminutio non erit motus à majori in minorem substantiam, siquidem in eodem instanti, in quo sit diminutio substantia sit majoris vero plus desperatur per diminutionem, quam per augmentationem requiritur, augmentationis non erit motus à minori ad maiorem substantiam, quia in eodem instanti, in quo sit augmentationis substantia sit minor: videtur ergo non recte definitam esse augmentationem, & diminutionem. Ceterum si inspiciantur termini formales, quos supra augmentationem, & diminutionem assignauit, constabit integrum in casibus adductis subiecte, semper enim augmentationis habet pro termino à quo negationem partis, quæ per illam acquiritur, & propter minus ad quem partem acquisitam, & diminutio habet eadem

Punct. II. Quas act. continueat, & in qua formaliter consistat augment. 419

eadem ratione pro termino ad quem negationem partis, que deperditur & pro termino à quo partem positiuam in hoc instanti deperditam, & in praecedenti existentem, & propriam substantię, que minuitur. Hi termini in augmentatione assignati per se loquendo, substantiam confitunt maiorem, si per accidens ex alio capite non minuatur, & absolute constitutum illam maiorem, quam esset si in illo instanti non contigisset, motus augmentationis illos respiciens, quod sufficiens est ut talis motus dicatur à maiori in maiorem substantiam, licet aliquando per accidens non constitutum in illo instanti augmentationis substantia maior, quam fuerat in praecedenti ratione diminutionis. Idem immerso ordine dicitur de diminutione, quæ per se substantiam constituit minorem si aliunde per accidens respectu diminutionis illius iactura non compensetur per augmentationem, quæ in illo instanti continetur, & absolute semper constituit minorem substantiam, quam esset in illo instanti, si talis modus diminutionis non accidisset.

3 Augmentatio substantialis contingit in substantia viuenti, & non viuenti: augmentatio substantia non viuentis nomine generico augmentationis contenta est, augmentatio viuentis substantiae nutritio dici solet & inter utramque magnum intercedit discriminem. Augmentatio non viuentis fit per iuxta positionem, pars enim secundum quam fit augmentum applicatur certa parti corporis aut, & secundum illud latus augeretur corpus non viuens ut contingit in lapide, quem videmus maiorem fieri versus vnam partem, & versus aliam invariatum permanere: viuenda augmentur non per iuxta positionem vnius partis, sed viuenter disformiter secundum omnes partes, ita ut in eodem tempore, in quo vna pars aliqua augetur reliqua omnes aliquo augeantur proportione ferentia inter augmentum, & partem auctam, magis enim augetur pes, quam nasus, quia pes maiorem terminum augmenti habet, quam nasus, in eadem tamen temporis mensura, in qua nasus ultimam ipsum termini mensuram adpletet, pes proprium ipsum terminum compleat, & sic de reliquis partibus, omnes enim in eadem temporis mensura ad perfectum augmentum statum perueniunt. Hic modus augmentationis expicit in viuentibus quandam attractionem alimenti, qui applicatur intimus illius partibus, vt in omnibus modo explicato uniformiter disformiter fiat alteratio. Hæc applicatio fit in sensuibus per intus sumptionem, hoc est, per sumptionem alimenti, quod viuens in ore dentibus conterit, & salua alteratur in stomachum mittitur, in quo fit prima coctio alimenti, quæ est secunda alteratio, virtute cuius pars quædam alimenti in substantiam quædam albam convertuntur, quæ dicitur chylus, & pars altera excrementitia in intestina mittitur. Deinde chylus per venas, quas mesaraicas Medici appellant in iecur mittitur, vbi fit secunda coctio, quæ est tertia alteratio, majorēque expurgationem cibis accipit. Iecur chylum in tres substantias elaborat, quædam est terrestria aliis naturæ atque bilis, quæ descendit in iecore in lienem, & illum nutrit: leuior est naturæ cholericæ, seu flauæ bilis, quæ quasi spiritu supernat, & ascendit ad folliculum, seu vesicam felis: Tandem substantia media est coloris rubri similis iecori, quæ per venam cauam in reliquias partes corporis trahit, in quibus fit tertia coctio, quæ est quarta alteratio, per quam ultimum in substantiam viuentis alimento conuerterit.

4 In quibdam viuentium augmentationibus producitur noua pars formæ ut contingit in augmentatione equi, in qua pars formæ, quæ introducitur in alimenti materiam distincta est à forma præexistente, & in ipso nutritionis instanti producitur noua pars modi vniuersitatis inter formam præexistente, & materiam alimenti, ad quam per nouam vniuersitatem materia antiqua extenditur, ut contingit in nutritione hominis, in qua eadem indiuisibilis forma rationalis, quæ antea materiam antiquam informabat, denudat materiam informat alimenti. Cæterum augmentatione non viuentium aliquando contingit cum productione nouæ partis formæ, & modi vniuersitatis inter formam producti, & materiam illius substantie, ex qua si præexistens augmentum, ut contingit cum ignis augetur ligno præexistente. Aliquando in non viuentibus augmentatione contingit sine noua productione partis formæ, aut partis modi vniuersitatis essentialis, sed tantum per vniuersum cuiusdam compotum cum alio eiusdem rationis, ut videre est quando am-

phora quedam aquæ cum alia permiscetur, & per vniuersum augetur, tunc enim maior pars seu compositum, quod maius erat dicitur auctum, & portio alia, quæ per vniuersum pars est effecta, & erat compositum minus alio, augmentum dicitur, quod si utrumque compositum ante vniuersum erat æquale, utrumque mutuò per alterum augetur. Augmentatio, in qua producitur noua pars formæ, aggeratio formæ, & illa in qua producitur noua pars modi vniuersitatis essentialis, aggeratio vniuersitatis essentialis dicitur, sive forma, & vnius pertineant ad compositum viuentis, sive non viuentis. Tandem adiuerte utrumque aggerationem tam viuentem, quam non viuentum satis impropriè vocari ab aliquibus nutritionem, ut eam distinguant ab aggeratione accidentalis seu accretione quantitativa, quam absolute augmentationem appellant, communis tamen loquendi modus nomine augmentationis absolute prolatu utitur ad significandam substantialem augmentationem communem substantiae viuenti, & non viuenti, idemque nomen tribuit augmentationi non viuentium specialiter sumptu, & nomen nutritionis viuentium augmentationi referuat, augmentationemque quantitatuum appellat augmentationem accidentalem seu accretionem.

P V N C T V M I I.

Quas actiones continueat, & in qua formaliter consistat augmentatione.

N Onnullas actiones, ex his, quæ in augmentatione tam viuentium, quam non viuentium reperiuntur, Puncto praecedenti insinuati, exactè modò omnes annuerabat, & definitam in qua illarum augmentationis substantialis tam viuentium, quam non viuentium consistat.

Mitto alterationes præbias, ex vi quarum producuntur dispositiones ad augmentationem substantialem, hanc enim ab illis distinguunt probantes omnes, quibus stabiliuimus alterationem distinguimus generatione. In augmentationibus viuentium quorum forma indiuisibilis non est reperitur producitur noua pars formæ, & in augmentationibus non viuentium, quæ non sunt præcisæ per vniuersum compositorum eiusdem rationis præexistentium ante nutritionem. In augmentatione horum non viuentium, sicuti non producitur noua pars formæ, ita non producitur noua pars vniuersitatis essentialis inter materiam, & formam quas acquirit substantia aucta in omni vero augmentatione, in qua producitur noua pars formæ, & in omni viuenti augmentatione, etiam noua pars formæ non producitur, sed antiqua extendatur ad nouam partem materie, semper producitur noua pars modi vniuersitatis essentialis inter materiam alimenti, & formam partem denudat productam, vel totalem formam indiuisibilem antea præexistentem. Reperitur etiam in omni augmentatione actio per quam producitur vna materia substantia aucta cum vniione materiae alimenti, seu substantia, quæ augmentum dicitur. Reperitur insuper in omni augmentatione actio productiva vniuersitatis integralis inter vniuersitatem essentialis præexistentem, & partem vniuersitatis essentialis, quæ in omni nutritione producitur, & in augmentatione non viuentium, in quibus producitur noua pars formæ, vel inter duplum vniuersitatem essentialis substantiarum, quæ mutuò augmentur, vel vna augeri dicitur per vniuersum ad aliam eiusdem omnino rationis, quæ dicitur augmentum eo præcisæ, quod sit minor alia. Tandem reperitur in augmentatione non viuentium, & in augmentatione viuentium, quorum forma diuisibilis est, actio terminata ad vniuersitatem integralem formæ substantiae auctæ cum parte formæ acquisita.

Rationem augmentationis abstrahentem ab omni augmentatione non posse constitui in productione nouæ partis formæ, neque in productione nouæ partis modi vniuersitatis manifestum est, quia in augmentatione hominis non producitur noua pars formæ, neque in augmentatione aquæ noua pars modi vniuersitatis producitur, neque actio terminata ad vniuersitatem essentialis aquæ modo vntæ præexistens ante aquarum vniuersem potest dici formaliter augmentatione, quia tempore præcessit augmentationem, & propter rationem, quam dabo ad excludendam à ratione formalis cōpletiva augmentationis actionem producituam nouæ

## 420 GENERAT. Controu.III. De Augment. seu Aggnerat. sub.

noue partis modi vnionis. Similiter statu tanguam certum non sufficere ad rationem formalem augmentationis actiones terminatas ad nouam partem modi vnionis, & ad vnionem integralem materierum, & vnionem integralem forma antiqua cum parte vnionis denuo acquirenda, sive sit modus producta ut contingit in augmentatione ignis, & in nutritione equi, sive producta praexistet ut accidit in augmentatione aquae, si deficiat alia actio terminata ad vnionem integralem vnionis essentialis substantia aucta, & substantia quod dicitur augmentum, scilicet partis illius substantia, vel composti, quae antiquo accrescit. Sit ratio: Positam noua parte forma vnitate antiqua praexistenti, & noua parte materia, etiam vnitate materia praexistenti, dum vnitates essentialis non vniuntur integraliter, compositum antiquum, v.g. equus, non est auctus: ergo illae actiones non sufficiunt ad augmentationem. Antecedens probo: Equus (sic loquere de quoque composito etiam non vivente) essentialiter dicit materiam, formam & vnionem: ergo ut sit vnuus equus debet includere vnam materiam, formam vnam, & vnam vnionem: ergo tota vnio, quae pertinet ad vnum equum debet esse vnta alias non erit vna, sed duplex: ergo si noua vnio non vniatur cum antiqua, non fiet ex utraque vna vno, neque vnuus equus. Confirmatur: Vnu integralis materierum denuo producta debet informari vniione forme antiqua, & partis formae denuo producta acquisita, seu forma antiqua, si indiuisibilis sit, sed non potest informari, si non producitur vnitum integrale vnionis essentialis antiqua, & noua: ergo sine hoc vniuo non potest resultare vnuum compositum ex materia noua, & antiqua. Probo minorem: informatio vnitum materierum est vnitum vnionum essentialium: ergo non producio vnitum vnionum non datur informatio vnitum materierum: ergo non est informata tota materia vniatur ergo materia ut informata non est vna, sed duplex. Siquidem non est informata illius vnuo, per quam constituitur formaliter vna: ergo non potest constituer vnuum compositum ut supra inferebam, quia ad hoc ut detur vnuum compositum debet dari vna materia informata forma.

4 Ex his infero, ad augmentationem essentialiter requiri actionem terminata ad vnitum vnionum, & actionem terminata ad vnitum materierum, & actionem terminata ad vnitum vnionum essentialium, & vnionem terminata ad vnitum formarum videlicet forma antiqua, & noua partis forma, sive forma composti augendae diuisibilis sit. Affirmo insuper in nutritione essentialiter includi actiones terminatas ad extrema harum vnionum, videlicet actionem terminatam ad materiam praexistentem, & actionem terminatam ad partem vnionis essentialis, quae praexistenti vniatur, & actionem terminatam ad nouam partem forma, si compositum augendum forma diuisibili gaudet. Probo hanc conclusionem: Per nutritionem augetur compositum secundum materiam, & secundum vnionem, & secundum formam, si haec est diuisibilis: ergo compositum ut auctum dicit augmentationem materiae, & vnionis, & forma, si haec est diuisibilis: ergo essentialiter dicit ex parte termini nouam materiam, nouam vnionem, nouam partem forma si diuisibilis est: ergo ex parte actionis dicit actiones terminatas ad nouam materiam, nouam vnionem, & nouam partem forma si haec est diuisibilis: ergo augmentationem essentialiter dicit has omnes actiones, neque refert materia productionem tempore praecedere augmentationem, quia non ex eo quod aliquid tempore praecedat aliud, & posit ab illo separari inferatur non esse de illius essentia, qui materia prima tempore praecedit hominem, & ab illo separatur, & tamen est de illius essentia. Confirmatur: compositum nutritum, seu auctum non solum dicit ex parte termini acquisitionem augmenti, sed ipsum augmentum: ergo ex parte actionis non solum dicit actionem terminatam ad acquisitionem augmenti, sed ipsum augmentum. Sed augmentationum consulti in noua parte materia, & noua parte vnionis, & noua parte forma si haec est diuisibilis, quae adiungitur composto: ergo augmentationem ex parte actionis dicit actiones omnes quae resipicunt hos terminos. Notare tamen opertet in nutritione, seu viventium augmentatione, et si omnes actiones supra dictae sint de illius essentia, specialiter tamen actionem terminatam ad nouam partem formae, & nouam partem vnionis intrinsec & ex se ordinari ad nutritionem, quia non nisi in nutritione exerceri queunt;

secus verò se habet actio terminata ad materiam, ut iam explico in non viventium augmentatione.

In non viventium augmentatione actiones respicientes materiam, formam, & vnionem, quae denuo acquiruntur, existimo non pertinere essentialiter, intrinsec & ex se ad augmentationem, licet hic & nunc huius augmentationi essentiales sint propter rationem dictam de nutritione, quia nulla actio habet terminum, qui ex se vel ex modo producendi sit augmentum, quia in non viventium augmentatione ex eo praeceps dicitur haec pars substantiae augmentum, qui vniatur alij parti, seu alij compoito maior, quod si minori vniatur, non diceretur augmentum, sed substantia aucta, eti alij & qualis neutrum extremum vniuum specialiter est augmentum, sed mutuus augeri dicitur. Quod si ignis partem alia ignis producat quae vniatur videatur specialiter posse dici augmentum, quia efficienter ab illo extremo, cui vniatur procedit, & ita non potest esse res aucta, quia res aucta non potest procedere ab augmento, augmentum recte dicitur procedere à re aucta: at totum hoc est per accidens respectu huius partis ignis secundum se sumptus, & secundum modum, qui producitur, quia eadem numero, & eodem modo producta potuit non produci ab igne, à quo de facto producitur, & illi eodem modo vniatur, quia pars ignis, cui praexistentis ignis vniatur, non potest produci ab igne, cui est vnienda, ut illi vniatur, & eadem augeat. Pars verò vivens, eo ipso quod producitur non simul cum aliis compatibus, & cum hoc modo producendi, quem habet specialiter nutritio, per intus sumptionem valde distinctum à modo producendi per sensus transmissionem, petit vnius principio, à quo procedit, & ita ex modo producendi habet esse augmentum sui principii, quod supponit exiftens.

Vltimò affirmo: rationem formalem vnicum constitutum augmentationis, non viventium & viventium, quaque nutritio dicitur, tantum consultare in actione terminata ad vnitum integrale vnionis essentialis praexistentis cum noua vniione acquista. Probo hanc conclusionem: haec actio est inseparabilis à reliquo omnibus actionibus, quae pertinent ad essentialiam augmentationis, & reliqua polunt ab hac separari: ergo in hac tantum consultari ratio formalis, & completiva augmentationis. Priorem partem antecedentis, videlicet actionem hanc non posse ab aliis separari, sed illas supponere sic probo: hoc vnitum integrale vnionum essentialium est informatio, media quia vnitum formarum, si forma est diuisibilis, vel tota forma, si diuisibilis est informat vnitum materierum, & vnitum formarum (forma antiqua intellige, & partis forma denuo producere) si forma est diuisibilis, vel inter vnitum materierum, & totam formam antiquam si diuisibilis est: ergo supponit vnitum materierum, & vnitum forma diuisibilis, vel totam formam diuisibilem, tanquam modus supponit rem, cuius est modus: ergo non potest separari ab illis: ergo neque actio productua huicmodi integralis vnionum essentialium potest separari ab actionibus per quas producuntur vnitum materierum, & vnitum forma antiqua, & partis forma denuo producta, quando forma est diuisibilis: ergo neque potest separari ab actionibus, quibus producuntur extrema harum vnionum, quia sicut implicat separari vniiones ab extremitate, ita implicat separari actiones productivas vnionem ab actionibus productivis extremonum: ergo actio illa, quae est connexa cum omnibus aliis actionibus productivis vnionum, connexa est cum actionibus productivis extremonum harum vnionum: ergo implicat actionem productivam vnionis integralis vnionum essentialium separari ab actionibus productivis vnionis integralis materiarum, & vnionis integralis forma antiqua, & partis forma denuo producta si forma est diuisibilis, & extremonum harum vnionum. Itaque modus integralis vnionis essentialis antiqua cum noua vniione integrali denuo acquista quatuor resipicit extrema, quorum est modus. Duo sunt vniiones essentialias quas vni, quarum est vnitum integrale, ex vi cuius resultat vna integrum vnius essentialis, seu informatio: & duo alia sunt vnicum materierum, & vnitum formarum, quorum est essentialis vnuo, seu informatio, si forma diuisibilis sit, vel vnitum materierum & totam formam composti, si haec diuisibilis est.

Totus hic discursus rem legitimè concludit per ineptiles illationes deductas ex eo quod vnitum integrale vnionum

vniuum sit vnitum esse inter vnitum materie-  
rum, & vnitum formarum, quod iterum confirmo. Vnitum materie denuo productum debet informari, & vnitum forme diuisibilis denuo productum in augmentatione debet informare, sed nihil materie est, quod informet vnitum forma productum materie, & nihil forma, quod informet vnitum materie, prater vnitum forma: ergo vnitum materie informatur vnitum forma: ergo debet dari informatio, seu vno inter haec vnitua, quae alia non potest esse: prater vnitum integrale vniuum, reliqua enim partes vniuum partes materie, & forme respiciunt. Confirmatur: quidquid est in vniione essentiali est informatio: ergo vnitum integrale partium huius est informatio: sed tantum potest esse informatio inter vnitum materierum, & formarum: ergo est vnitum illorum. Major per se patet; liquet minor in augmentatione aquae, in qua nihil denuo productur, quod informet, & informetur prater haec vnitua.

Reliquas actiones possunt ab hac separari facile probatur: possunt pars materie adueniens, & pars adueniens forma vniue materie, & formae praexistenti, & pars noua materie informari noua parte forme, & non vniue integraliter vno essentialis antiqua inter materiam, & formam antiqua cum noua parte vniuum essentialis: ergo actiones productivae vniuum integralis materierum, & vniuum integralis formarum, possunt separari ab vniue integrali vniuum essentialium. Consequentia firma est, recte enim valet termini separant: ergo actiones. Antecedens probo: Vno integralis materierum, & vno integralis formarum non sunt modi respectu vniuum integralis vniuum essentialium, sed potius haec est modus respectu illarum, que per hanc inter se vniuent vniue essentialis, ex cuius vnitum formarum informat vnitum materierum: ergo poterunt vniiones integrales materierum, & formarum separari ab vniue integrali vniuum essentialis, licet haec non possit ab illis separari. Confirmatur: eodem modo se habet hoc vnitum integrale vniuum essentialis respectu vnitui integralis materierum, & vnitui integralis formarum, quorum est informatio, ac se habet pars vniuum essentialis respectu parti materie, & parti forme, quorum est informatio, sed quelibet pars materie, & quelibet pars forme possunt separari a parte vniuum essentialis, per quam pars materie informat parte forma: ergo eodem modo vnitum materierum, & vnitum formarum possunt separari ab vnituo integrali vniuum essentialis. Virgo: tota materia, & tota forma possunt separari a tota vniue essentiali, ita ut haec non existat, & illae existant, sed in hoc casu vnitum partium forma, & vnitum partium materie essent eadem, que in augmentatione fuerunt producta, si compositum ante hanc separationem materie, & forma esset auctum, & separarentur ab vnituo vniuum essentialis: ergo vnitum integrale materierum, & vnitum integrale formarum optimè possunt separari ab vnituo integrali vniuum essentialis. Dices posse vnitua integralia materierum, & formarum separari ab vnituo integrali vniuum essentialis, casu quo separantur partes forme, & partes materie a partibus vniuum essentialis, non verum quando partes non separantur. Contra: vnitum integrale materierum, & formarum non respi-  
ciunt immediatae partes vniuum essentialis, sed vnitum illarum, ratione cuius inter se vniuntur: ergo si possunt existere sine hoc vnituo, per quod vniuntur, & vnitum formarum informat vnitum materierum, poterunt existere, sive existant partes vniuum essentialis, per quas vniuntur partes materie cum partibus forme, & haec illas informant, sive haec partes vniuum essentialis non existant. Confirmatur: omnes partes huius vniuum diuisibilis, que modo est inter materiam, & formam, qui possunt existere de potentia absoluta corrupto aliquo indiuisibili vnituo integrali illarum, quia ab illo distinguuntur tanquam res a modo, sed illo indiuisibili corrupto indiuisibile materie, & indiuisibile forme, que vniabantur indiuisibili corrupto permanenter non vniat inter se, & reliqua partes forme, & materie cum eadem vniione, quam ante habebant: ergo recte possunt separari vnitum partium forma, & vnitum partium materie ab vnituo vniuum essentialis inter materiam, & formam, etiamque partes materie, & partes forme non separantur a partibus vniuum, & conseqüenter poterunt omnes partes materie informari partibus forme, & aliquod vnitum materie non in-

formari, neque vnituo forme, quo erat informandum quando forma esset diuisibilis, neque forma adequata qua naturaliter debet informari, si forma composta indiuisibilis est.

Obicit. Per eandem actionem producuntur pars vniionis essentialis, & illius integrale vnitum: ergo non potest produci pars vniionis essentialis, quin producatur illius integrale vnitum. Mala argumentatio: do per eandem actionem produci partem, & illius vnitum quando de facto vnitum productur, nihilominus negari non potest partem posse produci sine vnituo quod tu dicis produci per eandem actionem cum parte, quando de facto productur, quia haec pars vniionis essentialis, que producitur integraliter vniue alteri, quando producuntur lex partes vniionis, posset non vniue produci, si tantum producuntur quatuor partes vniionis, seu vno essentialis confitans quatuor partibus: ergo certum est hanc partem vniionis potuisse produci sine illo vnituo integrali, ex vi cuius vniuntur alijs parti vniionis essentialis. Quod si eadem actio indiuisibiliter sumpta esset productiva parti vniionis essentialis, & vnitui integralis eiusdem, eadem vt productiva integralis vnitui integralis vniionis essentialis; & non vt productiva parti eiusdem vniionis esset formaliter augmentationis completiva. Neque res ita se habent, sicut enim in vniione essentiali distinguuntur partes eiusdem vniionis, & vnitua, per quae haec partes integraliter vniuntur, sic in actione terminata ad vniuem distinguuntur partes actionis, terminatae ad partes vniionis, & vnitua partium vniionis, & sicut pars vniionis subiectatur in parte materie, & materie partem vniit ad partem forme, sic vnitum vniionis essentialis subiectatur in vnituo materie, & illud vniit vnituo forme, omnis enim actio habet idem subiectum, ac habet terminus, quem respicit.

De ordine harum actionum disputari solet, de quibus breuiter quid dicendum sit explicabo. Omnes has actiones in eodem instanti temporis existere certum est. Natura priore esse productionem vnitui materierum, ex quo ducuntur vnitum vniuum, & vnitum forma diuisibilis mihi certum est, quia vnitum materie quod est materialis causa vnitui vniuum, & vnitui formarum debet prius naturâ ad illa supponi, idemque intercedit ordo inter actiones, ac inter illarum terminos reperitur. In sententia, que afferit formam, & modum vniuum eadem indiuisibili actioni produci, dicendum est vnitum formarum, & vnitum materierum produci eadem indiuisibili actione, & ita nullus ordo in productionibus horum terminorum, que realiter non distinguuntur querendus est. In nostra sententia, que afferit vniuem, & formam per distinctiones actiones produci eodem modo de his vnituis philosophandâ est, & aliqua prioritas concedenda actioni, ex vi cuius producitur vnitum formarum, quod vt terminus supponitur ad vnitum vniuum, quod illius est modus, seu informatio, & a quo non potest separari, haec tamen prioritas propria non est, quia terminus præcisus vt terminus vniuum, que est illius modus, non est propriæ causa, neque in aliquo genere cause influit in talem modum, seu vniuem, nam si comparemus actionem productivam vnitui formarum cum parte forme denuo productâ, eius est modus, & actionem productivam vnitui vniuum essentialium cum actione productivâ nouae parti vniuum, cuius similiter est modus, seu integralis vno, eamdem prioritatem habent, ac ipsi termini inter se, non propriam, & rigorosam in aliquo genere, sed impropriam eo modo, quo dependet modus a re, seu vno à termino, a quo separari non potest, vt nuper explicabam.

### PUNCTUM III.

#### De potentia nutritiva, & illius actu.

**N**utritio species quedam est augmentationis, in qua ratio communis augmentationis contrahitur ad speciale rationem augmentationis substantie viventis. Hanc augmentationem viventis, seu nutritionem semper contingere cum ageneratione nouae parti modi vniuum, & in compositis, quorum forma est diuisibilis cum ageneratione partis forme substantialis, dixi iam ponendo precedentem. Terminum per nutritionem productum eiusdem speciei esse cum termino producto in generatione eiusdem viventis nulli dubium esse potest. Quia terminus

Natura gene

422 GENERAT. Controv. III. De Augmentis seu Aggeneralibus.

generationis, & terminus nutritionis tantum distinguuntur, sicut distinguitur totum à parte integrali ipsius, eadem enim ratione, qua generatio respicit totam formam productam in generatione, nutritio respicit partem formę productam in nutritione cōpositi substantialis, cuius forma diuisibilis est, & eadem ratione, qua generatio respicit totam formam & vniōnēm productam, respicit nutritio partem vniōnis, & partem formę productam in nutritione, sed pars formę non differt essentialiter à tota forma, neque pars vniōnis à tota vniōne: ergo non differt essentialiter terminus nutritionis à termino generationis. Neque ex eo quod nutritio respicit vniōnū integrantia partis vniōnis denuo productę cum vniōne antiqua, & partis formę productę cum forma antiqua, aliqua specialis differentia accrescit termino nutritionis, quia in generatione, in qua producitur modus vniōnis diuisibilis & forma diuisibilis, producuntur plura vniōnū integralia partiū vniōnis inter se, & partium formę inter se, quæ in se includunt forma diuisibilis & diuisibilis vniō. Actionem nutritiū, & generatiū specie distingui, etiam si illarum termini non distinguantur fieri communis sententia his validis rationibus stabilita. Generatio est actio transiens, nutritio est actio per se immanens: actio transiens, & actio immanens specie distinguntur: ergo generatio, & nutritio specie distingueda sunt. Secundo generatio non est actio vitalis, nutritio est actio vitalis, sed actio, quæ non est vitalis specie distinguitur ab actione vitali: ergo generatio specie distinguitur à nutritione: Generationem non esse actionem immanentem per se notum est: non esse actionem vitalem inferit communis sententia ex eo quod immanens non sit: nutritionem esse tum immanentem, tum vitalem ostendo Controversia secunda de anima, puncto tertio.

2. Nutritionem fieri quovque viuentis perueniat ad perfectum statum in omnibus partibus notabilibus viuentis, seu in omnibus, quæ speciale habent deorganizationem, atque figuram, certum est, videmus enim pedes, manus, brachia, & caput vniiformiter disformiter crescere, & omnia ossa vniiformiter disformiter augeri quovque viuentis perueniat ad perfectum statum. Dixi nutritionem fieri in omnibus partibus notabilibus viuentis, seu in omnibus, quæ speciale habent deorganizationem, quia certum est existimo, non fieri quotiescumque fit in omnibus partibus quantumvis minimis viuentis, quia non omnibus applicatur alimentum, & quia si ita fieret nutritio, vt cuilibet parti quantumvis minime, alia adderetur in quocumque nutritionis instanti viuens duplo maius assureret. Contingit etiam per accidentem notabilem nutritionem fieri in aliqua viuentis parte & tunc temporis vix ullam, nullamve fieri in reliquis partibus, vt cum brachium ratione vulneris inficti, aliisque morbidæ qualitatibus, qua specialiter laborauit nimiam diminutionem passum est, quam reliqua partes viuentis non sustinueré, & postea se ad perfectum statum restituit, tunc enim brachium illud nutritur, donec cum alio quod vulnera, morbidæ qualitate non laborauit proportionem ferat.

3. Postquam homo totam explevit statum, augeri, & nutriti secundum partes carnea certum est: dubium verò, an illius ossa nutritur. Negatim partem defendo, quia nunquam videmus hominem postquam ad illum statum peruenit augeri, aut minus secundum altitudinem, quod contingere si ossa illius minuerentur, quia hominis (idem de quocumque alio viuenti sensitu dico) altitudo ex ossium longitudine constat. Non potest dici augeri ossa secundum latitudinem, non verò secundum longitudinem, eadem est enim virtusque augmenti ratio, ossa enim non crescent in homine, qui ad statum peruenit, quia extincta humiditate exciscantur, illorūque clauduntur pori, ita vt non possint alimento ad nutritionem disponere. De termino magnitudinis & parvitas tam viuentium, quam non viuentium dicam puncto 5.

4. Ostendam Controv. 3. de anima punct. 2. potentias realiter ab anima non distingui, sed omnes cum illa realiter identificari, & ita iuxta hanc sententiam potentiam nutritiū à generativa realiter non distingui perspicuum est. Realiter has potentias distingendas esse ab anima in opinione, que potentias superadditas admittit dici probabilius existim. Infero hanc distinctionem potentiarū inter se supposita distinctione specifica actuum, quam ostendi, & ex diversis organis & dispositionibus requisitis ad proprios

actus, nutritio enim fit per intus sumptionem alimenti, generatio verò per coniunctionem maris, & foeminae, & elemum commixtionem. Propter eamdem rationem potentias has formaliter inter se distinguo in mea sententia, quæ illas anime superadditæ non cōcedit, sicut enim ex distinctione specifica intellectum, & voluntum, & ex diverso modo, quo hi actus producuntur potentiam intellectum, & voluntum formaliter distinguimus, sic propter eadē distinctionē, & diversitatem, quæ intercedit inter nutritionē, & generationem illorum principia debemus distinguere.

Addo insuper in sententia, quæ admitit potentiam nutritiū distinctam ab anima adhuc necessariō dicendum esse ipsam animam immediatè concurrendi ad nutritionem, quia terminus per nutritionem productus est substantia, & ita non posse non procedere à principio, quod substantia non sit, quia accidens, quale est potentia nutritiva superaddita, non potest esse principio ad quatum productum substantiæ. Insuper in sententia, quam tradi Controv. Physic. punct. 3. vbi probavi non posse adhuc inadquare accidens actiū in substantiam influere, ex hoc principio specialiter expugnanda est hæc potentia nutritiva superaddita.

Subtilior alia infurgit difficultas, an videlicet ad nutritionem viuentis sensitiū supponatur illius anima tantum formaliter vt nutritiū, seu vegetatiū, an verò supponatur etiam vt sensitiū. Et ratione eadem an ad nutrītiōnēm hominis supponatur anima vt vegetatiū tantum, etiam vt vegetatiū, sensitiū & rationalis. Eadem est difficultas de utraque anima, id est tantum rationes dubitandi proponam in anima sensitiū, quæ si formaliter vt sensitiū supponatur ad nutritionēm, rationalis vt sensitiū, & vt rationalis ad nutritionēm supponetur: si verò sensitiū tantum vt nutritiū supponatur ad nutritionēm, & non vt sensitiū, rationalis anima tantum nutritiū, & non vt sensitiū, & rationalis ad nutritionē supponatur. Principium sensitiū non supponi formaliter vt sensitiū ad nutritionēm sic suadetur: sensitiū vt sensitiū tantum dicit ordinem ad sensationem, sed nutritio non est sensatio: ergo sensitiū vt sensitiū non dicit ordinem ad nutritionēm. Maiorem probo sensitiū vt sensitiū tantum est principium sensationis, sed principium vt tale principium est tantum dicit ordinem ad illud cuius est principium ergo sensitiū vt sensitiū est tantum dicit ordinem ad sensationem ergo equum, aut forma equi formaliter vt principium sensitiū tantum deber supponi ad sensationem. Minor, in qua afferitur nutritionēm non esse sensationēm in questionē non cadit. Consequentia videatur legitima. Oppostam sententiam videlicet ad nutritionēm equi debere supponi equum, aut formam equi non solum vt principium vegetatiū, sed vt principium sensitiū sic form. In nutritionē ex parte termini productus portio formę habentes formaliter virtutem sensitiū & productio modi vniōnis constitutrix viuentis sensitiū, & quoddam quasi inadæquatum integraliter viuentis quod formaliter est sensitiū, & habet virtutem sensitiū, ergo ex parte principij debet supponi formaliter principium formaliter productum principij sensitiū, seu huius inadæquati viuentis sensitiū quod producitur in nutritionē: sed virtus sensitiū substantialis, seu viens hoc inadæquatum sensitiū tantum potest procedere à viuenti sensitiū formaliter: ergo terminus iste productus per nutritionēm supponit viuentis sensitiū formaliter. Respondebit viens hoc inadæquatum, seu partem integram viuentis sensitiū productam in nutritionē supponere ex parte principij sensitiū eminenter & virtualiter, non verò sensitiū formaliter, hoc est principium potens producere viuentis sensitiū, seu virtutem sensitiū non verò formaliter vt potens producere sensatiōnem, sed vt principium sensationis. Contrā: nutritio formaliter est actio vniuersa respiciens terminum eiusdem speciei cum principio, à quo fluit, sed terminus eiusdem nutritionis est principium productum sensatiōnis: ergo supponit principium formale productum sensatiōnis.

Dicendum est in nutritionē equi supponi ex parte principij principium sensitiū non formaliter sumptum vt principium sensationis, sed ipsum principium formale sensationis materialiter sumptum vt est principium formaliter productum alius principij sensationis, quod est supponi principiū formale sensationis materialiter sumptum vt tale est, & sumptum formaliter quatenus principium formale

Punct. IV. Quomodo differat accretio accidentalis à nutritione. 423

formale alius viventis inadæquati habentis similem virtutem sensitivam ad producendas sensationes. Ad ultimam obiectiōnē factam numero p̄cedenti, respondeo terminum nutritionis esse vniuocum suo principio habenti virtutem producendi sensationem, & producendi principium adæquatum sensationis in his duobus p̄dicitis quatenus termino eadem correspōdet, quia virtutem habet producendi sensationem & producendi per nutritionem aliud principium inadæquatum sensationis. Ex his ergo duobus p̄dicatis quæ vniuocationem fundat inter principium, & terminum nutritionis, terminus supponit formaliter ex parte principij p̄dicatum, quod fundat vniuocationem in virtute producendi altam virtutem sensiū integraliter inadæquatam, seu aliud vivens sensitum integraliter inadæquatum, & materialiter tantum p̄dicatum aliud, quod fundat vniuocationem in virtute producendi sensationem, & ita nutritio est actio formaliter vniuoca quatenus respicit principium, & terminus, quibus inest virtus producendi aliud principium sentienti, & tantum materialiter quatenus respicit principium, & terminus, quibus inest simili virtus ad sensations producendas, terminus enim non supponit formaliter ex parte principij virtutem, quæ fundat hanc vniuocationem, sed quæ priorem illam constituit. Secundum hanc sententiam contentimus argumentis adductis pro priori philosophandi modo, & soluta manent, quæ pro posteriori adduximus.

P V N C T V M IV.

Quomodo differat accretio accidentalis à nutritione.

**A**ccretio quantitatua, & accidentalis, sicuti substantialis augmentationi dupli modo contingit. Primo in non viventibus per iuxta positionem. Secundo in viventibus per intus sumptionem hausto alimento, dispensatoque per varias corporis partes, in quibus fit augmentationi quantitatua, quapropter multa, quæ de augmentatione dicuntur, eodem modo de accretione dicenda sunt, utraque enim secundum easdem partes, & in eodem tempore contingere necesse est, cum quoicunquecumque nouam materiam acquirit substantia, quæ augetur, illam acquirat quantitatem informatam, antiqua si eadem sit accidentia in genito, & in corrupto; vel noua, si resolutio usque ad materiam fiat in generatione. Eadem enim continget in nutritione, quæ est quedam quasi partialis generationis substantia, quæ augetur, & corruptio alimenti, seu substantia ex qua fit augmentum. Solent nonnulli obiciere Aristotelem dicentes vivens semper nutriti, non tamen semper augeri, ex quo inferre volunt nutritionem, & accretionem accidentalem non semper in eodem tempore contingere, & esse actiones realiter distinctas. Verumtamen hoc testimonium Aristotelis ad rem non est, quia cum in nutritione acquiratur noua pars materiae, & hæc debet informari quantitate, & non possit informari quantitate materiae antiquæ, quia eadem quantitas, quæ modò materiae hanc informat, non se potest extendere ad nouam materiae priori non relata, nec esset eum noua parte materiae noua quantitas debet accrescere viventi. Aristoteles vero intendit p̄dictis verbis significare nutritionem fieri in viventibus aliquando, ita ut non ex vi illius, neque ex vi quantitatis denuo requiratur evadant maiora, quia tantum amittunt per diminutionem substantialem, & accidentalem, quantum per augmentationem substantialem, & accretionem accidentalem acquirunt. Itaque eodem modo de substanciali augmentatione, & de accretione accidentali philosophandum est, in ordine ad durationem, & extensionem, & in ordine partes, quibus contingit, neque unquam augmentatione substanciali sine accretione contingit propter rationem dictam, neque accretio quantitatua sine noua augmentatione, quia non quam acquiritur noua pars quantitatis, sine noua parte materiae, neque noua pars materiae sine noua parte forma, si forma compositi, quæ nouam materiam acquirit, diuisibilis sit, aut sine eo quod forma compositi, si diuisibilis est, quæ in composito p̄cessit se extendat ad nouam illam materiae partem, & ita diuisibilia accretio quantitatua augmentationem substancialem comittatur. Definitur

accretio quantitatua: Motus à minori ad maiorem quantitatem, & diminutio accidentalis, seu decretio huic accretioni opposita definita potest: Motus à maiori ad minorem quantitatem. Definitiones hæc eodem modo explicande sunt, quo explicui puncto 1. definitiones augmentationis, & accretionis substancialis.

Dificultas est, in qua actione formaliter consistat hæc accidentalis accretio, & quæ actiones distinctæ ab illis, quas in augmentatione substanciali annumerauimus in accidentalis accretione reperiantur. Patres Conimbr. cap. 5. quæst. 14. art. 2. asserunt accretionem esse actionem distinctam ab augmentatione, quam opinionem plures recentiores sequuntur. Accretionem quantitatuum non distinguunt ab augmentatione substanciali defendant Mar. lib. 1. de Generat. quæst. 10. Albert. de Saxonie quæst. 9. quibus subscrībunt plerique recentiores asserentes per eamdem actionem, quæ substanciali compositum acquirit nouam substantiam absque illa alia superaddita acquirere nouam quantitatem.

**P R I M A C O N C L U S I O :** In accretione accidentalis non producitur noua pars quantitatibus. Probatur hæc conclusio ex dictis Controversi. I. punct. 3. vbi probauit eamdem quantitatem manere in genito, & in corrupto, & ita cum eadem quantitate remanet materia viva viventi, quam habebat dum erat sub alijs forma.

**S E C O N D A C O N C L U S I O :** Ut vivens habeat plus quantitatis non necesse est vnius quantitatam materiæ præexistenti cum quantitate, quæ materiæ partem de novo acquisitam informat, sed ex eo quod fiat nutritio substancialis, & materia, quæ per nutritionem acquiritur sit informata quantitate dicetur vivens plus quantitatis habere. Ratio est facilis, quia quantitas illa informans materiam in nutritione acquisitam, etiam si cum quantitate præexistenti non vniatur pertinebit ad illud vivens, quod ex nutritione resultat: ergo vivens illud plus quantitatis habebit, ac habebat antea vivens, quod ad nutritionem supponebatur. Antecedens probo, si modo quantitas mei brachij diffusa esset à quantitate corporis, tam quantitas corporis, quam quantitas brachij ad me pertineret: ergo ut ego habeam plus quantitatis non requirit totam quantitatem esse inter fe vnitam, sed sufficiet informare materiam meam. Idem dico de quocumque composito sive viventi, siue non viventi.

**T E R T I A C O N C L U S I O :** Ut vivens, seu quodlibet corpus crecens fiat maius quantum, necessarium est quantitatem antiquam, & partem quantitatis, quæ illi aduenit inter se vnius, non tamen in vnitione, seu actione, qua producitur talis vnius quantitatum consistet ultimò formaliter, & completiè accretio, quæ subiectum fiet magis quantum. Requiri vniōne quantitatuum sic probo: Ut sit maius quantum requiritur maior quantitas, sed vbi non est vnius quantitatis ad quantitatem non potest esse maior quantitas, quantumvis noua quantitas adueniat, quia plures quantitates non vnius non vnam quantitatem maiorem constituent, sed maiorem multitudinem, seu maiorem numerum quantitatuum. Secundam partem conclusonis probo. Posse sent saltem de potentia absoluta vnius quantitates, & non vnius subiecta illarum: sicuti possent vnius partes formæ substancialis non vnius subiecto, sed diuisio in duo extrema, sed runc non fieret vnam quantum, quod dicit vnum subiectum, & vnam quantitatem; ergo ratio formalis ultimò completiè non consistit in illa quantitatuum vniōne, siquidem hæc non supponit omnes actiones requisitas ut si vnum maius quantum.

**Q U A R T A C O N C L U S I O :** Formaliter & ultimò completiè accretio obiecti primarij & per se quanti consistit in actione, per quam producitur informatio, seu vnius inter vnitium quantitatum, & vnitium materierum, quæ quidem informatio est vnius informatiū inter hæc extrema, & vnius integralis inter informationem, seu vniōne quantitatibus antiquis cum subiecto antiquo, & inter vniōne, seu informationem quantitatibus nouis cum subiecto novo. Hæc conclusio probanda est eidem rationibus, quibus probauit augmentationem substanciali consistere ultimò completiè in productione similia vniōnis inter vnitium materierum, & vnitium formarum. Recole ibi dicta, & intenies omnia eodem modo procedere in augmentatione accidentali, quia sicut terminus illius actionis, in qua constituit substanciali augmentationem, qui est vnitium essentiale inter vnitium formarum, &

Franc. de Oviedo, Philosop. Tom. I.

N N 2 mate

materierum respicit quatuor extrema, quorum est modus, duo vniuersitatem relata tanquam materiarum, & formam quorum est informatio, & duplēcē aliam informationem, seu vniōnem quamdam inter materiam, & formam antiquam, & aliam inter materiam, & formam nouam, sic terminus huius actionis respicit quatuor alia extrema vniuersitatem materierum, & vniuersitatem quantitatū tamquam materiam, & formam quārum est informatio, & duplēcē informationem, quamdam inter quantitatē antiquam, & materiam antiquam, & aliam inter quantitatē nouam, & materiam nouam tanquam extrema, quorum integralis vniō, (voco nouam quantitatē, quia nouiter adquiritur non quia nouiter producatur.) Et ita sicuti actio illa ultimō, & completiū constituit vnum subiectū informatum vna formā substantiali substantialiter auctum, ita hēc actio ultimō, & completiū constituit vnum subiectū quantum accidentali auctum in ratione quanti.

Dabo quintam conclusionem postquam monuerim, consulēt me dixisse in actione superaddita confidere formaliter augmentum subiecti primarij, & per se quantitatē, quod non vñē dictum colliges ex his, quae iam subiectio. Duplex est subiectū quantitatē in mea sententia; primariū, cui quantitas inheret, & cui vnitur immediatē, hoc est, in mea sententia materia prima, cū qua quantitas constituit quoddam concretum accidentale ex materia substantiali & forma accidentaliter inter se vnitis. Aliud est subiectū secundarium videlicet totum, quod quantum denominatur tantum ratione materia, cui primariō, & per se īest quantitas. Hęc numero quantitas, & hęc numero informatio quantitatē nullam habent connexionem cum toto, quod tantum est subiectū denominationis, sed eadem numero permanebit siue totum permaneat, siue corrumperat dum eadem permaneat materia, licet dum est totum, illud quantum denominet. Ex his infero, & sic.

**QVINTA CONCLVSTO:** actionem illam, in qua consti-tui ultimam rationem formalem accretionis subiecti primarij quantitatē, seu quanti resultantis ex quantitate, & subiecto primario, non ita intrinsecē & per se ultimō constituere totum substantialē maius quantitatē, seu accidentaliter, vt non possit non illud constituere maius quantitatē ex defectu subiecti, seu totius capacis huius denominationis, quam extrinsecē quantitas toti substantiali communicat. Si tamen tale totum subsistat ex vi illius actionis accidentaliter, & quantitatē augebitur. Rem probō, & explicō. Possent de potentia absoluta hęc materia quanta hominis vñiri illi materia prima quanta alimenti & quantitas hominis, & quantitas alimenti inter se vñiri, & vniuersitatem quantitatū vñiri vniuersitatem materierum, & illud informare, & adhuc materia alimenti retinere formam alimenti, & materia hominis formam hominis: in hoc casu effet vnum maius quantum ex materia hominis, & alimenti vniuersitatis, quae constituentur vnam materiam, & ex quantitate hominis, & alimenti, que constituerent vnam quantitatē integraliter vniuersitatem, & ex vna materia, & vna quantitate vniuersitatis resultaret vnum concretum quantitatū tantum ex materia, & quantitate hominis. Tamen hoc casu non dicetur compositum aliquod substantialē auctum quantitatē, quia quantitas alimenti, et si informerat materiam vniuersitatem hominis, non informat materiam hominis, & ita non constituit hominem magis quantum. Illa vēdē quantitas cum illa informatione, quam habet ad materiam nulla alia aduenientia denominabit hominem auctum quantitatē ex eo praeceſe, quod forma hominis se extendat ad quantitatē, quia afficit quantitas, & illa denomination formaliter à quantitate informante materiam, & non ab alia extensione forma proueniet, quia hęc extenso tantum constituet subiectū, quod quantitas denominet quantitatē auctum, quam' denominationem ex defectu subiecti antea non tribuebat, quia forma non supponit per se subiectū, quod secundariō dominant. Sicut in opinione, quae assit omnia accidentia praesentari per praesentiam huius quantitatē ex vi praesentia, quam modō habeo, constitutur formaliter praesens calor mihi adueniens, qui erit subiectū huius denominationis praesens prouenientis à praesentia, quae nunc est tanquam à forma, licet per se non supponat calorem quem postea tanquam forma constituet praesentem cum modō existat sine calore, quia forma tantum supponit subiectū, quod primariō affi-

cit, non vero quod afficit secundariō, & potest non afficerē.

Ex his inferes, accretionem, ex vi cuius resulcat vnum maius quantum importare prater actionem vniuersitatem materierum, quae communis est augmentationi substanciali, actionem productum vniōnem informatiōē inter vniōnem integralem materierum, & vniōnem integralem quantitatū, quae informatio est integralis vniō inter informationem, seu vniōnem informatiōē quantitatē, anti-qua cum materia antiqua, & similem vniōnem, seu informationem quantitatē nouę cum materia noua. Inferes similiiter per nutritionem, seu augmentationem substancialē, in qua acquiritur materia quantitatē, praeſa vniōne inter ipsas quantitatē, & omni actione tunc nouiter terminata ad partem, seu ad vniuersitatem quantitatē, compositum acquirere plus quantitatē, quia acquisitione materie est acquisitio omnium, quae materia īfinita, & toti accrescunt omnia, quae afficiunt materiam, quam acquirunt: Motusque nutritionis, seu augmentationis substancialis primariō, & per se terminatur ad substantiam, & secundariō ad quantitatē, & ad omnia accidentia, que īfinita substancialē, ad quam primariō terminantur, recte enim potest idem motus plures terminos respicere, quedam per se, & primariō, & alios secundariō ratione primarij.

#### P V N C T V M V.

*De termino augmentationis, & diminutionis substantialis compōsiti.*

**C**OINCIDIT hęc quęstio in illam, quę diuersis vocibus inquire solet de terminis magnitudinis, & patuitatis substancialē, augmentatione enim, & diminutio est dem terminis cingitur, quibus compōsitus augmentatione & diminutio circumscripsit est, & non alijs. Vide si compōsitus in infinitum potest extendi, in infinitum augeri potest: & si in quacumque materia minori, & minori in infinitum potest conservari, in infinitum potest minori. Neque diuersa est difficultas de augmentatione substanciali & de accretione accidentalē, quia semper individuē coniunguntur, idē ne absque utilitate terminos multiplicem, nomine augmentationis de substanciali, & accidentalē disputationem instituunt. Iuxta opinionem Aristotelis circa continuū compositionem duplex terminus necessariō assignandus est, quidam intrinsecus, extrinsecus alius tam in augmentatione, quam in diminutione rerum. Terminus intrinsecus augmentationis est ille, quem substantia potest attingere, & vita quem non potest se extenderē: verbi gratia, suppone tibi hominem posse replere statuā nouem palmorum, & illam non excedere ultimum terminatiū non palmi, erit terminus intrinsecus hominis, & hic terminus magnitudinis vocatur ab Aristotelicis *maximum quod fit*, id est maximum incrementum, quod potest attingere. Terminus extrinsecus est ille, quem non potest attingere compōsitus, potest tamen replere quemcumque infrialū signatum: verbi gratia, suppone hominem non posse crescere usque ad nonum palmum complementum, & posse extendi in quacumque quantitate non attinente ultimum completementū noni palmi; tunc dicetur homo extrinsecē terminatus versus magnitudinem, cuius terminus extrinsecus erit ultimum completementū noni palmi, & terminus iste dicitur: *minimum quod non*, id est minimum incrementum, quod non potest attingere homo, quia omnia, quae sub illo sunt potest homo replere, & omnia, quae sunt supra illud, sunt illo majora. Similiter versus magnitudinem duplex est terminus, quidam extrinsecus, alius intrinsecus: terminus intrinsecus est ultimus, ad quem per diminutionem potest substantia reduci: verbi gratia, pone formam hominis posse introduci in materiam vniū palmi, & non in aliā minorem: ultimum completementū vniū palmi erit terminus intrinsecus hominis versus paruitatem, & hic terminus dicitur: *minimum quod fit*, hoc est minimum incrementum quod potest habere homo. Terminus extrinsecus est ille, in quo non poterit conservari compōsitus, bene tamen in alio quacumque maiori: verbi gratia, suppone formam hominis non posse conservari in materia vniū palmi, bene tamen

in alia maiori, tunc terminus extrinsecus paruitatis erit ultimum complecium vnius palmi, & terminus iste extrinsecus paruitatis dicitur *maximum quod non*, hoc est maximum incrementum ex his, quae non sufficiunt ad formam hominis, quia omnia, quae sunt supra illud, sufficiunt & omnia, quae sunt infra illud, sunt illo minora. Neque ex termino extrinseco magnitudinis, aut paruitatis postulum secundum sententiam Aristotelis terminum intrinsecum deducere, vel è contraria, quia si terminus extrinsecus sit duplex palmus, quem non potest substantia attingere, terminus intrinsecus, si aliquis esset futurus, erat ille, qui immediatus est dupliciti palmo, at in sententia Aris. nulla quantitas non attingens extensionem duplicitis palmi est immediata dupliciti palmo, sed quacumque assignetur dupliciti palmum, seu quamcumque aliam extensionem non attingens, potest magis, & magis in infinitum augeri, quin perueniat ad duplicitem palmarum, seu ad illam extensionem determinatam, quam non attingit, quia portio illa, que deficit ad explendum duplicitem palmarum, seu quamcumque aliam extensionem determinatam, quantumvis minima sit, est diuisibilis in infinitum, & potest in infinitum defumti ex illa, & adhuc aliud sumendum restare: ergo ex termino extrinseco versus magnitudinem, aut paruitatem substantiae assignato non potest inferri terminus intrinsecus eiusdem substantiae, neque exterminio intrinseci terminus extrinsecus, quia sicut inter quacumque extensionem non attingentem duplicitem palmarum, & extensionem, quae illam attingit potest alia assignari major illa extensione assignata duplicitem palmarum non attingente, & minor extensione attingente duplicitem palmarum, sic similiter inter extensionem duplicitis palmarum, & quamcumque aliam excedentem extensionem duplicitis palmarum, potest alia assignari major extensione duplicitis palmarum, & minor extensione prius assignata excedente duplicitem palmarum & sic in infinitum. In sententia Zenonis facilius res agitur, omne enim quod terminum extrinsecum habet, quem non possit attingere versus magnitudinem, aut paruitatem, terminum intrinsecum habere necesse est, quia cuiuscumque quantitatibus potest assignari alia minor, & alia minor tali quantitate, inter quam, & maiorem, & minorem assignatam nulla possit assignari major vna, & minor alia quantitate, & ita quantitas illa immediata termino extrinseco terminus erit intrinsecus, & quantitas immediata termino intrinseco terminus extrinsecus erit. Exempli gratia, si terminus intrinsecus hominis, quem non possit excedere quantitas constans mille indiuisibilibus, quantitas constans vno indiuisibili supra mille erit terminus extrinsecus magnitudinis. Sic terminus extrinsecus quantitas constans decem indiuisibilibus supra mille, terminus intrinsecus erit quantitas constans nouem indiuisibilibus supra mille, seu indiuisibile, quod complectet hanc quantitatem, & sic de terminis paruitatis.

Vientus nullum sibi praefigere terminum intrinsecum magnitudinis, aut paruitatis defendit Venerus lib. i. Physic. cap. 4. Communis sententia terminum intrinsecum magnitudinis, & paruitatis viuentibus assignat. Hanc defendunt Patres Comimbric. lib. Physic. cap. 4 q. i. art 7. P. Rub. ibid. quest. i. & apud hunc D. Thom. Scot. Richar. Greg. Durand. Calet. Ferr. & alij. Circa eadem viuentia sunt nonnulli qui assertunt via generationis, seu in bono statu ut ipso loquuntur viuentia habere hos terminos intrinsecos, via tamen corruptionis, seu in malo statu illis non circumscribi, sed tantum habere terminos extrinsecos, videlicet quantitatem aliquam, ad quam non possunt diminiui. Circa non viuentia certum est saltet habere pro termino extrinsecos magnitudinis quantitatem infinitam, quam non possunt attingi, & pro termino extrinseco paruitatis in opinione Philosophi indiuisibile, ad quod reduci nequeunt, quia nequit dari indiuisibile separatum. Difficultas potest procedere inter quantitatem finitam indiuisibilem an habeant terminum aliquem intra totam huius diuisibilis finitae latitudinem. Communis sententia negat substantias non viuentibus terminum tam intrinsecum quam extrinsecum magnitudinis intra mensuram quantitatis diuisibilis finitae, omnes enim fatentur ignem, & alia huiusmodi composita posse supra quamcumque finitam extensionem rursus extendi, illamque operari. Circa terminum paruitatis nonnulli apud Rubium superad defendunt etiam non viuentia habere terminum intrinsecum paruitatis. Alij tamen plures hunc terminum negant non vi-

Franc. de Osiedo Philosoph. Tom. I.

uentibus, qui tamen pro termino extrinseco extensionem indiuisibilem assignare videntur, ac proinde intra extensionem diuisibilem finitam nullum terminum neque intrinsecum, neque extrinsecum magnitudinis, aut paruitatis substantiae non viuentibus praediti auctores assignant.

**PRIMA CONCLUSIO:** Intra extensionem diuisibilem finitam assignandus est aliquis terminus sive intrinsecus, sive extrinsecus versus magnitudinem, & paruitatem omnibus viuentibus. Ratio omnibus familiaris efficax est. Partes viuentium habent inter se mutuam connexionem, & quadam dependent ab aliis; ergo non possunt esse in quamcumque maxima distantia, si enim per integrum leucam distaret stomachus à capite, longa cibis restaret via postquam viuens illos deglutiisset donec ad stomachum accederent, tardèque manus capitii succurreret, si spatium leucæ illi esset percurrentum antequam auxilium capitii perueniret, neque possent à moto aere pulmones cordis attēpetare ardorem si nimis ab illis distarent, quapropter terminum magnitudinis viuentibus adscribi necesse est. Paruitatis terminum ipsorum deorganizatione arguit, non enim possent tam diversa organa, & dispositiones adeò heterogeneæ in quamcumque quantitate minima reperiri, neque possent temperamento adeò inter se diversa sicuti sunt temperamentum cerebri, & calcis non per notabile aliud spatium sine murua ipsorum clade distare.

**SECUNDA CONCLUSIO:** In opinione Zenonis viuentia omnia terminum habent intrinsecum, & extrinsecum magnitudinis, & paruitatis: in opinione vero Aristotelis nulla est ratio, que probet viuentia potius habere terminos intrinsecos, quam extrinsecos, vel potius extrinsecis, quam intrinsecis gaudere. Prior pars conclusionis probatur ex dictis supra vbi probauit in opinione Zenonis recte terminum intrinsecum ex extrinseco inferri, & extrinsecum ex extrinseco. Posteriorem trado ex eo quod nullam rationem inuenio, qua potius hos terminos, quam illos in viuentibus ostendat, fatis enim illorum deorganizationis, & partium heterogeneitati consultū esse videtur, tam per terminos extrinsecos, quam per intrinsecos: terminos intrinsecos aptos esse ad illorum naturam procreandam, & conseruandam ferrum omnium sententia. De terminis extrinsecis idem suadeo: eo ipso quod homo debeat excedere tantam quantitatem, v.g. geminalnam, & non possit attingere aliam, v.g. decem palmas, non poterit ita minui ut ratione paruitatis non possit totam deorganizationem partium proportionata distantia retinere, neque ita augeri ut ratione distantia vnius partis ab alia, non possit quelibet debitum influxum alij exhibere: ergo sufficienter prouisum est per terminos extrinsecos viuentium deorganizationis, & partium illarumque consenfui, temperamentorumque proportioni.

**TERTIA CONCLUSIO:** Non viuentia per se loquendo nullum sibi terminum prafigunt magnitudinis, aut paruitatis intra diuisibilem, & finitam extensionem. Primam partem defendant fere omnes auctores, & facile suadetur, quia cum horum partes non dependeant inter se, neque deorganizationem habeant nullum est caput, ex quo repugnet illarum quelibet quantumvis pluribus vniuersitate alij, & alij parti eiusdem rationis vniuersitatis. Confirmatur: sumo ex quocumque igne quantumvis magno quatuor ultimas partes (sic dico de quocumque alio cōposito) videlicet partem c, D, E, F, vniuersitas ordine positas, pars F, tantum est vniuersitas parti c, & pars b, parti D, & parti F, posita hac vniione ex eo quod D, vniat, vel non vniat, vel non vniat pars c, & aliis quibuscumque anterioribus pars F non habet diuersem aptitudinem, neque impedimentum aliquod ut vniatur alij parti aduenienti: ergo quantius crebat compositum illud per partem anterioriem poterit per posteriorem eodem modo accrescere, quelibet enim pars adueniens eiusdem est rationis cum anteriori, & sicut pars anterior potuit terminare vniuersum cum adueniente, sic aduenientes poterit terminare vniuersum cum alia adueniente respectu cuius sit anterior, vno enim precedens, seu media, que maior est, quo plures partes adueniunt, conditio non est, ut modò dicebam ad hoc ut hec pars vltima alij aduenienti vniatur. De terminis paruitatis licet non adest certus idem affirmo, quia nullā inuenio rationem ad hos terminos non viuentibus praefigendos intra diuisibilem quantitatem, & in sententia Zenonis facile est rationem reddere cur non possit subtilitas aliqua in diuisibili materia conferari, cum secundum hanc opinionem diuisibile separatum non repugnet. Affirmat

N n 3 mulc

multi substantiam non viuentem non posse in quacumque minori, & minori extensione cōseruari, quia non in quacumque potest operari, & conseruari nequit in extensione, in qua non potest operari, quia esse est propter operari. Mihi certum non est non posse substantiam aliquam conseruari in extensione adeo exigua, in qua operari non potest, sicuti conseruatur qualitas adeo remissa, vt nullam possit exercere actionem. Neque certum est non posse aliquā extensionem procedere à substantia in minori & minori extensione constituta, probabilius enim est quamlibet particula ignis separata, & indiuisibile eiusdem, si hoc separari potest, producturum in se suam præsentiam, & proprium calorem omnesque sui passiones, quia extensio si necessaria omnino ad operandum in subiecto extraneo, ideo est, quia ad applicationem requiritur, ignis autem, & quodlibet aliud agens quacumque extensione seclusa haber applicationem requisiteam ad agendum in se ipsum.

## P V N C T V M . VI.

## De alimento, &amp; causa necis humanae.

**I** **V**iens alimento indigeret, vt ad perfectum statum perueniat, & postquam ad illud peruenit, vt resarciat damna ab extrinsecis agentibus illata per se notum est, difficultas est an postquam ad perfectum statum peruenit, illo per se indigeat, non solum ne ab agentibus extrinsecis corruptatur, sed etiam ne nativus viuentis calor abfumum humidum radicale, & ne haec viuentis partes ita agant in alias heterogeneas, vt illarum temperamentum dissoluant, earumdemque materiam ad aliam formam disponant, quia adueniente destruantur partes formae, quia in illis materiae partibus præcessere, & consequenter aliæ compartes, quia non possunt haec partes anima sine illis subsistere.

**2** P. Hurtad. disp. 2. sect. 10. subsect. 3. afferit viens in statu perfecto constitutum tantum indigere alimento ne ab illis extrinsecis principiis corruptatur, puta enim non posse aliquam partem viuentis alii compartis destruptionem machinari, neque posse mortem in hoc sensu à principio intrinseco procedere, quia quelibet pars in totius compositionem, & non illius destruptionem ordinatur, ac proinde non potest pars viuentis, que per se est causa componentis, & conseruans totum illud destruere. Ratio haec nullius est momenti, quia pars per se & ex sua natura ordinatur ad componendam, & conseruandum totum, quatenus verò agit in partem vicinam potest esse causa corruptionis illius, neque ex hoc inferrur intēdere sui corruptionē, quia etiā destruēta aliqua comparte destruatur totū, & consequenter pars, quae fuit causa destruptionis totius, quod sit præter intentionem partis, que tantum per se intendit sibi assimilari partem vicinam, ex qua assimilatione per accidentem eiusdem partis corruptio sequitur. Nec minus fruvolum est, quod docet Hurt. videlicet quamlibet partem præter propriam temporis, quam in ordine ad se requirit habere aliquem excessum quem posse amittere in pugna, quia habet cum alia parte vicina, vt illa amissa maneat in statu naturali. Quia postquam pars amissit gradum protuberantem, & redacta fuit ad temperamentum, quod exposcit in ordine ad se, adhuc manet dissimilatio parti vicinæ, & manet in eadē pugna cum illa, in qua necessarij aliquando deperdet aliquid proprij temporis requiri ad sui conseruationē. Neque ut para viuentis aliquos gradus cuiusvis qualitatis innata absque sui corruptione posset deperdere, necessum erat aliquis illi designari ultra illos, quos exigit in ordine ad se, quia non eo ipso quod pars viuentis amittat quicunque gradū, ex his quos exposcit, vt bene se habeat in ordine ad se, statim corruptitur, potest enim sine aliquibus, ex his, quos ita exposcit, & cum aliis contrariis, quos non sine violentia patitur, conseruari, sicuti conseruatur aqua cum aliquibus caloribus, non enim omnes gradus qualitatis, quos exposcit substantia vt bene se habeat in ordine ad se, & in ordine ad suas operationes sunt, sine quibus conseruari nequit.

**3** Melius communis sententia tenet viens indigere alimento, vt nativus calor illud depascat, & ita non agat humidum radicale, hoc est in alias partes spermaticas viuentis valde humidas, & non adeo calidas, quas corrumperet breui tempore si in illas ageret, & consequenter totū periret viens. Suated hanc conclusionem nimius calor vi-

uentibus innatus, ratione cuius necessaria illis est respiratio, vt aërem cor ambientem iam calidum admoueant, & alium magis attemperatum attrahant, quo nimius cordis calor attemperetur, & ipsum cor, partēque illi vicina aëris refrigerio recreentur. Ob eamdem rationem cordi fuerit prouise dux alulæ, seu flabellæ, quæ continuo mota novum aërem cordi subministrent. Neque alia potest affligari ratio propter quam adeo quidè viens innata appetitu alimentū exposcat, sine quo pernotabilis aliquo tempore subsisteret, non valet. Quia etiā adolescentes alimento indigent, vt ad perfectum viorum statum promoueantur, non ideo adolescens periret, etiam si materia non haberet, quia augeretur, quia sicuti adolescens duodecim annorum illis peregit, cū paucioribus substantiæ partibus illis quis habet, dū illos explet, sic posset sine novo augmentatione per integrum durare, quod pefcipitum est, quia saepè adolescentes post notabilem aliquod tempus nulli recepit augmentum si competentur partes, quas acquisiuit cū illis, quia artifis, imbrepe sunt longè plures partes, quas per integrum mensum deperdit, quia sunt illæ, quæ nutritiæ a virtus elaborant, quo tempore sine alimento non subsisteret, ergo nō ex eo nequit sine alimento vivere, quia exigit augeri. Neque præcisè viens alimento indiget, vt reficiat dāna illata ab extermis agentibus, & se ab illis impetratis illatum tuerit, quia si ex hoc capite præcisè sine alimento vivere non posset homo bene nutritus dici posset impræsum vivere, dū agentia extrinseca ablumebant partes illius, quibus antequam pinguisceret macer sublubebat, non enim seperat extrinseca agentia adeo activa sunt, vt valeant viues optimè nutritum infra materiem illā constituere, sub qua posse vivere experientia monstrauit. Neque credi potest viensis vacuo constitutum, vel quoniam alio modo ab activitate extrinsecorum agentium abfolatum posse per longum tempus sine alimento conseruari, quod haberet, si alimento tam indigeret, vt se ab extrinsecis agentibus seraret incolime. Ultimò audiēdi non sunt, qui afferunt viens non posse pati secundūm aliquas partes ab aliis eis heterogenes, quia excessus, quem habet haec pars respectu aliis immediatæ sufficiens non est, vt agat in illa, quia in omnibus partibus gradatim fit qualitatis excessus per gradus valde exigui. Hic dicendi modus omni fundamento definitus est, & tārū ad difficultatem, in quam le gratiis coniuncti, afferentes viens non posse secundūm aliquas partes ab aliis heterogenes pati excoigitatus, insuper illū impugnat manifesta experientia, quia videmus partes heterogenes viuentis magnopere calore excedi ab aliis valde propinquis, in quādī exigui distantiā non potest excessus assurgere. Ex his infero: viens alimento indigere vt ad perfectum statu perducatur, & iam ad hunc perductū, vt reparet damna illata ab extrinsecis agentibus, insuper vt illius nativus calor agat in alimento, quo deficiente ageret in humidū radicale, & illius destruetur substantiam, & consequenter totum viens, quia reliqua partes sine illis, quas absumebat calor nō valeret conseruari, ex quo capite omni vienti morte contingere necesse est, quia etiam si alimento impedit ne totū suam actuositatem partes heterogenes viuentes circa alias compartes exerceant, nihilominus sufficiens nō est, ne aliquantulum ipsa partes inter se agant, & repatiantur, moratiter enim impossibile est applicari alimento, quod ita præoccupet actuositatem nativi caloris, vt huic virtus non supersit ad agendum in alias partes viuentis minus calidas. Secundò esti alimento penitus impedit ne partes heterogenes viuentis mutuò repateretur, cum alimento per se mortem afferat ipsi viuenti, indigentia alimenti nec alia causa esset, quia esset causa applicationis alimenti, quod mortem infert viuenti.

Dixi alimentū per se hoc est ratione suę æxiliatis esse causam necis; hoc est omnino certū, quia cum hoc habeat qualitates contrarias viuenti, dum viens agit in illud ab eodem repatitur, & aliquid amittit, quod continua pugna, assidueq; reatione, ita viuentis infringit vires, vt paulatim languescat, donec ita debiles fiant, vt non possint alimento in se conuertere, nequæ aliquid amissi roboris recuperare. Adde viens non totum alimento in se conuertere, sed plura ex illo excrementa esse residua, quorū vi antequā expellantur, proprij temperamentū non leuem patitur iacturam. Deinde non ita perfectè expultrice virtute expelli valēt, vt illorū aliquid intestinis adhærens non remaneat, neque viscossa flegmata possit ita excuti, vt stomachū omnino illis purgatum, mundumque relinquat, si enim cū aquam a valē

à vase vitro, in quo continebatur diffundimus, postea guttulas quædam reperimus vase adhæsse, quomodo fieri potest, ut materia adeo crassa, atque viscosa tot commet amictus, quin multum illius expultricem virtutem subterfugiat, intusque remaneat.

Dificultas esse potest an præcisè quocumque alio capite secluso, homo, eo ipso quod nutritur debeat mori. Negat Arriaga disp. 2. fœct. 4. subfœct. 4. quia putat posse hominem uno alimento recuperare damnum ab alio ictum, ita ut post longam nutritionem, & diuturnam pugnâ inter alimentum, & viuens, nihil amiserit proprij temperamenti ex vi actionis, & reactionis. In confirmationem huius adducit fructum ligni vita habentis naturalem virtutem, ut in perpetuum vitam hominis sustentaret, ut testatur P. Molin. i.p. de opere sex dier. disp. 26. vbi oppositam sententiam improbatim esse affirmat. Non nimis consequenter suam sententiam probat Arriaga virtute arboris vita, cum ipse dicat hominem ventem semper eidem cibis non posse non illis necari, ex quo infertur hominem semper ventem fructu arboris vita, & non alio cibo naturaliter esse moriturum: ergo tenetur fateri ipse Arriaga virtutem arboris vita non esse naturalem, siquidem homo, qui illo vesceveretur, non indigeret aliis cibis corrigentibus damnum illatum à fructu arboris ut perpetuo viveret.

Melius affirmat Hurtad. cum communis sententia disp. 1. fœct. 9. § 139. nullâ naturali subitanâ posse hominem alii, quin ab ipsa paulatim necetur, quia omne alimentum convertendum est à viuente in propriam substantiam, ex quo infertur habere contrarias qualitates, quibus agit viuens, & aliquid amicit proprij temperamenti, quia eo ipso quod viuens alimentum vincat, aliqualem victoriâ ab alio reportat alimentum, duo enim contraria mutuo pugnantia mutuo patiuntur. Ad illud quod adducit Arriaga de ligno vita responderet Hurt. talem virtutem non suffit naturalē, & ita sensisse Bonau. Caiet. Bed. & D. August. lib. 3. de ciuitate Dei, c. 2. cuius verba apud Hurtad. inuenies. Illud vero quod docet Arriaga videlicet posse hominem uno alimento separare damnum illatum ab alio falso est, quia aliquando peruenit homo ad statum, in quo non possit dampna ab alimento illata resarcire, quia postquam homo peruenit ad statum, alimentum non potest illius augere vires, postea vero cum incipit ab statu declinare, non potest virtute aliis alimenti vires desperitas recuperare, quia etiam hoc secundum alimentum, quæ in eo magis proficiunt sit, quam primum fuerit noxium, iam viuentis virtute caret, ut possit uti virtute illius alimenti in proprium suum commodum, ut quod amiserat, refaciat.

Ex his concludes hominem naturaliter mori necesse esse, tum propter partes heterogeneas, quibus collat, quare una agit in aliâ, illiusque temperamentum dissoluit sine quo non potest subsistere viuere inter materiam, & formam, tum propter indigentiam alimenti, à quo, & ab excrementis, que ex illo superfluent paulatim innatum homini, & cuicunque viuenti temperamentum absumentur. Neces, quæ ab his causis procedunt naturales appellare confusiuos, quatenus naturale significat id, quod via naturalium cauferum contingit, & in hoc sensu mors homini naturalis dicitur, non quatenus naturale violento opponitur, & dicit esse iuxta propensionem, & exigentiam naturæ, certum enim est nihil appetere propriam destructionem, & non esse sibi, & quatenus mors est contra hanc exigentiam conservationis, & propensionem in proprium esse viuentis, mors omnis violenta dici possit: iam vero vius inualuit neces violentias appellari, quia ab aliqua causa extrinseca non regulariter adueniente procedunt vide licet vulnere aliquo inflicto, fulmine de celo iacto.

## CONTROVERSIA IV.

### De termino alterationis secundum se sumptos, seu de qualitate.

**A**C TIO, per quam subiectum alter se habet ac antea seu qua alterum instituitur, alteratio dicitur, quæ essentialiter mutationem includit, ad hoc enim ut subiectum alter se habeat modo ac antea, requiritur necessario antea

non habuisse aliquid, quod modo habet: ergo requiri tur priuatio præcedens illius formæ, qua modo alteratur: ergo requiritur induc[t]io formæ cuius priuatio præcessit in subiecto, in qua tota ratio mutationis essentialiter constituitur.

Mutatio quelibet lato modo alteratio dici possit, nihilominus propria alterationis ratio mutationem substantialem excludit ex mente Aristotelis afferentis mutationem substantialem constitutam sui ictum aliud, accidentalem vero alterum seu alteratum. Unde alteratio essentialiter dicit mutationem accidentalem, hoc est terminatam ad accidens à substantia distinctum. Insuper placuit Philosophis nomen alterationis stricte sumere pro mutatione terminatâ ad qualitatem, & aliquando strictius pro mutatione traditâ non ad quacumque qualitatem, sed tantum ad qualitatem habentem contrarium, & subiecti corruptiu[m]. Disputationem instituam de alteratione terminata ad qualitatem habentem contrarium, & illo carentem. Sunt enim multa disputanda utriusque communia, quorum illa quæ ad naturam termini peccant claudet hæc Controversia.

## P V N C T V M P R I M V M.

### De intensione qualitatis.

**Q**Valitatem intendi sensuum evidentiâ compertum est: videmus enim calorem augeri, & lucem fieri maiorem. Infuper fide constat hominem iustum per bona opera recipere augmentum gratia, cui intensor visio beatâ correspondet, difficultas est quomodo qualitas intendatur, an per aduentum nouæ qualitatis, an per maiorem radicationem, an per maiorem expulsionem contrarij, an per additionem gradus ad gradum.

### §. I.

#### Statuitur intensio qualitatis.

**D**Vplex augmentum reperitur in qualitatibus: extensus per diuersas partes subiecti, intensuum in eodem subiecto indiuisibiliter sumptos & tertium aliud obiectuum in nonnullis qualitatibus, quæ extrinseca obiecta respiciunt, sicut in speciebus impressis, & in habitibus, quæ ad plura, pauciorave obiecta extenduntur, quædam enim Angelorum species plura obiecta repräsentant, quæ in homine non nisi pluribus speciebus possunt repräsentari. Augmentum extensus commune est quantitati, & formis materialibus substantialibus, quæ per plures partes subiecti extenduntur. Augmentum obiectuum proprii intensuum non est, quia etiâ sit in eadem parte subiecti, dum idem indiuisibile obiectum non respicit, non reddit qualitatem intensam, quia eademmet indiuisibilis qualitas absque illo augmento plura obiecta valet respicere, sicut eademmet anima potens est producere plures actus. Quod si diuersæ qualitates diuersa obiecta respiciant, qualitates aliquam rationem intrinsecam diuersam habebunt, ratione cuius non possint eamdem intensionem constituere, de hac extensione obiectiva agendum est Controversia 12. de anima, vbi in speciebus impressis disputabo, solum intensuum augmentum factum in eadem parte subiecti qualitatis nullum extrinsecum obiectum recipientis, sicut est visio Dei quæ circa idemmet indiuisibile obiectum magis, & magis crescit, ad hanc disputationem spectat.

Hoc intensum augmentum, ita proprium est qualitatis, ut nulli alii entitati conueniat, quod facilè in entitatibus aliorum prædicamentorum probabitur, si rationes formales aliarum inspiciamus. Quantitatis effectus est constitutre partes subiecti non penetratas, quilibet omnino extra locum alterius, quem non posse recipere magis, & minus per se patet, quia pars subiecta, quæ omnino est extra locum alijs partis, & nihil spatiij habet communem cum illa, non potest esse magis extra illam: ergo quantitatis effectus substantiae communicatus non potest aliquod augmentum recipere: ergo quantitas non potest

Nr. 4 intendi

428 GENERAT. Controv. IV. De termino alterat. secundum se sumpto.

intendi, intensio enim ordinatur ad maiorem effectum subiecto tribendum.

Eadem ratio intensionem praesentia denegat, implicat enim corpus existens in hoc spatio in eodem indivisibili magis existere, seu maiorem, vel minorem correspondientiam habere ad partes, quibus semel commensuratur. De duratione idem omnino fiet argumentum, si accidentis sit entitati superadditum, id enim, quod per integrum annum durat, non potest in illo magis, & minus durare. Relations predicamentales non esse accidentia superaddita probabo Controversia 9. Metaphys. punct. 4. quod si accidentia essent à reliquo distincta, nullam intensionem recipere possent, quia duæ quantitates magis & aequales inter se esse non possent, quia aequalitas in indivisibili constituit, neque eadem adæquata permanentes magis inæqualiter possunt existere, inæqualitas enim unius quantitatis cum alia solùm additione quantitatis crescere potest, quod si quantitatis cresceret relatio, illud augmentum intensuum non esset, sed extensum diuersum subiectum semper respiciens.

Substantiam non esse intensibilem, neque magis aut minus recipere probat Complutensis quidam Thomista ex doctrina S. Thomae. 2. quæst. 52. art. 2. vbi docet formam ex qua sumitur species rei, quam actuat non posse suscipere magis, & minus, cum vero forma substantialis speciem constituit, consequenter ad doctrinam preceptoris Angelici, magis, aut minus recipere non poterit. Ut clarissim patet mens S. Thomas: *volo ego illius verba, que Thomista subiicit in medium adducere: si igitur aliqua forma, vel quæcumque res secundum se ipsam, vel secundum aliquid sui fortius rationem species, necesse est, quod secundum se considerata habeat determinatam rationem, que neque in plus excedere, neque in minus deficere possit, & huiusmodi sunt calor, & albedo, & aliae huiusmodi qualitates, que non dicuntur in ordine ad aliud, & multo magis substantia, que est per se ens.* Hucusque D. Thom. perpende quæso verba illa, huiusmodi est calor & albedo, & inspicce quæ lögè sit à mente D. Thom. Thomistæ interpretatione: *Assignat S. Thomas hanc determinationem, & incapacitatem suscipiendi magis, & minus calori, & albedini, quæ absque illa contraria intensio recipiunt, & ex his intendit probare Thomista substantiam non esse intensibilem.* Aliter ego non iuratus Thomista, sed Angelico Doctori ex animo deuotus, & ex corde deditus, cuius doctrinam vtpote fulgentissimæ Ecclesiæ Lampadem, cuius luce fidei nostra mysteria mitificè clarescunt, eorumq; nebulosæ tenebrae fugantur tota mente cōmendo, toto animo complector, ac religione venero: mentem Angelici Doctoris interpretor de intensione obiectiva, que neque calori neque albedini competit sed tantum illis qualitatibus, quæ obiecta extrinseca respiciunt, vel de affectione, que ex pluribus, paucioribusque qualitatibus componi potest, sicut sanitas, quæ constituit in temporeamento qualitatum diuersarum ipsas formaliter includente.

Tenet tota schola substantiam non suscipere magis nec minus, neque esse intensibilem, neque aliqua est ratio ex qua possit oppositum leuiter conjectari, quod mihi est fortissimum fundamentum ad hanc conclusionem amplectendum, recedere enim à communis sententia sine firmo aliique fundamento nefas est, recedere autem à tota schola sine ratione aliqua adhuc mediocriter oppositum suadente, ultra amentiam, si ergo majorum auctoritate firmum substantiam non recipere magis nec minus, & hac veritate supposita illius rationem, non ad suationem animi, sed ad illius doctrinam diligenter venemur.

Materiam primam non esse intensibilem demonstrare facile cuique erit notissima materia natura, quæ vtpote primum subiectum aliud non respicit, & consequenter intensionem, quæ fieri nequit nisi in subiecto rei, quæ intenditur: ergo materia prima carens subiecto caret illo, quod necessario ad intensionem requiritur. De anima rationali eadem est ratio, de formis, verò materialibus non adeo euidentis est conclusio illa, tamen hac ratione suadeo. Intensio supponit id, quod intenditur iam constitutum in illa ratione, secundum quam sit intensio, quod sic probbo: Si gradus intensionis non supponit iam qualitatem physicè constitutam non erit intensio sed complementum forme, vel aliquid efficiens illius: ergo ad hoc ut intenderetur forma equi deberet iam supponi constituta in ratione formæ equi: ergo ipsa abique illa additione constitueret equum adiquatum seu adæquatum equum: ergo quilibet alius conceptus, seu quælibet additio non esset substantialis, sed ac-

cidentalis: ergo nunquam potest addi substantialia. Probo priorem coniectuionem quidquid supponit aliquid adæquatum constitutum est extra essentiam, & accidentale, in hoc enim ratio accidentis constituitur: ergo nunquam accidit substantialis aliquid, quod accidentis non sit: ergo nunquam potest addi aut intendi per aliquid, quod substantialia non sit sicut calor non potest intendi nisi per calorem quia intensio est additio rei ad rem cuiusdem nature. Idem argumentum reforma de unione substantiali.

Statutum est solam qualitatem intensionem recipere, restat modo examinare an qualitas omnis intensionis sit capax. Forma, & figura qualitates non sunt neque à presentia distinguuntur, ac proinde disputandum modo non est an sint ex illis qualitatibus, quæ intensionem recipiunt. Primas qualitates, species intentionales, habitus naturales si defit ab speciebus distincti actus potentiarum vitalium, lucem, sonum, impulsum, & qualitates secundas quæ à primis trahunt originem, intensionem admittere tenet communis schola. De potentiis vitalibus materialibus, & spiritualibus nouilla est inter auctores dissensio, an recipiant magis, & minus. Affirmat Bañer: de generat. cap. 4. quæst. 1. potentias materiales: verbi gratia, auditu, & visu, & spirituales, intellectum videlicet, & voluntatem posse recipere magis, & minus, & intendi sicut intenduntur frigiditas, & calor. Caietan. 1. 2. quæst. 52. artic. 1. tantum hanc intensionem potentis materialibus dependentibus ab organis exteris, & qualitatibus alterius concedit, quam negat potentis spiritualibus.

Io. Sententia, quæ docet potentias non distinguiri ab anima, hac difficultate absolutior, illam ego amplectar, verum tamen quid in alia sententia dicendum sit tradere non recuso. Affirmo potentias vitales, etiam ab animo distincte admittantur, nullam intensionem habere. Minore propter communem sententiam scholasticorum, & quia nullum est caput ex quo possit inferti in potentia talis intensionis, neque illa necessitas illam admittendi: hoc summum est fundamentum huius sententiae, ad negandas enim positus entitatis dixi sepe rationem negativam, & defectum rationis positivam pro parte contraria optimum argumentum efficere. Addo etiam ha potentes habentes compositionem intensiuam eandem semper esse tenturas, quin ab aliquo agente remissionem recipieren, quia nulla est forma contraria quæ possit expelli & causa adequata illarum, videlicet anima semper est applicata ad potentias natuæ integratæ producendas, & conferandas: ergo semper illas conservabit in ultima intensiæ mensura. Dices remitti ex defectu dispositionum, quæ requiruntur ad illas. Contra: potentia dimanant ab anima per simplicem emanationem independentiæ quibuscumque dispositionibus: ergo nullo indigent extrinsecos comprincipio, neque illa dispositionis ad sui productionem, sed tantum ab anima dimanant: ergo semper secundum totum suum esse integrale illarum, & secundum omnes gradus, quos anima potest producere ab illa sicut est recipient. De virtute magnetis ad attrahendum ferum, & de aliis occultis qualitatibus si à substantia distinguantur eodem modo philosophandum est, quia vbi nullum est fundamentum ad intensionem admittendam nullo modo ponenda est.

Obicit Bañer: Potentia visuæ modus est acutior, modus 10 hebetior ad visionem producendam: ergo suscipit magis, & minus. Respot: potentiam visuam aliquando perfectiores & intensores visiones elicere propter maiorem, minorēve organorum dispositionem, vel propter intensem aut remissiorem speciem absque illa intrinseca sui mutatione, sicut eadem anima intensores, & perfectiores elicere operationes, propter comprincipia intensoria, seu perfectiores dispositiones.

Obicit secundum: Aquila perfectius videt quam homo, 11 etiamque compincipia potentie hominis, & aquila sint aequalia, & organa aequæ disposita: ergo aquila intensorum potentiam visuam habet quam homo. Sic arguit Complutensis Thomista, qui eodem modo posset arguere: forma hominis exteris paribus perfectiores elicere operationes, quam forma equi: ergo est illa intensor. Respondeo concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia perfectior effectus non ex maiori intensione, sed ex perfectiori potentia in aquila dimanat.

Obicit tertium: Actus, & habitus, & aliae huiusmodi 12 qualitates

qualitates recipiunt intentionem: ergo & potentia. Respondeo negando consequentiam: Ratio disparitatis sumenda est ex peculiaribus rationibus, propter quas in actibus, & aliis qualitatibus intentione admittitur quarum nulla reperitur in potentia, quae etiam a reliquis qualitatibus differunt in modo procedendi ab anima per simpli-  
sem emanationem.

## §. II.

Duplex sententia circa naturam intentionis restituitur.

**N**on immorabor in refellendis auctoribus afferenti-  
bus qualitatem intendi per maiorem expulsionem contrarij, paucis enim hunc modum omni probabilitate destitutum reiiciam. Gratia habitualis quantumvis remissa expellit peccatum, itavt nihil illius in subiecto remaneat: ergo non potest postea intendi per maiorem expulsionem illius: ergo aliis modus intentionis debet assignari in qualitate. Maior, & minor absque errore in fide negari nequeunt: consequentia est per se nota. Argumentor secundus: lux, & alia qualitates carent contrario, & tamen intenduntur: ergo non per expulsione contrariaj, ergo alio modo. Luce meridiana clarescit argumentum, alia non indiget. Argumentor tertius: Quo magis intenditur calor, magis expellitur frigiditas: ergo diuersa pars frigiditatis expellitur calore intenso ab illa, quae fuit expulsa calore remissio: ergo frigiditas haber partes, quarum expulsione remittitur: ergo illarum productione, seu conseruatione intenditur: ergo intentionis frigiditatis fit per additionem partium: ergo idem dicendum est de calore, in quo eodem modo licet argumentari.

**S**i dicat per maiorem intentionem calor non expelli diuersam partem frigiditatis, sed eamdem iam expulsa magis, ac magis expelli, dices entitatem iam corruptam & non existentem fieri magis corruptam, & magis non existentem, & in non esse eiusdem rei indubibilis magis, & minus assignabis, & vnum hominem esse magis, mortuum alio non viuentem defendes, quae omnia non solum à Philosophia, sed à sensu communi abhorrent.

**A**gendum est cum Gotfred. Durand. Avenç. & aliis, quos refert P. Soar. disp. 45. Metaphysic. sect. i. n. 2. afferentibus formam non intendi per additionem eiusdem, sed per mutationem unius in aliam, ita ut quando calor intenditur totus ille, qui remissus procedit corruptum, & aliis perfectior producatur, qui propter maiorem sui perfectionem intensius dicitur, & intensius operatur.

**H**ec sententia sui explicacione destruit fundamentum, quo nitor, omnes enim, qui negant intentionem fieri per additionem gradus ad gradum, afferunt accidentia individuari a subiecto, ac proinde non posse reperi in eodem numero subiecto habente unam tantum individuationem accidentia numero diuersa. Contra quos sic arguo: Accidentia individuantur a subiecto: ergo idem subiectum adhuc successiu non potest habere accidentia numero diuersa. Probo consequentiam: subiectum habet eandem individuationem intrinsecam modo, ac habebat ante: ergo eandemmet tribuet accidenti modo ac ante: ergo non potest accidentia diuersa numero individuare. Si dicas idem subiectum eadem indubibili individuatione permans posse successiu diuersas individuationes tribuere accidentibus, cur simul non poterit idem præstare, quia individuatio, quae eadem indubibilis diuersas communicat individuationes accidentibus ab illorum individuationibus necessario distinguuntur: ergo poterit illas simul tribuere, etiam si simplex, & vna indubibilis sit.

**S**ecundus impugnat efficacissime prædicta sententia, quia si intensio fieret per aduentum qualitatis perfectiores destruta remissa, remissa fieret per productionem remissoris intensa corrupta, quod fieri non posse facile probatur. Cum aqua agenti frigido circumdata in pristinam frigiditatem restituatur, calor successiu remittitur, ut experientia ostendit: ergo tunc in primo instanti, quo incipit calor remitti totus corruptitur, & aliis denud imperfectior producitur, sed sic est, quod nullum est agens, à quo possit produci hic imperfectus calor: ergo remissio prædicto modo fieri nequit. Minor sola indiget probatione: calor ille remissus non potest produci ab aqua, hæc enim non est productua calor: non ab agente circumstante poterit enim hoc esse frigidum: ergo à nullo agenti potest produci.

Dices calorem remissum produci à partibus passi; sed contra est; nam ille calor, vel producitur à partibus quæ sunt intra sphærā agentis, vel extra illam. Non à partibus, quæ sunt extra sphærā agentis, quia cum agens non possit agere in illas propter distantiam, neque illa quæ minorem activitatem habent activitatem agentis, & consequenter minorem sphærā, poterunt agere in partes passas proximas agenti. Non à partibus quæ sunt extra sphærā agentis, quia agens in eodem instanti agit in omnes partes passas, quæ attenta resistentia contrarij habet intra sphærā: ergo in eodem instanti corruptit totam qualitatem in illis praexistentem: ergo ab hac nulla poterit actio in illo instanti dimanare: ergo nullum datur agens à quo possit remissus produci calor: ergo hic modus remissionis fictitious est, & chimericus.

Tertiū agitur contra hunc philosophandi modum: Agens in primo instanti, in quo applicatur est potens producere calorem perfectum, seu intèsum, quem producit postquam alios minus perfectos produxit: ergo in illo primo instanti potuit illum producere, & subiectum intendere illo calore perfecto, sine villa intentionis successione, & sine aliorum calorum productione, & corruptione. Nec recurrere poteris ad resistentiam contrarij in hac sententia, in qua tota qualitas contraria corruptitur cum producitur quælibet intensio: ergo contraria qualitate corrupta potuit absque villa resistentia perfectissimus calor in virtute agentis contentus produci. Non memini capacitatem passi, quia certum est hoc in quacunque duratione eamdem capacitatem habere.

## §. III.

Impugnatur sententia Thomistarum.

**V**na est Dominicanæ familiae sententia, qua docet intentionem non fieri per additionem gradus ad gradum, sed per maiorem radicationem eiusdemmet indubibilis qualitatis in eodem subiecto. Ita Cajetan. Capreol. Henric. Soncinas, & Iauellus apud Suarez suprà n. 3. Huius sententia explicande varios modos refert idem Suarez ibidem, singulos percensebo, quos breuiter reiiciam.

Affirmat aliqui maiorem radicationem fieri per acquisitionem nouæ existentiae permanente eadem essentia. Hunc dicendi modum impugnat Soarius, quia per intentionem non tantum perficitur existentia, sed essentia: ergo non tantum acquiritur noua existentia, sed etiam noua essentia. Probat antecedens ex Capreolo, contra quem ad hominem arguit. Hæc impugnat ad hominem tantum efficax esse posse, & adhuc ex dictis Capreoli exstimo non concludere, forsitan enim pro Capreolo respondebit aliquis qualitatem perfici secundum essentiam, quia essentia noua aduenit existentia, quae est illius perfectio, sicut essentia perficitur per passiones, non vero quia secundum se augeatur, neque aliqua perfectio identificata cum essentia per nouam intentionem accrefcat.

Alij impugnant eamdem sententiam ex eo, quod qualitas intensior perfectiores producat effectus, ex quibus perfectiore virtutem inferunt in qualitate: deinde perfectiore essentiam, quia hæc est virtus ad operandum, non vero existentia, si hæc ab illa distinguitur. Occurrunt solutioni, qua posset dici agens intensius perfectiore effectum producere propter perfectiore existentiam, tanquam conditionem, sicut eadem virtus magis approximata maiorem producit effectum, quam sic impugnat: Humanitas Christi ex eo quod existat existentia Verbi (vt Thomistæ opinantur) non producit perfectiores actus illis, quos producunt reliqua humanitas, etiam si habeat existentiam infinitè perfectiore: ergo ex perfectiori existentia non potest effectus perfectior procedere.

Neque conclusionis, neque solutionis placet impugnatio, faciliè enim poterunt Thomista persistere afferentes qualitatem intensiorem perfectiore effectum producere propter perfectiore conditionem, non propter maiorem virtutem, & ad illud quod ad humanitatem Christi attinet, responderem substantiam Verbi non esse propriam, naturam humanam, sed substituere loco propria, ac proinde in ordine ad agendum propriæ vices agere, & esse conditionem ad illos effectus producendos, quos posset humanitas propria substantia terminata producere, non vero ad illos, ad quos in natura diuina conditio esse potest, quapropter perfectio effectum mensuranda est, non ex perfectione

430 GENERAT. Controu. IV. De Termine alterat. secundum se sumpto.

fectione subsistentiae Verbi, sed ex perfectione illius subsistentiae cuius loco subrogatur Verbi subsistentia. Quando vero natura propria subsistentia, & existentia subsistit, & existit, perfectio effectuum, qui possunt ab illa procedere, defumi potest ex perfectione propriis subsistentiis, & existentiis.

**24** Solida huius sententiae impugnatio sumenda est ex idemitate essentiae, & existentiae, & ex implicatione diuersae existentiae sub eadem essentia. Secundum ex rationibus aductis contra afferentes intentionem fieri per productiōnēm nouae qualitatis, sicut enim illi assignare non possunt, à quo producatur qualitas remissior, cum aqua agenti frigido circumdata ad priftinam se restituit frigiditatem, ita neque illi poterunt causam inuenire, à qua producatur noua existentia corrupta antiquā in eodem casu. Si dicant non corrumpi tantquam existentiam, sed nouam illi accrescere partem, iam existentiam intensius diuisibilem admittent, contra omnes rationes, quibus impugnat diuisibilitatem qualitatis intensae. Tertiū, quia implicat produci nouam existentiam, sine noua productiōne qualitatis, quia adhuc in opinione Thomistarum distinguunt existentiam ab existentia non alia ratione agens naturale producit qualitatem, nisi producendo illius existentiam, neque peculiarem mittit actionem terminatam ad existentiam distinctam ab illa, per quam feret existentiam.

**25** Quartū à priori eamdem sententiam impugno: posita entitate in rerum natura eo ipso quod existat existit omni perfectione qua potest: ergo implicat perfectius, vel imperfectius existere. Probo antecedens: existere est rem esse extra causas, & extra purum nihil, sed entitas, eo ipso quod existat, est omnino extra causas sine villa (vt sic loquar) nihil admixtione: ergo non potest constitui magis extra causas, & extra purum nihil: ergo non potest perfectius existere, quod naturæ lumine notum est, esse enim, vel non esse, existere, & non existere opponuntur contradictoriè, & in indiuisibili confunduntur.

**26** Alij hanc maiorem radicationem constituant in eo, quod forma magis educatur ex potentia materie. Hæc sententia potest dupliciter intelligi, nomine enim educationis possunt significare actionem, qua accidens educitur ex potentia subiecti, vel unionem intercedentem inter subiectum & accidens. Si nomine educationis actionem intelligent, non poterunt assignare, à quo procedat hæc actio, quæ constitutit remissio calor existens in aqua agenti frigido circumdata, si illam à priori actione adæquatè distinguant, calor principium esse non potest actionis ad ipsum terminata, neque subiectum, vel corpus ambiens, quod frigidum esse suppono talem possunt edere actionem.

**27** Nimirum familiaris non est Thomistis distinctio inter actionem educitiam, & unionem, sed nomine educationis plerumque unionem significant, & in hoc sensu hanc sententiam explica Soar. num. 23. ex Caetan. & Capreol. contra quam sic explicatam multa doctè congerit: nonnulla adducant alii efficaciora. Talis vno perfectior vel adæquate distinguitur ab unione imperfectiori, vel inadæquate adæquate, rediò ad priora argumenta contra hanc sententiam diuerso modo explicatam adducta: à quo talis vno producitur in remissione calor existens in aqua? accidens enim non potest suam unionem adæquatam cum subiecto producere, quia ad hoc ut aliquid agat debet iam supponi existens cum unione ad sui existentiam requisita. Tandem si hac vno est indiuisibilis cur in primo instanti applicationis agens non producitur unionem perfectissimam, quam potest, & calorem intendit, contrarium enim non obicit, quia quando producitur hec vno imperfetta, & aliquantulum intenditur qualitas, & remittitur contraria agens corruptit totam unionem contraria qualitatis: ergo poterit unionem propriam perfectissimam producere, nulla enim potest assignari ratio, cur agens possit in progressiō actionis producere perfectam unionem, quam non posset in primo instanti producere. Si dicant unionem non corrumpi adæquate in remissione, neque in intentione produci, sed esse diuisibilem & produci, & corrupi in remissione & intentione secundum aliquos gradus. Obiectio, quod nuper arguebam: possibilis est vno composta ex partibus verius intentionem: ergo possibilis erit qualitas eodem modo composita, omnia enim argumenta

Thomistarum, quæ pugnant contra compositionem unionis, & contra compositionem qualitatis.

Tandem contra hanc perfectiōrem unionem sive diuisibilem, sive indiuisibilem argumentor: in primis contra Thomistas afferentes unionem non distinguunt à forma. Vno qualitas est identificata cum ipsa qualitate, ergo non potest produci perfectior vno, quia perfectior qualitas producatur. Argumentor secundo ratione defumpa ex Soar. num. 27. qualitas intensa perfectiores producit effectus: ergo perfectiōrem habet virtutem: ergo perfectiōrem entitatem, quia qualitas per suammet entitatem, & non per inherētiam operatur. Si dicas unionem esse conditionem ad operandum, & posse perfectiori conditione perfectiōrem effectum produci ab eadem virtute, doctè occurrit Soar. Vno tantum requiritur ad actionem vt qualitas existat: posita enim eadem existentia qualitas impertinens est hæc, vel illa vno ad subiectum, cum hoc sepe nihil influit, vt patet cum subiectum caloris est aqua, sed eadem virtus eodem modo exiliter cum hac vniione, vel cum illa: ergo eodem modo operaretur possita quacumque vniione, vel omni unione ablata dummodo calor ipse per creationem conserueretur.

Affirmant alij apud quendam Thomistam intentionem fieri per productionem modi realis superadditi aduentientis qualitatim iam productæ, quo posito ipsa magis radicatur in subiecto, quod constituit intensus quale, v. g. calidum. Singularem sententiam non singulare ratione, sed communis efficacissimè impugno. Posito illo modo forma qualitatis, & illius informatio sunt ex eadem ac antece-<sup>19</sup> dente eundem effectum formalem tribuunt subiecto: ergo non illud constituit magis quale, v. g. magis calidum cum illo modo, quam sine illo. Confirmatur: Calor non informat subiectum per modicum superadditum, sed per se ipsum tanquam per formam, & per unionem tanquam causalitatem: ergo ratione modi superadditi distincti ab unione non potest subiectum magis informare, seu magis calidum constituere.

Si dicas modum illum formaliter constitutere intensiōnem, sic arguo. Modus vel est formaliter calor vel non. Si est calor, iam in intentione calor calori additur: si non est calor ut manifestè teneris confiteri, quia calor non est modus caloris, non potest subiectum calidum, neque magis calidum constituere, quia calidum, & magis calidum calorem constituitur.

Nous alius Thomista docet intentionem non fieri per additionem forme, neque modi presentis forme nouam virtutem informandi, seu nouam rationem formalem informandi, sed per nouam explicacionem eiusdem formæ in subiecto tollendo confusionem, & potentialitatem ipsius, & reducendo illam ad maiorem unitatem, & subiectum magis subiectando ad talēm formam, illius dedi verba, cuius sensum difficultè dare, scaten enim mille difficultibus, quas neque ipse explicat, nec aliis solvet. Nonnullas attingo. In primis quid est maior illa explicatio forme in subiecto, non in subiecto, sed in sententia illam ego desidero. Quid tollere confusionem, & potentialitatem eiusdem potentialitas subiecti ad formam recipiendam à subiecto non distinguitur: ergo si manet idem subiectum manet eadem potentialitas. Dices: potentialitatem distingui à subiecto, quia supra potentiam dicit negationem actus, ac proinde per actum colligit potentialitas. Esto. Si per actum tollitur potentialitas, ut magis potentialitas tollatur, maior actus necessarius erit: dicat ergo hic auctor, in quo hic maior actus constitat. Confusionem tolli à subiecto agrius intelligitur, nunquam enim in subiectis, sed in his dicendi modis reperiatur confusio. Subiectum reduci ad maiorem unitatem cum formâ, vel est magis identificari, vel magis vniiri cum illa non magis identificari, in his enim que distinguuntur nulla reperiatur identitas: non magis vniiri, quia iuxta sententiam Thomistæ quem impugno in intentione non reperiatur noua vno, neque noua informatio accidentis ad subiectum, ergo hæc maior unitas imperceptibilis est. Ultimum dicit in intentione subiectum magis subiecti formæ, quam subiectum non facile inuenies, quia subiectum catenus formæ subiectitur, quatenus hæc ex illius potentia educitur, & in illam influit per modum cause materialis, vel illi unitur, tanquam actui perficiendi: ergo sine maiori educatione, seu receptione, vel causalitate cause materialis, vel sine noua unione, maior hæc subiecto imperceptibilis est. Non alia

alia neque hæc latius contra hanc sententiam adducto, superflua enim esset prolixior impugnatio sententia, cuius desideratur explicatio.

## §. IV.

## Vera sententia.

<sup>32</sup> **V**erissima, & amplectenda sententia docet intensionem fieri per additionem gradus ad gradum, & resolutionem per diminutionem eorumdem. Ita Soar suprà num.<sup>29</sup> Vafquez i. part. quest. 72. cap. 4. Tolet. i. de generat. cap. 3. Hurtad. disput. 5. capit. 4. Arriaga disp. 3. lect. 1. sublect. 3. & ex antiquis Bonavent. Scot. Albert. Ricard. Ocham. Niph. & Mars. apud Soar suprà. Potissimum fundatum huic sententia sumendum est ex impugnatione aliarum supposita experientia intentionis, & fide sancta, qua credimus iustum per bona opera fieri magis sanctum, & intensorem habere gratiam, qua intenso in nullis qualitatibus defendi potest sine hac additione gradum, vt patet ex argumentis contra alias sententias adductis. Consonat etiam ratione à priori hæc gradum ad dñs, quia sicut subiectum constituitur album per albedinem, ita magis album per magis albedinis constitutetur, magis autem albedinis est portio albedinis addita superficie: vires resumet huius conclusionis probatio ab aliarum impugnatione, & ex solutione argumentorum, quæ contra illam Thomistæ adducunt, pleraque illorum breuiter adduco, & brevius soluo.

<sup>33</sup> Obiicies primò: Forma accidentalis est purus actus: ergo nihil habet potentia: ergo nihil compositionis. Patet prior consequtio, quia purus actus excludit omnem potentiam. Posterior probatur: si aliquid haberet compositionis in se includeret extrema componentia tanquam actus, & potentiam: ergo si nihil habet potentia nihil habet compositionis. Respondeo accidentis esse purum actum respectu concreti, quod constituit albedinem: verbi gratia, respectu albi, quod constituit, tanquam forma omnino distincta à subiecto, quod potentia dicitur, & nihil subiecti, seu potentia in suo conceptu dicere, in quo sensu dicitur purus actus, non quia ex se compositionem aliquam non habeat, non ex actu & potentia, vt Thomistæ nobis obiiciunt, sed ex partibus diuisibilibus actus, ex quibus unus adæquatus actus una videlicet adæquata albedo constituitur.

<sup>34</sup> Obiicies secundò: essentia qualitatis consistit in diuisibili: ergo non potest qualitas additione gradum constitui. Hoc argumentum insigni laborat & quicunque. Aliud est essentiam consistere in diuisibili: aliud esse simplicem & non compostam, partibusque carentem. Primum convenient omni essentia, non vero secundum, essentia enim hominis metaphysicè sumpta consistit in diuisibili, hoc est in hoc complexo animal rationale, à quo si aliquid demas non dicet totam essentiam hominis. Si vero quidquam quantumvis diuisibile adiicias, illud erit extra essentiam, nihilominus complexum partibus confat, componitur enim ex animali, & ex rationali, quæ metaphysicè hominem constitutum, & idem homo physicè sumptus essentialiter componitur ex materia, & forma tanquam partibus inter se distinctis.

<sup>35</sup> Hæc dixi ad explicandam doctrinam quam argumentum inuolutum, non quia necessaria sunt ad illud soluendum. Concedo enim essentias metaphysicè loquendo consistere in diuisibili, & ita metaphysicè essentiam albedinis non dicere additionem gradus ad gradum, cognitione enim quæ prædicta essentia albedinis tanguntur, abstrahit à multitudine graduum; essentia vero physica non consistit in diuisibili partium distinctarum habentium eamdem naturam & compositionem metaphysicam, quia quantitatæ physicæ sumptus pars alia quantitatæ additum, & albedini pars albedinis versus extensem, vt fatentur maiorem radicationem assignantes in intensione, & eodem prorsus modo versus intensionem addi potest. Potest tamen dici essentiam hominis adhuc physicè sumptam consistere in diuisibili, quia posita hac essentia physica equi constituta hac materia, & forma, quidquid additur specie distinctum à materia & forma, erit extra illius essentiam, & vt sit physicè essentia equi necessariò exigit materiam, & formam, ita vt si altera auferatur, quantumvis alia permaneat essentia physica equi non perma-

nabit. Ultimè potest dici essentiam physicam cuiusvis rei considerare in indiuisibili, quia si ab illa quidquam auferatur, non erit physicæ eadem essentia adæquate, que ante ea erat, sed tantum inadæquate, v. g. si ligno vlnari palnum demas non erit idem lignum adæquate, ac erat antea, neque eadem physica ligni essentia, quia essentia ligni non distinguitur ab ipso ligno, ac proinde eodem modo quo lignum est diuersum, essentia illius erit diuersa. Sic contingit in intensione caloris, v. g. vt octo, à qua si gradum demas non erit adæquate eadem intensione, neque eadem physica intensionis essentia.

<sup>36</sup> Obiic. tertio: In eodem subiecto non possunt reperi gradus caloris numero diuersi: ergo non potest intenso ex gradibus numero diuersis constituiri. Do arguenti non posse in eodem subiecto reperi duo accidentia adæquata numero diuersa, quod negare possum, quia duæ cognitioes, & duæ species impressæ, obiectorum numero diuerſorum, quæ numero tantum differunt, in eodem subiecto reperiuntur, nego tamen duo accidentia inadæquata non posse in eodem subiecto reperi, & intensionem compone.

In statib: Distinctio accidentium adhuc adæquatorum debet sumi à subiecto: ergo in eodem subiecto non distincto saltem inadæquate non possunt esse accidentia adæquate distincta. Respondeo distinctionem accidentium inferri ex distinctione subiecti, & in hoc sensu posse dici sumi à subiectis, non tamen induci ex identitate subiecti identitatem accidentium, quia hæc intrinsecè per se ipsa distinguuntur inter se, & non per subiecta.

Obiic. quartò: Gradus ex quibus intenso componitur, neque possunt esse eiudem omnino rationis, neque diuersi: ergo non possunt dari. Plura sunt argumenta ad utramque partem antecedentis stabiliendam, quæ puncto frequenti latè expendam vbi horum argumentorum materiam explicabo, & praesentem obiectiōēm disoluam.

<sup>37</sup> Obiicies quintò: Intensio sicuti qualibet alia entitas creata constituenda est maiori rerum simplicitate, minore quæ nouarum entitatum multiplicatione, quia fieri potest. Sed potest eadem forma, idem calor: verbi gratia, si ne noua pars additione constitutre subiectum magis calidum: ergo non est admittenda partium additio. Maiorem admittunt omnes: minorē probat Complutensis Thomistæ exemplum animæ, quæ eadem indiuisibili subiectis diuersis tribut formales effectus: oculo enim das potentiam videndi, & manui tantum tangendi. Similiter quantitas eadem indiuisibili magis explicat subiectum rarefactum, quam condensatum, & species impressa in aere non reddit subiectum informatum intentionaliter, & representatiōē, sed tantum entitatiōē, oculum autem non solum entitatiōē, sed etiam intentionaliter informat, & gratia habitualis in puro homine constitutum filium adoptiuum, quem in Christo propter incapacitatem subiecti facere non potest. Ex quibus omnibus infert eandem formam posse secundum se totam esse unitam subiecto, & non totaliter, ita ut omnes suos effectus illi explicet, quos explicare potest, ac proinde posse reperi calorem in subiecto panciores effectus explicatim subiecto, & illud remisit calidum constituentem, quod postea per maiorem explicationem sui idem est calor intensius calidus constitutus.

<sup>38</sup> Nullum ex his exemplis meum admouet animum ad hanc formam explicationem nunquam explicatam admittendam, omnia enim abs re adducuntur: singula breuiter percurro. Anima rationalis eundem formalem effectum tribuit manui, ac oculo, huius enim formalis effectus est constitutus ex corpore, & anima, quod eiudem omnino rationis est in manu, & oculo, posse autem in hoc visionem elicere non spectat ad diuersum modum informandi; sed ad diuersas dispositiones, quibus eadem anima diuersas actiū operations elicit, & cum in oculo dispositiones habeat ad videndum, visionem in illo efficit, & tanquam sensationem tactus in manu, quia ad hanc dispositiones habet. Quod supponit in exemplo quantitatis videlicet, eamdem indiuisibilem constitutre subiectum modis rarum, modis densum, falsum est, rarefactio enim dicit saltem nouam extensionem, & presentiam, & in multorum opinione nouam aliam qualitatem, & vt alij volunt, noua corpora intromissa in corpore rarefacto. Exemplum aeris entitatiōē tantum informati species impressa, quæ intentionaliter potentiam informat ære levius est, quia specie impressa

432 GENERAT. Controu. IV. De termino alterat. secundum se sumpto.

Impressa entitatiē tantum informari aērem, & intentionaliter potentiam, tantum est, aērem non posse uti specie impressa, qua virtutē potentia ad visionem eliciendam, quod ex natura subiectorum, & non ex diuerso modo informationis speciei impressa prouenit. Ad exemplum gratia habitualis ipse respondit, cum dixit non constituerē Christum adoptiūm propter incapacitatem subiecti: ergo non probat formā posse aliquem effectū in ipsa contentum subiecto capaci non explicare; sed subiectum recipiens calorem remissum est capax intensionis ergo hoc effectū non probatur posse calorem intensionem in ipso contentum in illo non explicare. Secundo Respondeo, filiationem adoptiūm duo dicere, gratiam habitualem, & negationem filiationis naturalis, cum verò Christus sit filius Dei naturalis, gratia habitualis in illo existens non potest cum filiatione naturali, seu sine illius negatione filium adoptiūm constituerē. Contra hanc sententiam adducit D. Thom. multis in locis, cuius mentem recte explicitat Hurtad.

41 Inquiri potest quomodo hi gradus inter se vniāntur cum subiecto. Respondeo, omnes vniāti immediatè subiecto, quia omnes illud informant, & vniōne superaddita, ut probauit de omnibus formis Controuers. 4. Physic. Punct. 1. & hanc vniōnem esse diuisibilem, diuersam diuersis gradibus correspondēt, octauis enim gradus non potest vniāti subiecto vniōne præcedenti existentiam ipsius quia prius fuit vnius: vno graduum inter se necessariō danda est in opinione constitutive continuum ex partibus infinitis semper diuisibilibus, quia si gradus nullam in se haberent vniōnem essent ultimā diuisi, & omnino diuisibiles. In opinione que continuum componit ex puris diuisibilibus nulla est ratio, quæ vrgeat ad vniōnem graduum inter se adstruendam, posset enim ex eo præcisē dici vnam qualitatem, vnamque intensionem componi ex illis, quia idem subiectum componunt, nihilominus propter communem sententiam, à qua fine speciali ratione discedere non licet, dicendum est, hos gradus inter se esse vniōes intensiones, quod à paritate rationis extensiōē probari potest.

P V N C T V M II.

An gradus omnes eiusdem speciei sint homogenei an heterogenei.

§. I.

Vraeque sententia proposita nonnulla argumenta expenduntur ad probandam subordinationem graduum.

1 Circa doctrinam traditam puncto præcedenti de aditione graduum in hunc modum Thomista obice-re solent: gradus constituentes eamdem intensionem vel sunt homogenei vel heterogenei: homogenei esse non possunt propter rationes, quas posse dabo: si heterogenei sint, nequeunt vniāti, ergo nullo modo gradus distincti eamdem intensionem possunt constitutere. Hec obiectio potest exactam notitiam naturae graduum intensionem constituentium, quam in hoc puncto aperiam, & illa cognita facile prædictam obiectiōē soluam. Gradus eiusdem speciei esse omnino similes defendit Vasquez 1.2. disp. 82. c. 6. P. Rubius 1. de generat. cap. 4. tract. 3. q. 5. num. 57. Arriag. disp. 3. sect. 3. subsect. 1. & alij apud illos.

2 P. Soar. disp. 46. sect. 1. num. 30. & Hurtados disputat. 5. sect. 2. n. 99. affirmant gradus qualitatis intensionem componentes esse inter se dissimiles, & subordinatos, ita ut secundus necessariō supponat primū, & tertius secundū, & inferiores omnes ad superiores supponantur, ita ut primus non possit esse secundus, neque secundus primus. Hanc opinionem autem Hurtad tradi expressē à Durand. in 1. dist. 17. q. 7. quod negarem si vtile iudicarem Durandi mentem in hac re examinare, illam frequenter recentiores plures defendunt. Tertia sententia est recentiorum afferentium qualitates habentes contrarium habere gradus dissimiles subordinatos, secūs contrario carentes.

3 Probat Soar gradus non esse similes, quia si tales essent sequeretur duos gradus extensos in diuersis partibus sub-

iecti in eodem subiecto constitutos intensionem compondere, quod putat absurdum, quia sequeretur augmentum intensionum non esse perfectius extenso, & intensionem non esse extensio perfectiōrem. Sed hac oīnia libenter Soario concedo, in quibus nullum inconveniens reportio, calor enim intensus ut octo nullam habet perfectiōnem entitatiā, quam non habebant octo gradus calorū existentes in diuersis partibus subiecti, sed tantum gradus intenso excedunt in maiori explicatio, & forsitan maiori vniōne inter se, ex quibus prouenit maior efficacia in operando, quia virtus unita fortior est se ipsa dispersa.

Rationem Soarij fulcire contendit Hurt. probatque perfectionem intensionum maiorem esse extensio, quia haec est valde materialis, & per accidens, & tribuitur huic complexo Deus, & creatura, comparatione solius Dei quia extensio perfectius est hoc complexum Deus, & Creatura, solo Deo, intensus autem nihil potest esse Deo perfectus. Respondeo perfectionem intensionum, quam Deo tribuitur longè perfectiore esse alia quacumque perfectione extensiā, quia in Deo perfectionis intension non fit per additionem gradus ad gradum, neque propriè in Deo intēsio perfectionis reperitur, sed una simplicissima, & summa perfectio, cuius infinitam excellentiam nomine intensionis significamus, in qualitate vero tam intenso quam extensio fit per additionem gradus ad gradum, & ita possumus gradus extensionis cum intensionis comparare gradibus. & omnes & quæ perfectos esse defendere.

Secundo arguit Soar ex aequalitate graduum sequitur, quod intension posse in infinitum augeri, quod sic probat. Si omnes sunt eiusdem rationis non est major ratio, cur quintus vniāti quartus, quam sextus quintus, & sic in infinitum, ergo in infinitum poterunt vniāti, & augeri. Prædictus Soar posse qualitates limitari ex incapacitate subiecti, quod virtutem habeat ad substantiam qualitati infinitam, sed tantum finitas, sibiique solutionem assumptam tenuit, & inchoato: extensio graduum fit gradibus eiusdem rationis: ergo potest in infinitum vñque perdaci. Negabit Soar, quia repugnat infinita extensio, similiter negabo ego infinitam intensionem, quia repugnat ex conceptu infinito. Concedet Soar infinitam extensiōē: Concedam ego intensionem infinitam, non enim maius est inconveniens infinitum intensionis quam extensiōē concedere, de hoc tamen redit sermo, punct. 3. vii de terminis intensionis, & remissionis qualitatis, & de vi illationis facta à Soar.

Tertiō arguit Soar. Gradus extensiōē, & intensionis sunt eiusdem perfectionis; ergo agens potens producere octo gradus extensos in diuersis subiectis, poterit omnes illos gradus producere in eodem subiecto; ergo potest producere maiorem intensionem, quam habet. Virgo calidum ut quatuor producit vnicum gradum caloris in subiecto nudo qualitate; ergo poterit eundem producere in subiecto calido ut quatuor; ergo agere in finite.

Multis est familiaris solutio desumpta ex fine agentis intendit̄ assimilari sibi passum, quo cessante, cessat actio; ideoque numquam potest agens agere in simile, non ex defectu virtutis, sed ex defectu finis intenti ab agente. Post multum rationis tribuitur agentibus, quia ita finis resipientia constituitur, sed non in his immoratur, hec emat ratio multis poterit arridere, nullum tamen ad angustias formæ syllogisticae adducere. Alio modo prædictam solutionem infugo. Ignis producens calorē in subiecto extraneo, ut verior fieri sententia, quam defendendam suscepimus, est agens æquivalētum; ergo illius finis immediata non est assimilari passum in qualitate producta cum natura ipsius; ergo totum calorē, quem producit in sphera diuisibili poterit producere in prima parte sphæræ.

Dices forsitan ignem intendere assimilari passum in qualitate producta cum qualitate, quam in se habet. & ob hanc rationem non producere in prima parte sphæræ maiorem calorē, quam habet in se: quod si quis obiciat cur non producit in se calorem, quem producit in tota sphera, respondebis, in se tantum producere calorem sibi proportionatum, cum vero calor in illo receptus sit proportionatus, & exigentiam propriæ formæ adæquatè expletat, non alius gradus vñterius producet. Hac solutio gratis supponit ignem intendere assimilari passum qualitate producta qualitatē recepte in ipso igne, hoc tamen admisso sic arguo. Ignis

Punct. II. An gradus omnes eiusdem speciei sint homogenei, &c. 43

Ignis habens octo gradus caloris intendit assimilari partem propinquam calore in illo producere calor in igne recipro, ergo illud adaequatè assimilabitur. Probo consequentiam: potest producere octo gradus caloris in diuersis subiectis; ergo in eodem, quia ratione virtutis actius, & perfectionis effectus, calor, qui potest produci in diuersis subiectis, potest in eodem, finis autem obesse non potest, potius enim est iuxta finem agentis: paucum omnino sibi assimilari.

Claris eadem solutionem ex fine agentium desumptam impugno. Exigua lux producit gradus caloris in sphera diuisibili; ergo poterit omnes illos producere in prima parte spherae, illius enim finis nullo modo est assimilari sibi paucum; ergo exigua lux poterit calorem valde intensum producere. Responderet aliquis subiectum luce perfusum simul esse calore informatum, & lucem, & calorem permodum vnius agentis concurrens ad productionem caloris in parte immediata, & tunc agens inadaequatum, calorem videlicet, intendere assimilari sibi paucum, quapropter non producit maiorem intensiōnem, quam in se habet; lucem vero licet non intendat assimilari sibi paucum concurrens per modum vnius agentis cum calore intendentis pauci assimilationem; & idē non intensiōrem effectum producere, quam producit calor, ac proinde non posse gradus caloris, quos in tota sphera producit producere in prima parte illius. Facile solutionem rei. Assimilatio effectus non debet esse cum agente inadaequato, sed cum adaequato ergo agens partiale simile passo poterit cum alio agenti dissimili agere in simile.

Ex eisdem principiis contra graduum æqualitatem arguo pro P. Soario: agens calidum ut quatuor applicatum passo omnino frigido producit in illo aliquos gradus caloris; ergo si applicetur calido ut tria producunt quartum gradum caloris, & subiectum reddet omnino simile. Probo consequentiam: gradus produktus in subiecto omni calore nudo, & in subiecto calido ut tria est eiusdem rationis, finis agentis subsistit ad vtrumque gradum quartum, quo agens intensum finem assequitur: ergo eodem modo poterit vterque gradus ab agente produci.

Respondent nonnulli: finem agentis esse assimilationem pauci, & ita quod maior est dissimilitudo inter agens, & paucum, magis potest agens agere in illud, quia est maior ratio ad agendum, quæ in dissimilitudine consistit. Pessimè hac intentione assimilandi sic respondentes videntur: si agens intendit assimilari sibi paucum, ratio agentis non est dissimilitudo, sed finis intentus scilicet similitudo: ergo dum hanc agens consequi potest ab hac actione non cessabit, neque ex eo, quod agens proximus si ad finem consequendum, illum frigidius interdet, potius quo magis fini appropinquit, in illum maiori propensione feretur. Dotamen fortius agens finem intendere, quo magis ab illius consequtione distat, & sic arguo. Agens calidum ut octo in passo immmediato nudo omni qualitate producit sex, vel septem gradus caloris; ergo in passo, quod iam inuenit calidum ut septem saltum gradum quandam producit.

P. Rub. & alii ex ipso respondent agens calidum minori virtute producere gradum quandam caloris in subiecto omnino nudo, quam in subiecto calido ut quatuor, & faciliter in subiecto calido ut quatuor, quam in subiecto calido ut sex, quia per productionem vnius gradus in subiecto nudo qualitate, tantum producere calor ut quinque, & per productionem eiusdem in subiecto calido ut sex producere calor ut septem, facilius autem producere calor ut vnum, quam calidum ut quinque, & difficilis calidum ut septem, quam calidum ut quinque.

Hæc solutio verbis ludit, non tamen non tyronem illudet. Agent producens vnum gradum supra quatuor, quos inuenit iam productos, non producere calor ut quinque adaequatè, sed completiè; ergo non magis producere, quam si produceret calorem ut tria per productionem euidenter gradus duos, qui supponerentur producti. Antecedens patet: calor ut quinque dicit omnes gradus, & quemlibet contentum in numero quinario, sed producens quintum gradum supra quatuor productos non producere omnes quinque gradus, & quemlibet illorum; ergo non producere calor ut quinque adaequatè, sed tantum completiè, id est gradum illum, quo completur numerus quinarius. Consequentiam probo: sicut numerus ternarius, completur per vnicum gradum, ita quinarius completeretur per vnicum gradum, & si gradus ille, qui duos

inuenit productos, & ternarium numerum constituit, inueniret quatuor productos, idemmet per eandemmet inducibilem entitatem completeret numerum quinarium; ergo gradus completius caloris, ut tria, & completius caloris ut quinque nullam inter se maiorem perfectionem entitatem, neque intensiōnem continet; ergo non producit maiorem, neque perfectiōrem effectum agens producens completiū numeri ternarij, quā agens producens completiū numeri quinarij.

Res est clara in merito hominis iusti ut quatuor, qui elicit opus virtutis meritorium ut vnum, & consequitur in præmium illius gradum quendam gratiæ, qui cum quatuor precedentibus numerum quinarium completeret, nihilominus non dicitur talis homo iustus mereri opere bono ut vnum gratiam ut quinque, seu quinque gradus gratiæ, sed tantum vnicum gradum, qui quinarium numerum completeret ratione illorum, quos per accidens respectu illius inueni in subiecto. Si hæc ratio non conuineat huius solutionis patronos, peto ab illis, an si ego aureum vnum illis habentibus vnum de centum accommodarem, quo centenarius numerus completeretur, & centum aureos ipsi haberent, postea cum solutionem ab illis exigere, totius pecuniae expers, possem repeteret centum aureos, vel vnum, certè tenentur fateri me posse centum repeteret, quia dedi centum aureos, vel ut sic loquar aureos ut centum, quos non repetam eoque mihi nullum habent centum persoluantur. Hæc mihi concedant Doctores huius solutionis, & ego suam doctrinam in qualitatibus admitem, mea enim minus intererit, ita de qualitatibus philosophari, quā illis iuxta hanc doctrinam commodatas solvere pecunias.

Doct. alij difficultius produci vnicum gradum caloris supra sex, quam supra duos, quia producens vnicum gradum producere cum illo vniōne ipsum ad omnes gradus, qui in subiecto supponuntur, ac proinde, quo plures supponuntur, producere plures vniōnes, vel vnam plures terminos recipiente, & consequenter vniōnem perfectiōrem, & ita licet ratione gradus producti non requiratur major virtus ad producendam illum supra quacumque intensiōnem, vel in subiecto omnino nudo, requiritur tamen ratione vniōnis illum comitantis. Hæc solutio incertam supponit doctrinam, videlicet gradum adiuentem vniōni omnibus precedentibus, illa tamen admissa adhuc difficultatem non exhaustit. Crescat aliquantulum difficultas producendi gradum supponente alijs ratione vniōnis, non tamen adeo potest augeri ratione huius, ut agens valens producere sex gradus cum suis vniōnibus, non valeat loco illorum septimum gradum cum sua vniōne producere, quod sic probo. Calidum ut septem producere valeret sex gradus caloris cum omni bus suis vniōnibus, inter quos producere sextum cum vniōne ad quinque gradus, & insuper alios omnes cum suis vniōnibus; ergo loco illorum valebit producere septimum cum vniōne ad sextum. Probo consequentia: septimus gradus cum sua vniōne tatum superat sexū, cum sua vniōne; ex eo quod illius vniōne recipit vnicum gradum, plurquam vno sexto ergo hic exercitus longè minor est, quam excessus quinque gradum cum suis vniōnibus, quibus superat calor ut sex gradum septimum caloris; ergo agens producens sex gradus caloris perfectiōrem effectum producere, quam produceret, si tantum efficeret septimum gradum caloris; ergo ex perfectione effectus non repugnauit, calidum ut septem valens producere sex gradus caloris, producere septimum gradum absque alijs, qui ab alio agente supponuntur producti.

Aliter dici posset facilis produci primos gradus caloris, quam ultimos, quia difficultius expelluntur primi frigiditatis, quam ultimi ratione agentis maiori conatur conservantur primos, quam ultimos. Sic rem explicem: subiectum calidum ut sex, est frigidum ut duo, & in hos duos gradus frigiditatis agens illos conservans totas suas impedit vires, calidum vero ut vnum est frigidum ut septem, quos septem gradus frigiditatis conservat agens frigidum, quemlibet illorum minori impetu, quam quemlibet duorum existentium in passo calido ut sex, quia pluribus intentum est minus ad singula, & occupato agenti in conservando septem gradibus in subiecto calido ut vnum, minorem impetu agentis fortior quilibet illorum, quam fortiorum illi duo, inter quos tota virtus agentis distribuitur, quæ eadem in subiecto calido ut uno inter septem gradus frigiditatis distribuitur; ergo difficultius expelletur gradus, quo pauciorū habuerit cōsiderium ergo difficultius introducetur

Q o gradus

Franc. de Guicco, Philosop. Tem. I.

434 GENERAT. Controu. IV. De termino alterat. secundum se sumpto.

gradus illum expulsurus, quia quo difficilius forma expellitur à subiecto difficilius illi opposita introducitur.

**17** Ad speciem fatisolutio est composita, illius tamen ornatius inane simulacrum contegit, quod sic detegit: Quando Deus conferuat qualitatem causâ secundâ non applicata illius expulsiōni non resistit, ut probabo Controu. 6. punct. & etiam si resisteret, resisteret ex quo expulsiōni vnius gradus existens cum aliis in eodem subiecto, vel sine alio, quia virtus Dei cum sit infinita, ex quo potens est plures, & pauciores gradus producere ergo tunc subsistere non potest prædicta solutio: sed age iam hanc impugnationem præterea, alia sustinere non poteris prædicta solutio: quando agens frigidū conferuarū parte subiecti calidi ut sex duos gradus frigiditatis, est occupatum in conseruacione sex graduum frigiditatis in parte passi distanti calida ut duo; ergo sicut occupatum in sex illis gradibus est ad singula, & remissum conatus adhibet ad conseruationem vniuersitatis, occupatum in conseruacione eorumdem sex minus erit ad conseruādos duos alios existentes in alia parte, etiam si in eadem alij gradus non existant, quia cum idem agens per eamē virtutem conferuet gradus frigiditatis existentes in diuersis partibus, sicut conatus, quem adhibet in conseruatione vnius gradus, est occasio, ut alius gradus in eadem parte existens majori conatu conseruerit, sic erit occasio ut gradus existens in alia parte conseruerit etiam minori conatu, eodem enim modo infimū virtus per productionem vnius gradus ad producendum alium in eodem subiecto, ac ad producendum illum in alio, quia per se eadem virtus requiritur ad producendum in eodem subiecto, ac in diuerso, & effectus in eodem subiecto, & in diuersis productus est omnino idem.

S. II.

Soluuntur obiecta S. precedentis.

**18** **Q**uinque soluenda desiderantur ex his, que argumento precedenti adducta sunt. Primum est cur agens non producat in prima parte subiecti totam qualitatem, quam potest in tota sphera producere. Secundum cur etiam si non totam producat, quare non producat maiorem intensionem, vel tantam, quantam in se habet. Tertium cur etiam si non producat maiorem, neque tantam intensionem, quam in se habet, quare in passo simili independenter à productione illius aliquos gradus producere non possit. Quartum cur etiam si non possit agere in simile, neque producere tantam intensionem, quantam in se habet, quare calidum ut sex in subiecto aliunde calido ut quinque non possit alium gradum producere, & subiectum ultimum sibi assimilari. Qua omnia claritate, quam semper affecto, sigillatim explicabo.

**19** Sanè si placeret ad naturam agentium recurrere intenditum assimilari sibi passum tanquam proprium finem, quo cessante cessaat actio, facile finem imponere omnium argumentorum solutioni, & tota in hac refaret dissertatio, hanc enim rationem redderem, cur simile non ageret in simile, & consequenter cur agens non produceret in prima parte sphera omnes gradus, quos in tota potest producere, neque plures, quam in se habet, & haec ratione possit agens non posse producere maiorem intensionem, quam in se habet, facile est rationem reddere, cur totum illam non producat in passo non penetrato peritam ex modo agendi uniformiter dissimiliter per partes magis applicata, quia passum penetratum maiorem applicationem habet, quam immedietum: sed calidum ut sex tantum potest producere sex gradus in passo penetrato ergo non possit illos producere in non penetrato, sed ad summum quinque ergo non possit producere tantam intensionem quam in se habet. Quod primo loco obiectum secundum hanc doctrinam facile posset absque absurdo concedi, nullum enim est inconveniens effervescere agens calidum ut sex producere unum gradum caloris in passo aliunde habente quinque gradus, & illud omnino completiū assimilari. Quapropter si tibi arideat illa agentium intentio passum sibi assimilandi, & perfecte soluere possit, quae contra illam adducam Controversia 5. punct. 1. num. 19. & iam adducta hic à num. 7. vñque ad n. hæc tene, ego vero prædicta solutioni non acquiescens ad alia magis philosophica gradum facio, quibus omnia supra obiecta dissoluam.

**20** Respondeo agentia naturalia habere spharam diuisibilem cum tanta extensione, & certo termino definitam, quod manifesta ostendit experientia, & ratio facile convincit, rei tamen per se nota, quia negavit nullus rationem nullam adducere, si enim suspecta veritas per se nota si argumentis comprobetur. Secundum suppono agentia naturalia habere virtutem determinatam vptore finita & creaturam producere in aliquo subiecto. Hæc hypothesis in questionem vocanda non est.

Hæc suppositus relpondeo ad primum: agens non producere in prima parte subiecti omnes gradus caloris, quos continet in sua virtute, & simul potest producere in tota sphera, quia si omnes illos produceret, nihil polferet in aliis partibus spherae producere, neque haberet spharam diuisibilem, sed in primo indivisiibili subiecti totam suam difunderet virtutem.

Ad secundum respondeo ex eodem principio agens non producere maiorem, neque tantam intensionem, quam in se habet, quia habet spharam finitam, & limitatam, quam non haberet si produceret effectum ex quo intensionem, quia si calor ut octo existens in parte A producere calorem ut octo, calor ut octo productus in parte B producere alium calorem ut octo in parte C, & sic nunquam terminaretur actiuitatis sphera. Ex his constat in sua virtute continens certos & determinatos gradus qualitatis, quos simul potest producere, & ex alia parte habens spharam diuisibilem, verbi gratia, calidum ut octo potens producere simul centum gradus caloris, sic illos debere per subiecta applicata distribuere, ut omnibus partibus illius aliquem gradum caloris imperiat, & ultra spharam nihil producat, & ita agens ut octo potens producere centum gradus caloris circundatum quatuor partibus subiecti immeditat, producere in qualibet illarum calorem, verbi gratia, ut sex, deinde in aliis partibus magis distantibus calorem ut tria, & hac proportione suos effectus distribuet, ita ut totam suam actiuitatis spharam adimpleat, & ultra illam non progradiatur, cuius ratio erit à priori, quia omnes gradus, quos potest simul producere in determinata sphera insumpit, & sic fore à posteriori constat, in infinitum huius agens suam diffundat actionem.

Reftant duo alia soluenda tertium cur agens non agat in passum omnino aliunde assimilatum, & quartum cur calidum ut sex non producat calorem ut unum in passo aliunde calido ut quinque, & illud completiū ultimum assimiletur. Hoc ultimum facile concedet aliquis, sed feliciter admisso tenebitur concedere agens posse agere in simile, vel recurrere ad rationem, quam supra missam fecimus de intentione agentium assimilandi sibi passum, haec enim demptā nullam rationem inueniet, quia possit defendere agens ut sex posse producere unum gradum caloris supra quinque aliunde productos, & non possit eundem supraditum sex in passo omnino simili efficiere.

Aliam in hac re viam arripo: astero agens potens in sex gradus influere prius agere de conseruatione illorum, si illos productos inueniet, quam de alio producendo in eodem subiecto. Vnde cum calidum ut sex inueniet in alio calido ut sex plures gradus productos, quam ipse potest producere, non agit de alio producendo, sed de conseruando, quos potest ex productis.

Hac eadem ratione calidum ut sex non potest sexum gradum producere supra quinque, quia iam inuenit productos in subiecto calido ut quinque tot gradus, quos ipse potest producere. Vnde ad alios conseruando, & non ad alium producendum suam actionem diriget, neque potest illos conseruare, & alium producere, eadem enim virtus requiritur ad conseruandum, & ad producendum, ut sepe dixi. Sed calidum ut sex non potest sex alios gradus producere: ergo non poterit conseruare quinque gradus, & alium nouum producere. Probandum hic erat agens potens in sex gradus influere, suam actionem dirigere ad conseruationem illorum, quando illos inuenit productos, & non ad aliam nouam productionem. Sed de hoc iterum redibit sermo Controversia 1. puncto 1. vbi ex professo disputatione agit de alio possit agere in simile saltem ratione majoris densitatis & rationem dictam corroborabo, & argumenta, quæ contra illa possunt fieri dissolam: Sufficiat modo ad solutionem argumenti nosse rationem, propter quam simile non possit agere in simile.

S. III.

§. III.

Alind argumentum adductum à Patre Soario ex gradu oppositione examinatur.

**O**bic. 3. P. Soar. si gradus qualitatis sunt omnes eiusdem rationis sequitur gradum primum frigiditatis quod opponi cum omnibus gradibus calidi ut octo ac proinde nullam esse rationem, propter quam expellat hunc potius quam illum; nam nullo enim determinate opponitur, quilibet enim gradus caloris existens in calido ut octo seclusus alius impossibilis est cum primo frigiditatis. Neque ad Deum est recurrentum, quia minus est philosophicum, & fine vrgenti necessitate minimè faciendum, illa tamen in praefatis non vrgit, facile enim possunt recurrent ad Deum euitare constituentes gradus dissimiles, & subordinatos.

**R**espondent aliqui prius expellendum esse gradum primum in subiecto productum, qui forsitan antiquorem illum gradum iam senescerent, & præ nimia duratione non valentem inimico resisteret meditantur, nescio enim quod alio fundamento hac antiquitatis iura in qualitatibus gradibus configunt. Alij affirmant gradum ultimum productum prius corrupti, quod posset defendi propter minorem aliquam vniōnem in illo excogitatum, quia gradus medijs suat vnitati prius & posterius productus: verbi gratia in calido ut quatuor tertius gradus est vnitatis (tertium voco tertio loco productum) secundo & quarto, quartus vero tantum est vnitatis tertio. Vnde propter hanc minorem vniōnem faciliter à contrario corruptitur. Hæc omnia omni fundamento philosophico carent, & tantum ad imperitiam vulgi seu tyronum sunt inuenta, nullum enim, vel leue vestigium conjecturæ ad vniōnes graduum hoc ordine constituendas reperiatur. Secundò hoc ordinis admisio non est maior ratio cur expellatur primus gradus, quam ultimus, quia sic in subiecto calido ut quatuor quartus gradus caloris tantum est vnitatis tertio, sic primus tantum est vnitatis secundo, quod si primus est vnitatis secundo, & subiecto, vno ad subiectum omnibus est communis, ac proinde in tuo philosophandi modo nullam maiorem vniōnem inuenies in ultimo gradu quam in primo. Ultimum duplum modum respondendi per prioritatem, & posterioritatem temporis impugno ex eo, quod sèpè plures gradus qualitatis simul producentur, vt per se notum est, præcipue in igne, & aqua, que per modum emanationis in primo sive productionis instanti si à contrario non impediunt calorem, & frigiditatem in summo producent ergo alias excogitandæ est respondendi modus pro gradibus quantitatibus simul productis, qui facile poterit omnibus explicari.

**R**espondeo primus gradus caloris opponi cum collectione octo gradum frigiditatis indubitate sumpta, quam intendit destruere per corruptionem cuiuscumque gradus, quolibet enim corrupto non subsistit collectio, & ex natura sua gradum frigiditatis non magis ferti in corruptionem huius, quam illius, sed unum illorum indeterminatum destruendum respicere, quem Deus præ aliis determinat. Ad obiectionem respondeo in hac re non esse minus philosophicum ad Deum recurrente, duplice causa. Prima quia in productione cuiuslibet gradus caloris ad Deum necessariò recurrent, vt determinet ad causam productionem huius gradus, porcius quam illius, & vt determinet hanc productionem præ alia, que poterat esse circa eundem gradum: ergo sicut ad Deum necessariò confundendum est in productione, idem in corruptione nobis licet. Dices in alio caſu nobis aliam non supererſe viam ad determinandum hunc potius effectum producentum, quam illum, in hoc vero nos facile posse determinationem corruptionis fine speciali determinatione cause prima ratione philosophica defendere, si aſſeramus gradus esse inæquales, & subordinatos. Respondeo, caſus inter se esse valde similes, & cognatos, ac proinde ex uno ad alium recte fieri consequentiam, præcipue ex productione ad corruptionem, cum enim ad Deum configiamus in positivo & principaliori effectu, non est cur nouas rerum naturas meditemur, ne in effectu negatio, & minus principali Deo eamdem determinationem tribuamus.

**A**lia caſa, de qua nobis licentiam facimus recurrenti ad Deum, vt determinet expulſionem huius gradus præ

Farr. de Quidio, Philosoph. Tom. I.

alio, est modus, quo gradus caloris, & quælibet forma contraria oppositam corruptit per recursum ad Deum, à quo hæc forma exigit suspensionem concursus ad oppositam, quam suspensionem Deus immediate præstat, & non forma aliam excellens, quæ tantum moraliter contrariam corruptit petendo à Deo physicam corruptionem, quam ipse physicæ præstat: ergo cum expulſio forma contraria facienda sit per recursum ad Deum, quid refert formam expellentem recurrendam ad Deum exigendo corruptionem huius gradus determinati, seu indeterminati, huius, vel illius. Ex hac ratione conſirno, quam adhibui numero præcedenti; in productione caloris, que physicæ ab igne dimanat recurrentis ad Deum vt illam determinet: ergo in expulſione frigiditatis, que tantum physicæ procedit à Deo, & à calore tantum moraliter medio Deo melius licebit ipsi Deo determinationem expulſionis trahere.

Contra hanc solutionem difficile restat argumentum. Vnus gradus caloris, non opponitur cum alio determinato frigiditatis, sed cum collectione octo gradum: ergo cum in subiecto calido ut quatuor & frigido ut quatuor introduceretur nouus unus gradus caloris non est maior ratio, vt expellatur gradus frigiditatis, quam caloris præexistens. Probo consequentiam: gradus adueniens non opponitur cum quatuor frigiditatis præexistentibus, cum quibus componeretur si alij quatuor gradus caloris non essent in subiecto: ergo opponitur cum tota collectione octo graduum, quatuor caloris, & quatuor frigiditatis, ergo quod immediatè, & per se exigit, est deſtructio collectionis constituentis numerum octonarium, sed collectio quæ deſtruit per expulſionem vnius gradus caloris, quam frigiditatis: ergo gradus ille non magis petit expulſionem vnius gradus caloris, quam frigiditatis: ergo Deus ex vi gradus introducti quæ poterit gradum caloris, seu gradum frigiditatis corrumpere: ergo calor non est magis expulſus caloris, quam frigiditatis.

Vrge si subiectum est informatum gradibus caloris, & frigiditatis permixtis, gradus vnius caloris adueniens non magis petit expulſionem caloris, quam frigiditatis, vt probat obiectio. Deinde si subiectum sit calidum, ut octo, quæ collectio hæc octonaria deſtruitur alio gradu caloris, quam frigiditatis, gradus enim caloris, qui adueniret incompossibilis esset, cum præexistentibus collectiū lūpīs, quia non possunt esse nouem gradus caloris in eodem subiecto: ergo ex omni capite non magis opponitur calor cum calore, quam cum frigiditate.

Reſponderi posset gradum caloris aduenientem subiecto calido ut quatuor, frigido, ut quatuor, opponi cum tota collectione, specialius tamen exigere deſtructiōnem collectionis, per corruptionem gradus frigiditatis, quam caloris, quia simile potius intendit conſervatiōnem filialis, quam illius deſtructiōnem, & diſſimili, & non simili malum machinatur. Vrge tamen obiectio: calor non intendit destructionem contrarij, quia diſſimile, alia intendet calor deſtruire nigredinem, sed quia est incompossibile ergo incompossibilitas gradus aduenientis tantum est cum collectione quatenus incompossibilis, sed quæ est incompossibilis cum illa ratione graduum, quos contineat calor, quam frigiditatis: ergo non magis intendit deſtruire gradus caloris, quam frigiditatis. Alter dicere posse vnum gradum caloris esse incompossibilem cum quatuor gradibus frigiditatis, ex ſuppositione quod ſint alij quatuor caloris in eodem subiecto, neque refert gradum caloris habere ſemper eamdem naturam, quia vnius gradus caloris dicitur ſemper habere oppositionem cum quatuor gradibus frigiditatis adiunctis quatuor caloris. Adhuc robur retinet obiectio, cur gradus caloris opponiatur cum quatuor frigiditatis adiunctis quatuor caloris; & non cum quatuor caloris adiunctis cum quatuor frigiditatis: ſicut enim eſſet incompossibilis cum quatuor caloris non existentibus in eodem subiecto quatuor frigiditatis, ſic eſſet incompossibilis cum quatuor frigiditatis non existentibus in eodem subiecto quatuor caloris: neque valet ad diuerſitatem naturarum recurrere, forma enim equi eiſdem naturæ eſt cum alia forma equi, & diuerſe à forma leonis, & quæ incompossibilis eſt cum forma equi, & cum forma leonis.

Melius respondeo gradum caloris aduenientem vnius simul cum quatuor caloris præexistentibus, cum quibus per

modo

30

31

32

33

## 436 GENERAT. Controv. IV. De termino alterat. secundum se sumpto.

modum vnius caloris exigit expulsionem cuiusdam gradus frigiditatis, & destructionem collectionis caloris ut quatuor oppositio enim inter calorem, & frigiditatem, est caloris vt vnum ad frigiditatem vt octo, & caloris, vt duo ad frigiditatem, vt septem, & è contra, vnde cum frigiditate vt quatuor nunquam opponitur vnicus gradus caloris, quibuscumque conditionibus circumscribatur, sed calor vt quinque, à quo indiuisibiliter prouenire destrucción frigiditatis vt quatuor, & expulsio gradus, cuius productione frigiditas vt quatuor definit esse. Ex hoc inferes expulsionem quarti gradus caloris non prouenire adquatè à gradu producto, in instanti, in quo fit expulsio, sed indiuisibiliter ab illo, & à præexistentibus, ex quibus resultat calor vt quinque incompossibilis cum calore vt quatuor. Si dicas cur in illo casu detur calor vt quinque? Respondeo, quando est agens valens producere nouum gradum, ut supponimus, & consequenter potens conseruare præexistentes cum eisdem circumstantia contraria refutatio, quibus nouus gradus producitur, quia non ageretur de nouo gradu producendo, si præexistentes non possent conseruari: prius enim est antiquos conseruari, quā nouos producere, frustra enim nouos produceretur dum antiquus corrumpebatur, cilm enim subiectum eodem modo permaneret superflacanea esset illa corruptio antiqui, & noui conseruatio, & ex hoc capite optima ratio à priori sumitur, cur per productionem vnius gradus caloris in subiecto calido vt quatuor, & frigido vt quatuor, gradus frigiditatis, & non caloris corrumperatur.

**34** Ex eodem capite optima defumitur ratio, cur calor vt vnum non opponatur cum calore vt octo, & opponatur frigiditati vt octo, quia etiam si calor vt vnum sit incompossibilis cum calore vt octo & cum frigiditate vt octo, quia non possunt esse in eodem subiecto nouem gradus caloris, & secundum hanc rationem præcisam, non sumatur maior oppositio caloris vt vnum ad frigiditatem vt octo, quād ad calorem vt octo, ex assignato tamen capite maxima defumitur, quia frigiditas vt vnum producitur, & de facto aduenit subiecto calido, vt octo & calorem vt octo expellit ab illo, calor tamen vt vnum nunquam aduenit subiecto calido vt octo propter rationem saxe dictam, ad hoc enim vt produceretur nouus gradus caloris debet supponi virtus ad conseruandos gradus iam productos simul cum illo, vnde vt adueniret nouus gradus caloris subiecto alias calido vt octo debebat supponi virtus potens simul nouem gradus caloris producere, neque ex incompossibilitate vnius gradus caloris cum aliis octo in eodem subiecto aliqua deducitur contrarietas, inter calorem, vt vnum & calorem vt octo, quia contrarietas non solum dicit incompossibilitatem, sed virtutem expellendi formam contrariam, calor tamen vt vnum licet incompossibilis cum calore vt octo, nunquam potest illum absolute expellere à subiecto, quia nunquam potest produci, in subiecto, quod alio latunde calidum vt octo supponebatur.

### §. IV.

*Aliud argumentum refellitur.*

**35** **C**ontra eamdem gradum subordinationem sic arguit Hurtad, disp. 5, lect. 2, sublect. 3. Qui habet intensorem visionem perfectior videt Deum: ergo intensio illius visionis, est dissimilis gradui remissio. Probat consequiam, quia si esset similis non videretur perfectius Deus. Demus enim Beatum habentem octodecim gradus visionis, & sex alios habentes, singulos visionem vt trias perfectius videret Deum ille, qui haberet octodecim gradus visionis, quam sex alii; ergo habet perfectiorem visionem? Vrgit, si visiones, quae sunt in sex hominibus essent in uno, eodem modo representarent obiectum, ac si essent in diuersis subiectis, neque ex vnitate subiecti acciperent diuersum modum representandi: ergo major perfectio visionis non sit per additionem graduum eiusdem rationis in eodem subiecto sed per gradus diuersa rationis.

Confirmat discursum supra factum: In oculo est multiplex visus eiusdem obiecti, cum in speculo refragantur species, vna directa, & alia reflexa, & ex utraque non sit vna perfectior, sed duplex imperfectior ergo ex multiplicatione graduum eiusdem rationis, non sit perfectior visus, sed multiplex imperfectior. Antecedens experientia probat

Hurtadus, quia illa visiones representant idem obiectum licet in diuerso loco, & tamen sunt in eodem subiecto, quod contingit cum recinit Echo. Idem argumentum effectum in speciebus impressis receptis in aere: quae erant si sunt in eodem subiecto, & sunt eiusdem obiecti vna directa, & alia reflexa non maiorem intensiōnem constituant.

Si mihi calamus reprimendus non esset, late argumen-  
tum ex his experientiis in Hurtadum scriberem in hunc  
modum: species directa, & reflexa, quae non sunt omnino  
similes non constituant intensiōnem: ergo intensio debet  
fieri ex gradibus omnino similibus. His parco: Respondeo  
intensiōrem visionem fieri ex gradibus non solum repre-  
sentantibus idem subiectum, sed eodem modo & ex hoc  
capite non sit vna intensio ex gradibus visionis repre-  
sentantibus directe obiectum in hoc loco, & ex gradibus re-  
presentantibus idem obiectum in alio. Ex hac ratione non  
vniuntur intensiōne, neque vnam visionem constituant per-  
fectiore visus obiecti directa, & reflexa: neque species  
impressi directa, & reflexa recepta in aere: nec species  
expressi quas reddit Echo. Addo speciem expressam sibi,  
quam per Echo capimus saxe produci corrupti iam spe-  
cie expressa eiusdem obiecti directe producta, & ex hoc  
capite implicaret constitueri eamdem intensiōnem, etiam  
si non ex alio, quia illa quae non coexistunt non possunt  
eamdem intensiōnem constitueri.

Cafus primo loco adductus his solutis alia solutione non  
indiget, quia decem & octo gradus visionis in diuersis  
subiectis constituti intensiōnem non componunt, quod si  
totidem ciuidem rationis in eodem subiecto confluenter,  
eandem intensiōnem & perfectiore visionem elicerent.  
Dixi si totidem coniungerentur, non si hi qui sunt in di-  
uersis subiectis, quia hoc implicat, cum visus in opinione  
Hurt. includat actionem, quae essentialiter tale subiectum  
respicit: quod si id mente fingamus, Respond. tunc vel magis  
hos gradus visionis permanere cum respectu ad diuersa  
principia, vel cum respectu tantum ad illud principium,  
in quo ponuntur. Si hoc dicatur, assero tunc eandem in-  
tensiōnem & perfectiore visionem his gradibus esse con-  
stituendam: si vero fingantur in eodem subiecto cum res-  
pectu ad diuersa principia, parum refert si dicamus, tunc  
non vniiri, quia diuersa sunt rationis tres gradus recipien-  
tes hoc subiectum à tribus aliis aliud subiectum recipien-  
tientibus, vel possint constitueri intensiōnem & perfectio-  
rem visionem, quia etiam habeant diuersitatem in  
ordine ad subiecta, seu principia, tamen respiciunt eodem  
omnino modo idem subiectum.

Ex his solutionibus potest inferri quod recte probant  
argumenta Parisi Hurtadi, gradus visionis representant  
obiectum directe, & gradus illud reflexe representantes  
non esse omnino similes, ex quo adhuc firmiter non in-  
fertur intra eandem speciem esse individua dissimilia, quia  
forsan dicit aliquis visionem representantem obiectum  
directe specie differre à visione idem obiectum indirecte  
representante, id tamen non est cur negetur, quidquid  
enim sit ex vnitate speciei visionis directa, & reflexa:  
certum est dari intra eandem speciem individua cum ali-  
qua diuersitate, respectu aliorum, quam inter se non habet;  
quia duæ actiones productiæ eiusdem caloris potentes  
procedere ab igne A, eiusdem sunt speciei cum dubius  
aliis potentibus dimanare ab igne B, respectu eiusdem  
termini, & tamen differunt actiones ignis A, per ordinem  
ad principiū ab actionibus ignis B: per quem ordinem  
inter se specie non differunt.

### §. V.

*Iudicium fertur de argumentis quibus graduum  
equalitas propugnat.*

**M**ultis nonnulli efferrunt probationem sententiarum con-  
stituentibus gradus omnino similes, & non subordinatos  
hoc argumento exhibitant; Si gradus eiusdem speciei  
essent subordinati, duo primi gradus existentes in duplice  
subiecto, aliquam convenientiam habent inter se, quam  
non haberent primus & secundus; sed hec convenientia  
non esset individualis: ergo specifica. Major probatur,  
quia primus gradus existens in hoc subiecto convenienter  
cum alio, quod est supponi necessarium ad secundum, &  
nullum alium supponere ad sui existentiam, quod non ha-  
bet secundus gradus, qui ad se ipsum non supponit, &  
alium.

Punct. II. An grad. omn. eiusd. spec. sint homog. an heterog. §. VI. 437

se ipsum non supponitur, & aliud, primum videlicet ad sui existentiam supponit. Minorem scilicet, talam conuenientiam non fore individualem probatur facile, impli-  
cat ipsi terminis dari conuenientiam individualem, quia  
predicatum individuale, est per quod individuum forma-  
liter ultimò differt ab omnibus aliis, sed implicat praedica-  
tum esse commune, & esse formaliter, & ultimò per quod  
differt unum individuum ab alio, quibus idem praedica-  
tum est commune: ergo implicat aliqua conuenientia  
individuialis, seu aliquod praedicatum individuale multis  
commune.

Eadem ratione probatur omnes gradus fore inter se  
omnino aequales, seu potius omnino oppositos individua-  
liter, quia si duo individua maiorem similitudinem habe-  
rent inter se, quam cum aliis individuis eiusdem speciei,  
essent eiusdem speciei, ut supponitur, cum illis, cum quibus  
minus minorem similitudinem haberent, & diuerx quia ab  
illis difficeret per praedicatum intrinsecum multis commone.

Respondunt multi illud praedicatum commune aliqui-  
bus individuis, & non omnibus illa constituere differen-  
tia specie inadæquata, non vero specie adæquata. Expli-  
cationem desiderat hoc solutio, quidnam est distingui specie  
adæquata, si enim inadæquatio sumatur ex inadæquatione  
subiecti, vt videtur sumi à recentioribus, qui postquam  
hanc speciem, inadæquatam differentem tribuant gradibus  
probant post vniuersali illa, quia specie inadæquata differunt,  
quia materia, & forma ita differunt, & vniuntur in compo-  
sitione parentur gradum primum caloris eodem modo differ-  
re à secundo caloris, & à secundo frigiditatis, à quo specie  
inadæquatio tantum differt, si inadæquatio sumitur à sub-  
iecto, quia primus gradus caloris cum quoque com-  
paretur semper est inadæquata qualitas.

Exstimo argumentum supra datum conuincere, omnes  
gradus secundum differentiam individualem esse omnino  
diuersos: si enim in hac aliquam conuenientiam agnosce-  
remus, non esset ultima, ac consequenter neque individua-  
lis, illam enim differentiam individualem appellamus, que  
ultimò hoc individuum differt ab omnibus, que necessari-  
o est assignanda, si enim non daretur aliquod praedicatum  
differenti individua absque vlla conuenientia, in quo  
ultimò in infinitum esset procedendum, quia quodcumque  
praedicatum commune debet contrahi per aliud, &  
ita donec unum non commune: sed tantum huic individuo  
conueniens reperimus procedendum est quod fieri in  
infinito, si illud non reperimus.

Ceterum vt hanc obiectionem preoccuparem, & ali-  
quid dignum disputatione inquirerem non quæsumi an gra-  
dus eiusdem speciei, sint omnes individualiter eiusdem vel  
diuersa rationis, sed an intra eandem speciem gradus omnes  
sint homogenei, hoc est, an intra eandem speciem sint  
aliqui gradus, qui maiorem conuenientiam, seu disconuenientiam  
habent inter se, quod abstrahit ab alia questione  
de quam rationem pertinet illud praedicatum commune  
si detur an ad differentiam individualem, an ad  
rationem constitutivam speciei inadæquata, vel ad aliud  
praedicatum medium, cui questione modo respondeo vt  
prædicto argumento faris faciam, posse habere intet se aliis  
quos gradus eiusdem speciei praedicatum aliquod illis com-  
mune, & non omnibus, quod non erit specificum, quia non  
conuenit omnibus illius speciei, neque individuale, & specificum,  
& de facto sub eadem specie reperiiri hæc prædi-  
cata media communia aliquibus individuis, & non omnibus  
probabo. Controu. i. de anima.

Pro gradum similitudine aliud argumentum ita fieri  
sollet: secundus gradus caloris, vel continet in virtute pri-  
mum, vel non continet: si continet, superflua est primus,  
ideoque abigendus: si non continet: ergo secundus gradus  
caloris non concurrebit ad productionem primi: ergo de  
medio tollitur actio. Probo consequentiam, calidum vt  
vnus non potest producere calorem vt vnus, quia non  
potest producere quidquid in se habet, sed secundus gra-  
dus non conductit ad productionem primi: ergo neque cali-  
dum vt duo poterit producere calorem, vt vnus, quia ex  
vi primi gradus illum producere non poterat, & secundus  
impertinet se habet ad primi productionem.

Vtroque pede claudicat argumentum, video scipione  
ablativo, quomodo corruat. Respondeo secundum gradum  
virtute continere primum, non tamen ideo est abigendus  
primus, sed fouendus multis de causis. In primis subiectum

indiget primo, & secundo vt fiat calidum vt duo in ge-  
nere cause formalis, quod non esset per informationem  
solidus secundi quantumvis primum virtute contineret.  
Deinde illo indiget secundus, quia est illi subordinatus, &  
ab illo dependet, neque potest secundus primo ablato sub-  
sistere. Insuper, etiam si secundus posset sine primo subsiste-  
re, illo indigeret ad operandum, quia etiam secundus vir-  
tute continet primum, non potest illum producere in  
subiecto extraneo sine confortio illius primi in proprio  
subiecto, quia nullum agens producit effectum æquè sibi  
intensum, sicut in opinione omnium calidum vt duo vir-  
tute continet calorem vt duo, quem non potest produce-  
re in subiecto non penetrato, si illi non adueniat alius gra-  
dus caloris, quo fiat calidum vt tria. Secundò posset res-  
pondi secundum gradum non continere virtute primum,  
esse tamen conditionem, vt primus aliis possit illum pro-  
ducere, quia ea est natura agentium vt nullum produc-  
tum, quod in se habet, etiam illud, in virtute continet  
vnde calidum vt vnum virtute continens calorem vt vnum  
non potest illum producere sine secundo, non tanquam vir-  
tute concurrente, sed tanquam conditione.

Aliud argumentum Theologicum in hunc modum ex-  
pendunt huius sententiae Patroni: si gradus qualitatis ef-  
fent perfectione inæquales, sequeretur è duobus homini-  
bus, qui elicent opus virtutis æquè bonum, vni corre-  
spondere maius præmium, quā alteri: sequelam proba:  
supponamus vnum hominem habere sanctitatem vt qua-  
tuor, & alterum, vt sex, & vtrumque elicere opus bonum  
vt vnum. Homini grato vt quatuor daretur in præmio ope-  
ris honesti quintus gradus gratia, & grato vt sex septi-  
mus gradus gratia, sed septimus gradus gratia, est per-  
fectior quinto, ergo maius præmium daretur, homini iusto  
vt sex, quā iusto vt quatuor, propter opus æquè bonum  
in vtrōque.

Ex doctrina Theologorum bona nota responderi po-  
test se loquendo maius præmium respondere ceteris  
paribus operi elicto ab homine magis grato, quia opus  
dignificatur à gratia existente in subiecto, à quo elicitur,  
ac proinde in hoc casu iustum vt sex maius præmium re-  
portatur, quā iustum vt quatuor reportaret propter  
maiorem dignitatem operis alias æquè boni, quia ratio  
præmii non solum desumitur ex bonitate operis, sed ex di-  
gnitate illi proueniente à gratia sanctificante, iuxta quam  
doctrinam nullum est inconveniens concedere totum,  
quod intendit argumentum casu adducto.

Aliter posset responderi gradum septimum sanctitatis  
esse perfectiorē gradu quinto physice, non tamen mor-  
aliter in ratione sanctitatis: quia vterque æquum ius dat  
ad gloriam, quod autem septimo gradui gratia correspon-  
deat septimus gradus visionis, & quinto quintus nihil re-  
fert, eodem enim modo de gradibus visionis philophan-  
dum est, & dicendum septimum illius gradum esse perfe-  
ctorē physice, non tamē moraliter, neque æstimatiue, quia  
in ratione beatitudinis, omnes sunt æquales, & eadem ra-  
tione obiectū attingentes, æquale claritate, dicitur au-  
tem perfectius Deum videre, qui habet visionem vt sex,  
quam qui illam habet vt quatuor, non quia perfectiores  
gradus visionis obtineat, sed quia habet plures, & intensio-  
rem visionis. Has solutiones proposui pro sententia con-  
stituente subordinationem graduum in omnibus qualita-  
tibus, ergo tamen illis non ego iuxta meam sententiam,  
quam iam expono aliquibus conclusionibus explicatam.

S. VI.

*Propria statuitur sententia.*

Triplicem questionem hac in re confundunt. Prima,  
an gradus qualitatis eiusdem speciei sint omnino similes.  
Secunda est data dissimilitudine, an sint subordinati.  
Tertia data subordinatione, an sint æquales, vel inæquales,  
quas questiones plerique involuti sine aliqua distinctione  
tractant: ergo vero distinctis conclusionibus sententiam ex-  
plificabo.

Antequam meam aperiam sententiam moneo rei-  
dam esse medianam illam recentiorum assertorum qualita-  
tibus habentes contrarium confare gradibus diuersis, &  
subordinatis, illo vero carentes gradibus omnino simili-  
bus, æquilibus gaudere, quam opinionem rei-  
cio: quia non veritati, sed quieti consulti, illius enim  
authores, vt se illælos tueantur, & pugnam declinet, cum

Oo 3 duplicita

## 438 GENERAT. Controv. IV. De Termino alterat. secundum se sumpto.

duplii inimica sententia feedis inuenit, contrariisque agminibus annuntiatur; ne illorum argumentorum telis imponentur; ideo dammandi, quia veritatis defendendi causam timore correpti vim inimicam sustinere non audent, neque se proprii valent continere castris, & aperto Marte cum inimicis praelium inire. Hoc posito meā sententiam his accipe.

**52 PRIMA CONCLVSIΟ.** Ex eo quod gradus sint inaequales, aut dissimiles non infertur esse subordinatos. Probo hanc conclusioem: possunt reperiri plures gradus, etiam non subordinatis dissimiles, & inaequales: ergo dissimilitudo; aut inaequalitas non arguit subordinationem. Antecedens pater in individuis inter se non viridis, quorum unum potest esse perfectius alio absque illa subordinatione, & a priori optima ratio a paritate. Perfectio cuiuscunq; individui, est absoluta, & independenter ab alio individuo, seu a perfectione illius (loquor de individuis non subordinatis) ergo perfectio huius, non debet commensurari cum perfectione illius: ergo potest illam excdere, vel non attingere.

**53 SECUNDA CONCLVSIΟ.** Subordinatio graduum necessariò infert aliquam dissimilitudinem inter ipsos gradus subordinatos: illario patet: primus gradus subordinatus potest esse sine secundo, & secundus non potest esse sine primo. ergo aliquid speciale habet primus quo constituebatur independentia secundo, quod non habet secundus, vel aliquid speciale habet secundus, quo sit dependens a primo, quod primus non habet: ergo sunt dissimiles, & diversae rationes. Si scire desideres, quid futurum sit illud speciale, quo primus gradus sit independentia secundo, & secundus dependens a primo: sicut eadem entitatem cuiusvis gradus per semetipsum formaliter, & individualiter sumptam absque alio superaddito, hanc dependentiam, vel independentiam habent.

**54 TERTIA CONCLVSIΟ.** Subordinatio, & dissimilitudo graduum non inferri necessariò illorum inaequalitatem: hanc conclusionem ita suadeo. Possunt duo individua ad inuicem se excedere in diversis praedictis, ita ut si hoc supererit illud in uno praedictato, supereretur in alio, ut patet in visione corpore, & in specie impressa spirituali, quantum visu corpore vincit speciem impressam in praedictato vitalitatis & species impressa vincit expressam potentiam visus in praedictato spiritualitatis: ergo gradus secundus qualitas vicens ratione subordinationis primum, potest vinci alio praedictato ab eodem primo, ita ut omnibus collatis vterque gradus euadat aequaliter perfectus; ergo licet subordinatio dicat in hoc gradu excellentiam aliquam non repartam in alio, non dicit inaequalitatem, quia non dicit negationem aliis excellentiae in alio gradu, que excedi non posset huius perfectione, seu excellentiae, haec autem poterit esse in primo gradu maior resistentia in ordine ad sui conservationem, maior impetus ad productionem aliis gradus sibi similiis aliave similiis proprietas.

**55** Addo mihi certum non esse, quod tota admittit schola videlicet ratione subordinationis adhuc præcisè perfectio rem esse secundum gradum primo, & tertium secundo, & sic posteriores omnes alii prioribus, immo in oppositum aliquantulum ratione trahebat, quam sic expendo. Dependentia per se loquendo non est perfectio, sed imperfectio, quod nullus negabit; quia independentia est maxima perfectio, & summa Dei perfectio, & infinitas consistit in adiquata independentia ab omni ente: ergo maior dependentia non potest esse formaliter maior perfectio, potius erit maior imperfectio; sed in posterioribus gradibus qualitatis subordinatis, nihil speciale agnoscimus præter maiorem dependentiam a prioribus: ergo id, quod speciale in illis agnoscimus non est perfectio aliqua, quia vincant priores, sed imperfectio, quia vincantur.

**56** Idem argumentum defumo ex independentia quam habent priores gradus a posterioribus. Independentia secundum se formaliter dicit perfectionem: ergo quo entitas fuerit magis independens, erit perfectior, sed primus gradus est magis independens, quam secundus, & secundus, quam tertius: ergo erimus gradus perfectior est secundo, & secundus tertio. Maiorem firmavi supra, Minorem statuo. Primus gradus a nullo dependet, secundus dependet a primo: ergo primus gradus maiorem independentiam habet quam secundus. Sic arguo in secundo respectu tertij, & in tertio respectu quarti, & in omnibus aliis.

Dices, dependentiam per se loquendo dicere imperfectiōrem, in rebus autē creatis perfectionē arguere a pluribus

dependere; quia illa, quae sunt perfectiora, non possunt à quacunque entitate produci, sed plures sunt necessarie ut vealent ens alio perfectius producere, sic voluntas potest producere actum naturale, sine speciali habitu, supernaturalem verò perfectiōrem non potest sine habitu supernaturali; & actus supernaturalis perfectior naturali à pluribus dependet principiis, quā actus naturalis. Similiter forma substantialis indiget præiūs dispositionibus, & ab illis dependet, forma verò accidentalis nulla alia dispositione indiget, & tamen substantialis forma longe perfectior est accidenti.

Rem mihi dubiam solutio facit non certam, quia in formis substantialibus supponentibus accidentia, sine quibus esse non possunt plura inueniuntur præter hanc dependentiam ab accidentibus ratione quorum cognoscimus esse perfectiores accidentibus, & similiter in actu supernaturali prædicatum reperimus seclusā maiori dependentiā, quia supererit actum naturalē, & etiam si non reperiatur actus supernaturalis dependet a principio per se, & essentialiter perfectiori, quia habitus supernaturales longe perfectior est habitu naturali absque maiori dependentiā, gradus verò octauus qualitas non dependet ab aliquo principio, quod possimus ex aliquo capite cognoscere, esse perfectius principio, à quo dependet primus, sed tantum dependet a pluribus gradibus inter quos non possimus maiorem perfectionem ex aliquo capite cognoscere, neque aliquid agnoscimus speciale in octavo gradu, quo certe scimus excellere alios, quos supponit, confititur enim in ratione octaui per dependentiam, que formaliter non dicit perfectionem, sed imperfectiōrem.

**57 QVARTA CONCLVSIΟ.** Potest dari qualitas composita ex gradibus aequalibus subordinatis. Hec conclusio duas continet partes videlicet posse intentionem componi gradibus subordinatis, & hos posse esse aequales. Prior probatur ex solutione argumentorum, quibus subordinatio graduum impugnabatur. Posterior constat ex precedenti conclusione, quia probauit subordinationem graduum componi cum equalitate ipsorum.

**QVINTA CONCLVSIΟ.** Potest dari qualitas constans gradibus subordinatis, & inaequalibus. Hec conclusio falso est probatum, quoniam præcedens melius enim in qualitatibus, quā aequalitas cum subordinatione componitur, neque aliquid contra illā pro aliis sententiis fuit adductum, quia etiā concedamus secundā sententiā propter argumentum desumptū ex correspondentiā inter meriti, & premiū gradus gratia fore aequalē: superius alia plurime qualitates in quibus subordinatio, & inaequalitas reperiantur.

**SEXTA CONCLVSIΟ.** Potest dari qualitas composta ex gradibus aequalibus, similibus, vel dissimilibus, non subordinatis. Hec conclusio probatur ex præcedenti: melius enim componitur non subordinatio cum equalitate, quam cum inaequalitate, & recte similitudo graduum compotetur cum non subordinatione.

**SEPTIMA CONCLVSIΟ.** In qualitatibus, que de facto dantur nulla reperitur graduum subordinatio. Moueorad hanc conclusionem, quia nullum inuenio positivum fundamentum, quod probet hanc graduum subordinationem: ex quo illud desumto ad subordinationem negandam, nihil enim postivum, neque aliqua perfectio admittenda est in rerum natura, sine postivo aliquo fundamento. Eadem ratione diceret aliquis gradus omnes fore aequalē, & similes, ne sine positivo fundamento nouas entitates, & perfectiones nouas admittamus; nihilominus in re virtutine dubia, & incerta alter, licet conjectari. Sit

**OCTAVA, & VLTIMA CONCLVSIΟ:** Ex gradibus qualitatibus, qui de facto dantur, aliqui inter se erunt aequalē, alii inaequales; alii similes, alii dissimiles, & intensio constabit ex gradibus aequalibus & in aequalibus, similibus, & dissimilibus inter se permixtis, & forsitan alia paucis gradibus composita, illos omnes similes, vel dissimiles, aequalē vel inaequales habebit. Non me cogit euidens aliqua ratio ad hanc conclusionem defendandam, nonnullam tamē non contemnam dabo: Impulsus in multorum opinione, species soni, & species impressa sensuum externorum, & internorum, ut plurimi verissimē affirment, corruptur, ex eo præcisē, quod non exigant maiorem durationem, sed aliqui gradus corruptur prius aliis: ergo aliqui exiungunt durationem maiorem, quam ali. Ergo aliquid speciale est in aliquibus, quod non est in omnibus: ergo non sunt eiusdem perfectionis omnes, illi enim qui maiorem durationem

duracionem exigunt, maiorem perfectionem habent, sed hoc non conuenit cuicunque illorum respectu cuiuscunque, plures enim gradus, simul corrumpuntur, & aquae durantiergo ex hoc non omnes sunt inaequalis perfectionis: ergo cum possint esse quidam gradus aequales, alii inaequales in eadem qualitate, dicendum est aliquos esse aequales, eti alios inaequales cognoscamus, & consequenter alios similes, & alios dissimiles, licet enim aequalitas perfectionis similitudinem non inferat; saltet inaequalitas perfectionis dissimilitudinem arguit.

**64** Huic probabili rationi conjecturam aliquam qua ratione supradicta seclusa, rem vero si mitem faciat adiungo. statui seclusa subordinatione possibilis esse gradus aequales, & inaequales, similes & dissimiles. Deinde nullum est fundamentum ad afferendum omnes esse aequales, aut omnes inaequales, similes vel dissimiles: ergo conjecturam licet naturam suas ostentantia diutinas, & varietatem graduum ostendisse producendo gradus similes, & dissimiles, aequales & inaequales inter se permixtos. Conjecturam fulcio: in mera possibilitate sicut gradus similes & dissimiles, aequales & inaequales, quare ergo dicendum est naturam extraisse omnes aequales, retinuisse inaequales omnes, vel in lucem dedisse omnes inaequales, & aequales intra puram possibilitatis chaos oculuisse: idem dico de similibus, & dissimilibus, sicut enim si quis ex ingenti vrna, qua continentur infiniti ferè globuli aequales, & inaequales, similes, & dissimiles plurimos extraheret, impossibile moraliter est nullà interveniente ratione omnes aequales vel inaequales, similes vel dissimiles, & non permixtos extrahere, sic moraliter est impossibile naturam ex possibilitatis vrna, qua omnis generis gradus continentur non permixtos illos in lucem dedisse.

**65** Occurrit statim pernici obiectio, quia nullum est postivum fundamentum ad subordinationem adstruendam, illam negamus: ergo quia nullum est fundamentum ad inaequalitatem, & dissimilitudinem gradum ponendam illam infeccari debemus. Antequam obiectiōem dissoluam, inquiror cur ex illo antecedenti non intulisti: ergo quia nullum est fundamentum ad aequalitatem, & similitudinem omnium graduum concedendam illam negare debemus, nullam enim maiorem connexionem inuenies in uno consequenti, quam in alio cum suo antecedenti.

**66** Respondeo longè diuersam esse rationem, quia subordinationi dicit perfectionem aliquam existentem in rerum natura, & excellentiam quandam absolutam, & positiūm intrinsecam gradibus, quām non dicunt gradus nō subordinati inaequalitas verò nullam excellentiam dicit supra aequalitatem, sed indifferens est, ad maiorem, vel minorem perfectionem. Si enim tu afferis gradus omnes esse aequales, constitutes illas omnes perfectos, vt tria, vel ut quatuor. Demus illos assignari perfectos, vt tria, ego illos assigno inaequales, quodam perfectos vt tria, alios vt duoi ego non maiorem aliquam perfectionem constituo in rerum natura, sed minorem in gradibus inaequalibus, quam tu in aequalibus, & postquam ego assignauero, quodam perfectos vt tria, alios vt duoi poteris dicere omnes esse perfectos vt duo, & non maiorem perfectionem assignabis tuis gradibus aequalibus, quam ego inaequalibus, ex quo infero per se loquendo aequalitatem, vel inaequalitatem, non dicere maiorem, vel minorem perfectionem, ac proinde ex illo principio, maior perfectio non est admittenda in recum natura sine positivo fundamento, non licet inferre gradus fore aequales, aut inaequales.

**67** Dices, constituantur omnes gradus perfecti vt vnum, & ita constitutus aequaliter modo vt non possint sine noua perfectione inaequales inueniri, quia gradus excedens alium saltē debet esse perfectus vt duo. Respondeo gradus non possit assignari ita imperfectos vt non possint dari alii imperfectiones, quia nullus est omnium imperfectissimus quocumque enim posito potest Deus alium imperfectionem producere, sicut de speciebus dicebam Contro. 14. Physicor. p. 3. & ita non possunt gradus perfecti vt vnum constitui. Ex hoc capite licet nobis cum latitudine philosophari in graduum perfectione, cū enim non possimus omnium minimam ponere, vel constitutre aliquam, qua non possint alia esse minores, intra hanc latitudinem possumus maiorem, & minorem gradibus concedere. Respectu tamen subordinationis non datur hæc philosophandi latitudo, absolue enim possim illam omnino negare, & aliam loco illius non admittere. Id quod de aequalita-

te, & inaequalitate dixi; similitudini, & dissimilitudini eodem modo quadrat.

## S. VII.

Circa graduum subordinationem nonnulla expenduntur.

**68** Radus subordinatos esse inaequaliter perfectos tota genet schola, quæ maiorem perfectionem tribuit gradibus vltimis aliis supponentibus, sine quibus subsistere non posset, sed admisa subordinatione, & inaequalitate graduum mihi certum non est ratione subordinationis adhuc præcisè perfectiorem esse gradum secundum gradum primo, & tertium secundo, & sic posterius, &c. Vide quæ dixi à n. 55. usque ad 58.

Aliud superet definitum supposita subordinatione **69** gradū, feliciter quosnam gradus virtute quilibet illorum continet. Gradus superiores, virtute continere inferiores, iure optimo omnes affirmant, cūm enim communis teneat sententia gradum octauum perfectiorem esse primo, ex nullo capite potest illi denegari influxus in omnes subinferiores. Secundum certum est primum gradum non posse, sine secundo primum alium producere, & melius intelligitur secundum se habere, vt comprincipium cum prima existente in eodem subiecto ad producendum alium primum in extraneo subiecto, quām vt puram conditionem.

Dificilis definitur an gradus inferiores simul cum superioribus concurrant ad producendum aliū superiorēm sibi: exempli gratia, an in calido vt octo secundus gradus caloris concurrat ad producendum in alio subiecto tertium gradum? Negant plures ex recentioribus, & ex hoc capite rationem reddant, cur gradus superiores difficilis producantur, quia quo gradus est superior pauciores ad illius productionem concurrunt, & plures, quo inferior, v.g. calidum vt octo concurrat secundum omnes gradus, quos continet ad primum gradum caloris producendum in aliquo subiecto, ad producendum vero secundum gradum, tantum concurrat secundum septem vt secundo videlicet usque ad octauum, quia primus ad productionem secundi non concurrat, & sic ad tertium producendum concurrat secundum sex gradus; quia primus, & secundus in tertio non influit, ex quo capite optima redditur ratio, cur agens valens producere primum gradum, non valeat sextum, vel septimum producere.

Ceterū iuxta hanc opinionem hæc doctrina necessaria non est ad reddendam rationem cur agens potens producere primum gradum, non possit quartum producere, optimā enim redditur ex natura effectus petita absque vlo discrimine ex parte principij, cūm enim gradus quartus perfectior sit gradu primo, mirum non est non posse produci ab agente producente primum. Neque rationem inuenis cur gradus inferior simul cum superioribus, secundus videlicet cum quarto, non possit producere tertium: imo oppositum suadet ratio specifica communis omib; cum major imperfici individualis reperta in secundo respectu tertij recte suppleatur cōsortio quarti, non enim quolibet inaequatum principium debet esse aquæ perfectum cum effectu. Sic fieri conicio: oppositum tamen afferentem non impugnandum suscipiam, nulla enim à priori, neque à posteriori pro affirmativa vel negativa sententia in hac questione alicui supererit ratio.

**70** Dixi quid in hac re dici posse, iuxta communia principia, quibus gradui vltimo major semper datus perfectio: tamen quis diceret gradum octauum, non esse perfectiorem primo, vel secundo, recte defendaret primum virtute continere secundi, & alios. Neque refert primum, sine conforto secundi, & tertij non posse producere alium secundum; hoc enim non proueniret ex perfectione secundi non contenta in primo, sed ex eo quod primus quatenus est ex se tantum posset producere vnicum gradum, & cum secundus non posset produci quin prius producetur primus, semper hic prius produceretur à primo, & iam productus non posset ab eodem primo secundus produci, non propter maiorem perfectionē, sed quia vnicus gradus non potest a duplice adhuc illo imperfectiore producere.

Vlrimō monitum esse volo, Authorē afferentes non dari quantitatē distinctam ab aliis enītatis materialibus, sed substantiam, & reliqua accidentia esse quantitates materialē, ita vt calor per se ipsum petat extensionem, & habere partes extra partes, teneri affirmare gradus extentionis, & intentionis distinguui. Ratio est facilis, gradus

## 440 GENERAT. Controu.IV. De termino alterat. secundum se sumpto.

extensionis petit esse extra alium gradum extensionis, & non extra gradum intensionis: ergo aliquid est speciale in uno gradu, quod non est in alio, si enim utrumque esset eiusdem rationis, cum utroque esset compossibilis, vel incompossibilis in ordine ad spatium. Tenentur secundum hi Autores afferere gradus intensionis necessariò supponere gradum extensionis in omni qualitate; quia si possem dari gradus intensionis, sine gradibus extensionis, cum illi inter se sint penetrabiles, possent omnes penetrari, & datur qualitas, quæ non exigetur partes extra partes, neque per se ipsam pateretur extensionem contra id, quod hæc sententia ad quantitatem superadditam auferendam statuit. Posita subordinatione inter gradus extensionis, & gradus intensionis illi superadditos, liberum est his authoribus, gradibus intensionis inter se subordinationem cedere, vel denegare.

74 Alteri possunt hi Autores iuxta suam sententiam naturam qualitatis compонere absque illa subordinatione, differentia, vel dissimilitudines graduum extensionis, & intensionis existentium in eadē parte subiecti, si dicant gradus omnes existentes in eadem parte subiecti, esse eiusdem omnino rationis inter se, omnes tamen inter se similes habere dissimilitudinem cum gradibus existentibus in alia parte subiecti, cum quibus neque omnes simili, neque illorum aliquis penetrari possunt, neque intensionem compонere, sed si aliqua, necessariò vniuersa extensiva esse annexendas. Hac ratione quilibet gradus existens in hac parte subiecti differet à gradu existente in alia, ita ut nunquam ex aliquo gradu existente in hac parte & ex alio existente in alia, vniuersa possit fieri intensio, & omnes gradus existentes in eadem parte erunt omnino similes, & poterunt inter se vniuersa modo intensiuos, non verò extensiuos, & quilibet gradus erit adductus ad intensionem, & non extensionem cum hoc gradu compонendam, & ad extensionem, & non intensionem constituendam cum alio. Constat ex his sententiam afferentem non dari quantitatem superadditam, sed quamlibet entitatem corpoream esse quantitatem materialē, teneri gradus aliquos diuersā rationis in qualitate assignare, non tamen omnes, potest enim afferere gradus omnes existentes in eadem parte subiecti esse eiusdem rationis inter se, & diuersā à gradibus existentibus in alia parte, & hac ratione absque illa subordinatione graduum extensionis, & intensionis qualitatis hæc sententia defendere poterit. Alio etiam modo poterit dicere omnes gradus extensiois inter se esse eiusdem omnino rationis, differentes verò à quocumque intensionis gradu, & hac ratione constituenda est subordinatione inter gradus extensionis, & intensionis, ita ut gradus intensionis necessariò supponant gradum extensionis receptum in parte subiecti, & postea integrum his Authoribus erit propugnare vel impugnare subordinationem inter ipsos gradus intensionis.

### P V N C T V M III.

#### De terminis intensionis, & remissionis qualitatibus.

I **S**VPPONUNT OMNES PHILOSOPII QUALITATES HABERE TERMINUM ALIQUAM, quem naturaliter excedere non possunt, hunc gratis octonario numero, significant, eodem iure potentes eundem sexto vel duodecimo significare. Dubitant an supernaturaliter possint qualitates terminum naturaliter præfixum excedere, quam dubitationem solui 3. Physicorum, scilicet....

Terminus remissionis infra quem major remissio, & minor intensio dari nequeat qualitatibus, negabit sua in Metaph. disp. 40. sect. 4. Rub. 1. de generat. tit. 3. q. 6. quem plures recentiores sequuntur. Alij predictos terminos fixos esse volunt.

#### S. I.

##### Aliorum rationes.

II **P**OTISSIMA RATIO AFFERENTIUM REMISSIONEM QUALITATIS PRÆFIXOS HABERE TERMINOS, HÆC EST. Qualitas REQUIRIT CERTAM, & DETERMINATAM INTENSIONEM, AD OPERANDUM ERGO AD EXISTENDUM. ANTECEDENS OMNES ADMITUNT, CONSEQUENTIAM PROBANT: ESSERE EST PROPTER OPERARI: ERGO IN STATU IN QUO NON POTES OPERARI, NON POTES ESSERE. PERDOCTUS

é nostris Magister cui hæc arrisit ratio, cum præuideret posse ei obici, qualitatem existentem in ultima parte sphæra posse existere, & non operari: si obiectionem ad suam sententiam probandam præoccupauit. Illa ultima pars lucis existens in extremo sphærae habet virtutem illuminandi, alias non posset existere res ergo ex eo non producit aliarn qualitatem in parte contigua, ne producat qualitatem adeò remissam, vt non possit operari; quia cum non produceret quidquid in se habet, & ipsa tantum habet minimum requiritum ad operandum, si aliquid produceret, necessariò esset infra minimum requiritum ad operationem: ergo qualitas petit non produci infra minimum requiritum ad operationem: ergo perit produci sub tanta intensione: ergo habet intensionem determinatam.

Mirum est huius recentioris acumen, nos impedit eidem telis quibus sua evertitur sententia, sic telum ab illo ictum in ipsum contorqueo. Qualitas existens in ultima parte sphæra non potest aliam producere, ergo datum qualitas ita remissa, vt non possit operari. Repondet illam qualitatem ex se posse aliam producere, repugnat tamen productionem ratione effectus, quia repugnat qualitas remissor qualitate existente in ultima parte sphæra. Et quæ intensa ab illa produci nequit. Contra: sive repugnatio proueniat ex virtute causa, sive ex impossibilitate effectus verum est dicere, qualitatem illam non posse operari: Ergo verum est dicere qualitatem existere in statu, in quo non potest operari. Secundum eamdem solutionem impinguo.

Potest esse qualitas ex se potens operari, quæ id premit nequeat propter repugnantiam effectus: ergo non est vaude probetur qualitatem requirere certam intensionem, vt ex se sit operativa: afferat enim ego quamlibet qualitatem ex se esse operativam in quacumque intensione, non posse tamen ratione effectus infra tantam intensionem operari.

Tandem precipuum fundamentum huius sententia sumum non est, licet enim esse sit propter operari, ex eo non infertur, qualitatem per accidens esse non posse ita remissam, vt operari non possit, et si contra propriam exigentiam, & proportionem, materia enim est propter formam, & propter compositum, & tamen in sententia huius Authoris, quam veram iudico, ex se naturaliter potest esse materia, sine forma, & sine composito. Et efficit sive propter suas passiones, aqua propter frigiditatem, vt otio producendam, quam non semper producit, sicuti pegna alia efficiunt suas passiones, & proprietates.

Secundum denus illud axioma, esse est propter operari, sumum sibi tenere nihil posse existere, quod non posse operari, necessariò illud intelligendum est de potentia inadequa, & incompleta, vt patet in potentias anima, que existere possunt sine speciebus, sine quibus non sunt adequate potentes effectu producere, quam potentiam inadequa habet qualitas, quantumvis remissa, quia si cum aliis gradibus coniungatur, ipsa simul cum aliis effectu producet.

Oblivient nonnulli: ideo forma viviens non potest existere sine sua deorganizatione, quia non potest operari sine illa: ergo entitas requirit ad existendum totum id, quod requirit ad operandum: ergo quæ non habet requiritum ad operandum nequit existere. Respondent nonnulli disparem esse rationem, quia forma semel postea fine deorganizatione non potest postea aliam habere, ac proinde neque proxime, vel remotè potest operari. Qualitas verò minor minima requiritum ad operandum potest intendi, ac proinde faltam remotè potest operari. Non acquisit: quia sèpè forma conferatur in statu, in quo non potest acquirere requiritum ad alias operationes, vt patet in homine carenti oculorum deorganizatione, & tamen illius forma est propter operationes, quas neque proxime, neque remotè potest exercere: ergo potest existere, quin possit exercere adhuc remotè alias operationes, ad quas ordinatur: ergo ex hoc capite (idem de omnibus effettu censendum) forma non indubitate rufici omnes operationes, & ad illas per modum unius ordinatur. Melius respondet formam non posse conferari sine sua deorganizatione, quia quotiescumque deficit illius deorganizatione, dantur dispositiones determinantes materiam ad aliam formam priorem expellentem, vel dato perire posse ex defectu deorganizationis, dici potest talem esse naturam formæ, vt sine illa conferari nequeat, quod à posteriori nobis constat, & à priori nulla alia ratio nobis innocebit.

Aliqui sectatores negant sententia hac ratione probant 6 qualitatem

qualitem non requirere determinatam intensionem. Si qualitas requireret certam, & determinatam intensionem, produceretur in prima mensura sui esse cum tota illa intensione: ergo qualitas diuisibilis posset produci in instanti sub tanta intensione: ergo sub alia majori ergo posset tota qualitas simul produci: ergo non produceretur successuē. Priorēs consequentiā non terrent, sed aliciunt, probabo enim in instanti produci qualitatem diuisibilem. Posteriorēs consequentiā pessimē inferuntur: quia virtus agentium est finita, & illa quae valet simul tres gradus producere, nequit ad quartum simul cum aliis suam extenderē actionem, quia ad maiorem effectū maior requiritur virtus, & minor alia minorem effectū producens maiorem attingere non valet.

## §. II.

## Propria sententia.

**D**uplicem contemplatam intensioris, quam remissoris terminum, quedam intrinsecum, aliud extrinsecum (non loquor de fruiolis illis terminis per maximum quod sic, vel minimum quod non:) intrinsecum vox terminum ortum à natura qualitatis illum exigentis; extrinsecum, quem qualitatis natura non sibi præfixit, sed tantum originem trahit à causis extrinsecis determinatis ad producendam qualitatem intra certam latitudinem, non valentibus infra illam suam deprimere actionem, neque supra illam influxum eleuare.

**Prima CONCLUSIO:** Omnis qualitas cuiuscumque nature illa sit, habet terminum extrinsecum intensionis quem naturaliter excedere non potest. Ratio est manifesta: quilibet causa creata habet certam, & determinatā virtutem ad tantam intensionem, & non aliam maiorem producendam; ergo licet qualitas ex natura sua magis, & magis possit intenditratione agentis determinabitur ad tantam intensionem, & non aliam naturaliter attingendam; quia non potest naturaliter intensionem attingere, quam nullum agens naturale producere valet.

**Seconda CONCLUSIO:** Qualitates que ex natura sua sunt dispositiones, habent terminum intrinsecum, quem petunt non excedere, & naturaliter nunquam excedent. Ratio est facilis. Qualitas ut sit dispositio ad formam, debet esse in tanta intensione, & non in alia maiori: ergo qualitas, que petit esse dispositio ad formam, petit esse in tanta intensione, & non in alia maiori; ergo ex natura sua terminum intrinsecum habet intensionis, quem naturaliter non excedet.

**D**ices rectè probari qualitatem exigere tantam intensionem non tamen conuinici, non posse naturaliter contraria propria exigentiam, illam excedere, sicut enim frigiditas aquæ exigitur ut octo, & potest remitti infra intensionem ut octo, ita forsitan poterit intendi supra intensionem, quam petit, nec valet respondere intensionem ut octo esse maximam, quæ dari potest, de hoc enim est quæstio. Respondeo, posita exigentia forma ad tantam intensionem, & non aliam, rectè probari non posse dari naturaliter supra illam intensionem, quia ignis validissimus inter omnia agentia ad calorem producendum tantum potest producere calorem quem forma exigit: ergo si forma exigit calorem determinatum, tantum poterit calorem determinatum producere: ergo nulla causa creata poterit maiorem aliud producere, cum omnes excedat ignis virtute actiua caloris.

**Tertia CONCLUSIO:** Nulla qualitas habet terminum intrinsecum intensionis, quem non possit supernaturaliter excedere, sed quilibet ex se potest magis, & magis augeri naturaliter intra finitam intensionem, & infinitam supernaturaliter attingere. Prior pars conclusio probatur ex eo quod nullum appareat caput ratione cuius non possit qualitas magis & magis intendi dum non pertingat infinitam intensionem. Posteriorē probo Controv. 14. Physic. punct. 5. vbi probō posse dari infinitam intensionem, & ibidem, n. 9. Respondeo eidem obiectioni, quæ specialiter fit contra infinitam intensionem qualitatis, quorum gradus sunt subordinati.

**Quarta CONCLUSIO:** Qualitates que dispositiones non sunt, neque forme, nullum terminum habent, quem adhuc naturaliter petant non excedere. Moueor ad hanc conclusiōem, quia nullum est fundamentū ad talēm terminum constituendum, cur enim lux quantumvis intensa

petet non ultra augeri, si gradus alij intensionis possibiles sint, cū quilibet gradus sit noua perfectio illius, & nullum sit caput ex quo talis intenso illi disconueniens esse posse.

**Quinta CONCLUSIO:** Nulla qualitas habet terminum remissionis ab intrinsecō permanētem, sed ex natura sui potest esse, in qualibet minori, & minori, ita ut in quacumque, quantumvis exigua possit conseruari, etiam si in illa non possit operari: Probatur hæc conclusio ex destructione fundamenti oppositæ sententiae: si propter aliquam rationem, qualitas haberet terminum intrinsecum remissionis, maximè quia est propter operari, & ita non possit esse cum illa mensura intensionis, sub qua non possit operari, sed hæc ratio est nulla, vt probauit; ergo nullum habet fixum remissionis terminum. Secundò quilibet gradus per suummet intensionem exigit sui conseruationem, & nulla potest excogitari dependentia in gradibus, quantumvis remissis ad alios, quibus maior fiat intenso: ergo independenter ab aliis suam exigent conseruationem, quantumvis sint remissi: ergo naturaliter erit illis debita conseruatio; ergo naturaliter valebunt absque aliis subsistere.

**Sexta CONCLUSIO:** Qualitas habens contrarium non habet terminum remissionis adhuc extrinsecum, sed ex omni parte potest conseruari in minori, & in minori, si continuum constet ex infinitis partibus, & indiuisibili intensionis, si ex puris indiuisibilibus constitutatur. Probatur hæc conclusio: quo magis intenditur calor magis remittitur frigiditas. Sed potest intendi calor magis, ac magis successuē in quacumque intensione, quoique compleatur calor ut octo: ergo potest remitti frigiditas magis ac magis in quacumque intensione, quoique tota peritus expellatur, eadem enim est mensura intensionis caloris, & expulsionis frigiditatis.

**Septima CONCLUSIO:** Qualitas carens contrario: 16 verbi gratia, lux, in opinione, quæ continuum ex infinitis partibus componit habet terminum extrinsecum remissionis. Probo hanc conclusionem. Qualitas ut operetur requirit tantam intensionem infra quam operari nequit: verbi gratia, qualitatem ut tria: hæc qualitas ut tria est agens necessarium quod semper producet totum quod potest: demus ergo producere lucem ut duo, hæc lux ut duo non poterit lucem aliam producere; quia est minor minima requisita ad operandum, neque ex aliquo capite poterit remitti, quia caret contrario: ergo semper erit intenta ut duo: ergo habet terminum saltem extrinsecum remissionis. Neque poteris dicere posse decretere propter maiorem distantiam agentis, quia illam constitutio in ultima parte sphæra, neque per diminutionem causa conseruant: quia cum hæc sit qualitas constituta in minima intensione ad operandum requisita non potest remitti, & manere cum virtute actiua requisita ad operandum.

**Octava CONCLUSIO:** In opinione constitutive continuum ex puris indiuisibilibus qualitas non habet terminum diuisibilem remissionis, sed potest ad indiuisibilem remitti. Quia ex nullo capite repugnat causa constituta, in minima intensione ad operandum requisita producens ipsam diuisibilem qualitatis absque illa intensione.

## CONTROVERSIA V.

## De qualitate in ordine ad suos effectus.

**E**xpli&ci&ti&naturam Qualitatis in ordine ad propriam intrinsecam illius, eamdem in ordine suos effectus explicaturus aggredior: necessaria est hæc disputatio ad cognoscendum modum, quo qualitas à qualitate procedat, & valde utilis ad naturam qualitatis melius dignoscendam, illa enim quæ à priori percallere non possumus, per effectus à posteriori nobis innoscunt.

Prim Verbi Concepti Prim Verbi.

An simile possit agere in simile.

**D**um inquirerem, an gradus qualitatis subordinatio nem inter se haberet incidit difficultas, cur graduum subordinat.

442 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

subordinatione delegata, simile non possit agere in simile, quam ibi tetigi & hic latius disputandam reliqui.

S. I.

*Quibusdam prmissis varia sententia referuntur.*

**D**E hac re clarè & doctè sapientissimus P. Soar. tom. i Metaph. disp. 18. sect. 9. ex quo sic questionem praesentem explicet. Non querituran simile possit agere in simile actione aequiuoca, certum enim est hominem posse producere impulsum in alio homine sibi omnino simili. Secundo monet rectè Soar agens non esse considerandum in fine actionis, seu iam informatum termino producto per alterationem, hæc enim ordinatur ad assimilandum passum, quod licet forsitan nunquam aequaliter passo non penetrato, non id pronenit ex repugnante similitudinis; sed ex defectu sufficientis applicacionis ad talem similitudinem efficiendam in passo; est ergo passum spectandum secundum formam, quam habet independenter ab actione de qua inquiritur, an possit in simili exerceri: v.g. an calidum ut quatuor possit supra iam calidum ut quatuor, gradus alios caloris producere.

**D**uplicem similitudinem distinguit Noster Tolet. lib. i. de generat. cap. 7. q. 13. S. in hac difficultate, quandam in qualitate, aliam in gradu: simile in qualitate dicitur, quod eamdem specie habet qualitatem cum altero cui dicitur simile, ut cum vtrunque est calidum: vel simile in gradu dicitur cum vtrunque non solidum habet eamdem qualitatem, sed eamdem intentionem, ut cum vtrunque est calidum ut quatuor. His similitudinibus aliam distinctam addit S. si tertium, quam similitudinem in potentia appellat, ut cum vtrunque agens, est æquè potens qualitatem producere, quia similitudo non comitatur similitudinem in gradu: duobus enim calida ut quatuor, quorum unum est rarus, & alterum densum, sunt similia in gradu, & non in actiuitate. Duplicem hanc similitudinem meminit Soar supr. n. 21. similitudinem in gradu iuxta Cardinalis doctrinam rursus ergo subdiuididerem, quandam similitudinem in gradu ratione extensionis, & intentionis, in utroque extremo, aliam ratione extensionis in uno extremo, ac intentionis in alio. Similitudo ratione intentionis, & extensionis, erit, cum duo subiecta æquè extensa, æquè rara, velenfa eamdem intentionem habent in qualibet parte subiecti: similitudo ratione extensionis in uno, & intentionis in alio erit cum alterum extremum habens plures partes ratione densitatis, vel ratione majoris extensionis, calidum ut quatuor tot gradus caloris haberet quod aliud calidum, ut quinque, minus extensus, vel æquè extensus cum minori densitate.

Simile non possit agere in simile in gradu intentionis ait Soar, n. 7. esse velut primum principium traditur ab Aristotele de generat. cap. 7. text. 46. vbi ait maximam partem veterum summa animi confessione affirmasse, rem similem à simili nunquam pati, quia alterum nihil magis agens, aut patibile aliquo sit: idem principium ait Soar, tradidisse Philosophum artic. 2. de generatione cap. 9. & libro 1. Physic. & libr. 3. in principio & libr. 7. textu 35. & libr. 8. a principio. Hoc principium, ita illesum Soar, & maior Doctorum pars defendunt ut nunquam admittant calidum ut quatuor, esti rarum valde possit ab alio calido ut quatuor, quantumvis denso & extenso quidquā pati.

Masili. Niph. & Sotus apud eundem Soar n. 20. afferunt simile ratione majoris densitatis possit agere in simile minus densum, his subscriptibunt, quam plurimi recentiores.

Noster Toletus axioma supra dictum explicitat de similitudine in potentia q. 13. citat. S. tercia conclusio, vbi docet duo calida, æquè actiua non possit mutuo in se agere neque unum in alio, quia semper procedit ex dissimilitudine in potentia, & proportione majoris virtutis. Addicte similitudinem, vel dissimilitudinem intentionis per accidens se habere ut calidum agat, vel non agat. Tertio dicit S. ex quo colligeret, quod nisi numerus graduum, seu extensionis, sive intentionis adæquet effectum, vel excedat, non posse peruenire ad illum effectum: v.g. numquam fieri calidum ut sex, nisi ab habente tot, vel plures gradus, sive intensiue, sive extensiue.

S. II.

*Impugnat sententia Cardinalis Toleti.*

**M**Agnopea displacec explicatio, quam adhibet noster Cardinalis predicto axiomati, de similitudine

in actiua potentia, secundum eamdem qualitatem à cuius victoria, vel à cuius excessu à proportione debet esse procedere.

Agens calidum ut quinque per calorem in se receptum, neque per virtutem actiua illius non resistit sexto gradui caloris producendo in ipso, sed per tres alios frigiditatis quos habet: ergo ut sextus gradus caloris producatur, non est virtus productiva caloris, sed resistentia formalis frigiditatis. & virtus actiua conseruans eiusdem frigiditatis gradus, si pro illorum conseruacione resistat antecedes negari nequit, & facile probatur: Calor ut quinque exiles in subiecto non est incompossibilis cum calore ut sex, et cum sexto gradu caloris producendo, neque intendit impedit productionem sexti gradus in se producendi; tantum enim intendit producere calorem in alio subiecto media actione, & per se ipsum exigit conseruacionem sui in subiecto, in quo est, sed id, quod opponitur cum sexto gradu caloris est frigiditas ut tria existens in subiecto, in quo producendus est sextus gradus caloris, cui frigiditas formaliter resistit, & causa illam conseruans actiue resistit, si sit causa secunda determinata ad illam conseruandam. Consequientia est legitima, id enim vincendum ad aliam actionem, quod illi resistit, & cum illa opponitur, non verò quod nullam incompossibilitatem, neque oppositionem habet cum tali actione.

Secundò sic Toletum impugno: afferit eadem q. 8. ad ist. 9. cundum, calidum ut tria, non agere in frigidum ut sex, quia calor ut tria non vincit frigiditatem ut lex: ergo ex his principiis ut calidum agat in calidum frigiditatem existentem in passo, & non virtutem actiua caloris existentem in illo debet euincere. Tertiò ex utroque principio à Toletto adducto sequitur sepius sine calidum non posse agere in frigidum, quia ut calidum agat in frigidum virtute actiua agentis debet vincere virtutem actiua caloris, & virtutem actiua frigiditatis existentem in passo, quod raro praestare poterit; etenim ut ipse ait frigidum ut sex non patitur a calido ut tria, quia calor ut tria non vincit calorem ut sex, neque frigidum ut quinque ab eodem calido tria pati potest, quia frigidum ut quinque, est calidum ut tria, ergo est simile in gradu caloris agentis: ergo si sit æquè densum erit simile in potentia: ergo non poterit pati passum æquè dolum calorem, neque frigiditatem ab alio agente calido ut tria, neque ut quatuor, quomodo cumque tale passum constitutatur, quia nunquam calor ut quatuor, virtute vincere calorem, & frigiditatem existentem in passo, quia altera earum qualitatum erit ut quinque, & haec vice non poterit, vel utriusque ut quatuor, & tunc neutriviscetur. Idem argumentum fit de calore ex quo infirmum nullum agens habens infra intentionem quinque gradum qualitatis, posse secundum illam agere in passum æquè densum, quod alienum est à vera Philosophia.

Falsum etiam est id, quod docet Toletus scilicet similitudinem graduum inter causam, & effectum dividendum esse ex multitudine illorum, extensioni, & intensiua, ita ut agens habens tantum sex gradus caloris non possit producere octo gradus per diuersa subiecta dispersa: quia difficile est calidum agens in latam, & longam spharam, non producere plures gradus in tota illa, quam in se habet. Eatur hoc ratione non omnes conuincere, quia agentia que spharam habent, nimis longam, scut ignis, & luminosum, ut plurimum, sunt aequiuoca, in quibus haec correspondencia graduum, & similitudo, seu æqualitas in multitudine illorum non desideratur: igitur enim non solum produce calorem in alio subiecto per calorem, quem habet in se, sed immediatè per propriam suam entitatem, & luminosum vel est ignitum, vel dependet illius lux in conseruando ab aliis substantiis, que simul cum illa producunt lucem per longam spharam. Vrgit tamen haec ratio plurimos afferentes, quoniam non producere immediatè per suam entitatem calorem in alia substantia pugnant contra hanc sententiam omnia, quibus probatur simile non agere in simile, quæ ad propriam probandam exhibeo.

S. III.

*Impugnant rationes quibus alij probant simile non agere in simile.*

O pinio, quæ graduum subordinationem constituit scilicet rationem reddit cur simile non agat in simile, cum enim gradus producendus à calido ut quatuor in passo

passo simili esset gradus quintus perfectione excedens quatuor subordinatos, produceretur effectus perfectior ab imperfectiori causa, quod fieri nequit, ex quo optimam rationem reddit, cur simile, calidum videlicet ut quatuor non quintum gradum caloris producat. Huius conclusio nis rationem venamus in opinione; quam defendendam suscepimus de gradibus inter se non subordinatis.

11 Probat Soar. n.8. simile non agere in simile; quia agens agit quatuor est in actu, & passum in potentia, sed duo similia non sunt unum in actu, & alterum in potentia respectu sui; Ergo non eutrum potest agere in aliud. Antecedens probat. Agens nihil potest agere quod in se non contineat; ergo formaliter, vel eminenter debet esse in actu ad effectum producendum. Altera pars antecedentis probat: quia cum agens agi, reducit passum de potentia ad actu: ergo debet ponи in potentia ad talem actum, & hac ratione priuatio inter principia generationis enumeratur. Haec ratio coincidit cum ratione supra facta, vel nullius est momenti, concedo enim agens debere esse in actu, & passum in potentia & affirmo calidum ut quatuor esse in actu, & continere eminenter gradum alium, quem potest producere in calido ut quatuor, quo fiat calidum ut quinque, ad quod calidum ut quatuor est in potentia quia est illo priuatum, & capax recipiendi illum. Quod si velis probare calidum ut quatuor non esse in actu ad producendum gradum ut quinque recurrere debes ad rationem supra factam, si vero defendis gradus nullam habere subordinationem ad actu, seu virtutem vel continentiam agentis, recurrere non potes, quia in virtute calidi ut quatuor plures gradus continentur, qui si alij calido ut quatuor superadde rent illius intentionem augerent. Hec noto contra Autores subordinationem graduum negantes, & contra Thomistas non admittentes graduum additionem, qui hanc rationem in hac questione abs re à Suario desumpsere.

12 Secundum arguit ibidem ab incommodis, quia si simile ageret in simile non esset major ratio, cur unum ageret in aliud, quam è conuerso. Non premit hæc ratio, qui enim defenderet simile agere in simile consequenter diceret, utrumque mutuo agere in alterum, si enim calidum ut quatuor ageret in calidum, ut quatuor, quod calidum ut sex constitueret, cur calidum ut sex iam dissimile non ageret in calidum ut quatuor? Neque ex hoc sequeretur idem agere in se ipsum secundum eamdem indiuisibiliter entitatem: qui calidum ut quatuor, quod ageret in aliud secundum quatuor gradus caloris, non pateretur ab illo secundum illos quatuor gradus, qui se tenent ex parte principij actionis intendenter calidum ut quatuor, sed secundum alios, quos denio recipere.

13 Huic solutioni occurrit aliud argumentum, quod adducit idem Soar ibid. n.20. Si simile possit agere in simile, & duo agentia aequalia possent se mutuo augere, in infinitum procederet actio: consequens est absurdum: ergo falsum antecedens. Resp. consequens esse absurdum, & illationem malam esse, ac proinde non inferri falsitatem antecedentis; si enim calida ut quatuor producerent calorem ut tria, mutuo unum in aliud, postea per additionem trium graduum caloris tantum possent duos alios mutuo in se producere, & horum additione unum tantum mutuo agerent, qua additione facta nihil posset superaddi, semper enim actio decreceret, & postquam ad productionem unius gradus, vel intentionis infra minimam ad operandum requiri tam perueniret, non posset ultra procedere.

14 Instat Soar eodem num. 8. si simile potest agere in simile, idem ageret in se ipsum: illatio optima est, nulla enim ratio potest dari propter quam idem non agat in se ipsum, nisi quia simile non agit in simile: consequens est falsum, & absurdum, quia si calidum ut quatuor ageret in se ipsum produceret calorem ut quatuor: si enim in passo penetrato, tantam intentionem produceret, quantum in se haberet, potiori iure idem in se ipso praestaret: ergo calor ille, ut quatuor alium calorem ut quatuor produceret, & sic in infinitum augeretur intus.

15 Huic argumento solutionem adhibuit idem Soar num. 28. postquam enim docuerat num. 27. posse duo agentia in aequaliter intenta concurrere ad productionem effectus intensiore altero partiali agenti verbi gratia, calidum ut quatuor, & calidum ut sex ad calorem ut quinque producendum, cum sibi obiiceret, sequi ex hoc, calidum ut quatuor adiunctum alij intensori in se ipsum agere. Respondit ex peculiari dispositione agentis partialis,

prouenire ut possit cooperari cum alio fortiori ad intendendam simile formam in alio subiecto, & non in se ipso, sic de agenti totali. Respondeo prouenire ex natura agentium non agere in se ipsa actione vniuoca, quod à posteriori nobis innotescit, à priori autem nullam possumus rationem assignare, non enim omnia à priori cognoscimus, neque poterimus à priori rationem reddere cur ignis calorem, aqua frigiditatem, sol lucem producant.

16 Aliam rationem adducit Soarius, ibidem multis recentioribus valde familiarissimam desumptam ex fine agentis, intendenter assimilare sibi passum, quo cessante fine cessat actio, cumque in passo iam assimilato talis finis expectari nequeat, deficit agens ab actione ex natura sua ad assimilationem passi tanquam ad finem ordinata.

17 Arguit nonnulli contra hanc rationem. Agens non intendit assimilare sibi passum in extensione: ergo neque in intentione: ergo sicut agit in passum simile in extensione, ita ageret in passum simile in intentione. Nego priorem consequentiam, & rationem disparitatis reddo. Agens intendit sibi assimilare omnem passum sibi applicatum, & omnes partes cuiuscumque in qualitate, quam habet, secundum essentiam, & gradum, & ex hac assimilatione plurimum partium eiusdem passi resultat dissimilitudo secundum extensum, que propriè non est dissimilitudo, sed inæqualitas, & quo maior est hæc dissimilitudo, seu inæqualitas extensiva, eo plures partes passi sunt similes agenti, unde non est contra intentionem illius, sed potius iuxta illam, & iuxta finem intentionis assimilandi sibi omne passum, & partes cuiuscumque, quod illi applicetur.

18 Arguit secundo Hurt. disp. 15. sect. 2. subsect. 2. n. 126. passum fore similius calido, quo plures gradus haberet, & calidum ut octo esse similius calido ut quatuor, quam aliud calidum ut quatuor, qui plures gradus habet, qui fundent similitudinem. Dicit Hurt. cædem ratione quantum tripalmarum efficiat magis aequaliter quanto palmari, quam aliud palmarum quantum, qui habet plures palmos, qui fundent aequalitatem, aequa enim est virtusque ratio. Respondeo calidum, quo plures gradus habet efficiat magis simile aliud calido in qualitate, hoc est habere plus qualitatis eiusdem rationis specificæ cum qualitate existente in alio, in gradu vero, seu in intentione illud tantum dicunt perfecte simile, qui habet tantam qualitatem indiuisibiliter, & quo magis excedit, vel deficit ab illa mensura eo magis distat à similitudine, & magis dissimilis constituitur, similitudo enim intentionis cum calido: verbi gratias in quatuor gradibus caloris, & in negatione omnium aliorum graduum.

19 Nonnihil dixi Controversia 4. Punct. 2. num. 6. contra hunc respondendi modum desumptum ex fine agentis quem modo latius infequar, sed videnda fuit ibi dicta. Calor ex sua natura est dispositio ad formam substantiam: ergo intendens prudenter calorem intendit disponere subiectum ad formam substantiam, quodlibet enim agens necessarium intendit in productione effectus, id, quod effectus habet ex natura sua: Ergo etiam si calidum ut quatuor producere calorem ut quinque, consequeretur finem intentionis, quia disponeret subiectum ad formam substantiam: à quocumque enim agenti simili, vel dissimili calor ut quinque producatur est dispositio formæ substancialis.

Dices, Agens productum caloris duos fines intendere, disponere subiectum, & illud sibi assimilare, casu autem, quo ageret in simile consequeturum unum finem, & alium non solum, non consequeturum, sed recessurum ab illo. Contrà Finis agentis in cuiuscumque effectu productione est ille, quem effectus per suam entitatem respicit, etenim enim agens necessarium carens motu illud determinante respicit finem, etenim respicit effectum ex sua natura ordinatum ad talem finem: ergo agens non potest respicere finem in productione effectus, quem ipse effectus non respicit: sed in quacumque intentione, & à quocumque agenti productus ex sua natura non respicit similitudinem cum principio producente, neque cum alio, sed tantum formam substantiam, ad quam ordinatur tanquam dispositio, vt patet cum producitur ab agente equiuoco: ergo agens in productione caloris tantum respicit tanquam finem immediatum disponere subiectum ad formam substantiam, & tanquam finem ultimum formam ipsam ad quam disponit.

20 Esto tamē int̄dat agens assimilare sibi passum secundum formam.

444 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

formam accidentalem, & hoc sit primarius, & unicus finis agentis: ex hoc inferetur calidum ut quatuor non producturum quinque gradus caloris in eodem subiecto, non tamen inde probabitur non posse duos gradus producere supra alios quatuor in passo aliunde simili, quod sic probbo. Productio duorum graduum caloris sumpta praesertim ratione termini, eadem est, sive fiat in subiecto calido ut quatuor, sive fiat in subiecto nullum gradum caloris habente: ergo ex sua natura in quoicumque subiecto est assimilatus subiecti cum agenti: ergo quod illud non assument, sed assimilat in subiecto aliunde calido ut quatuor non prouenit ex intrinseco actionis, sed per accidens ratione aliis caloris, qui supponitur in subiecto: ergo actio respiciens duos gradus caloris semper poterit dimanare ab agente calido ut quatuor, etiam si recipienda sit in subiecto aliunde calido ut quatuor, vel ut sex. Probo consequentiam quotiescumque actio ex natura sua, est consequentia sui finis, etiam si hic & nunc illum non sit consequitur, sed potius ab illo per accidens fit recessus, potest naturaliter exerceri: sed actio respiciens calorem ut duo ab agente calido ut quatuor est consequentia sui finis, & tantum per accidens recedit ab illo in subiecto aliunde calido ut quatuor ergo etiam in illo poterit exerceri. Consequentia est legitima: minorem probauit modo. Maiorem mille exempla passim demonstrant, omnes enim monstrosi naturae partus qui ex concurso, & commixtione diuersarum cauaturum per accidens respectu cuiusque partialis causae nascuntur sunt contra intentionem cuiusvis partialis agentis intendentes alium effectum longè diuersum, ut contingit in generatione nulli ex equa, & aino, in qua ainos intendit effectum sibi similem producere, & equa partum sibi similem edere, nihilominus ex coniunctione diuersorum seminum, per accidens effectus contra intentionem oritur vniuersiusque agentis: ergo per accidens recte potest quoddlibet agens contra proprium finem operari, & effectum producere ex se non consequitum finis intenti: ergo melius poterit producere effectum, ex se consequitum finis, etiam per accidens illum non consequatur. Sicut corpus graue deorsum mouebitur propter suam conservationem etiam si per accidens media via ignem inueniat quo comburatur.

22 Dixerunt nonnulli se non teneri rationem reddere à priori: propter quam simile non agat in simile, sed sufficienter experientia protegi ad hanc conclusionem defendendam: quia non omnia à priori philosophis nostro datum est, qui multis de causis mihi displicent. Nonnulla in illos breuiter colligo. Multa quidem fateor esse, qua tantum à posteriori cognosci possunt, verumtamen si in omnibus licet notitia à posteriori habitá conquiescere, quæstiones plurimas apud Philosophos semper valde exigitatas, possemus omittere, & breui calamo, exiguae papyro cursum Philosophicum peragere. Secundo philosophorum esse causas rationes, perscrutari effectuum, quos à posteriori vulgus imperitū agnouit, nemo negabit. Tertiò adhuc à posteriori, efficaciter nondū conspicit est: vt confat ex solutionibus argumentorū, quibus pars ista propugnat, quas suprā dedi: simile nō agere in simile: ergo alia ratio, seu experientia adducenda est, qua efficaciter persuadeatur cōclusio. Quartò sententia constituens subordinationē graduum nullo positivo efficaciter fundamento reicitur, & iuxta illam recte redditur ratio, propter quam simile non agat in simile: ergo si sententia talēm subordinationē denegans rationem non reddit, propter quam simile non agat in simile: præferenda erit sententia, que admīsa subordinationē rationem reddit conclusiōnē, quam ignorat sententia, qua subordinationē non admittit, qua cæteris partibus, melior est illa sententia, qua plurimum conclusiōnum rationem à priori inuenimus.

S. IV.

*Propria ratio, propter quam non producat agens tantam intentionem, quantum in se habet in passo non penetrato.*

23 Dixi sc̄p. precedenti p. 1 §. 3. agens non posse producere in prima parte subiecti omnes gradus quos producit in tota sphera: quia ex natura sua habet spharam diuisibilem, & petit distribuere gradus quos conti-

net in sua virtute per totam spharam, ac proinde non omnes producere in prima parte vt aliqui illi superfint producendi in aliis partibus sphara. Dixi secundū hos gradus ita distribuendos esse ab agenti: vt non producat tot, quod in se haberit in parte passi non penetrata vt in sphera diuisibili se conteineat, & ne in infinitum illius actio pretendatur, quam rationem iterum approbo, quia tamen ibi ex professo questionem hanc non tractabam, omisi, quæ contra hanc rationem obici poterant, quæ modi figura tim diffoluam.

Obiectus primus. Si agens produceret in prima parte passi omnes gradus, quos modo producere in tota sphera, posset alios producere in parte secunda ergo, ex eo quod habeat spharam diuisibilem non infertur non posse producere in prima parte sphera gradus omnes quos potest in tota. Antecedens probatur si agens verbi gracia producens mille gradus, quos modi producunt in tota sphera, illos produxit in prima parte, illis postea adiutori posset in secunda parte gradus alios producere, quia etiā producere quidquid potest per se solum, & non quidquid potest alio agente adiutum. Respondeo effectum productum in prima parte passi, vel conducere efficiens ad effectum productum in secunda, vel non conductere: si non conductit, firma est ratio facta, nec locum inuenit obiectio nisi conductit. Respondeo calidum ut octo producens calorem ut septem produxit: quidquid potest producere, sine alio comprincipio adiuvante, & ita non potest argui: producit in prima parte, septem gradus, & sex in secunda: ergo potest omnes illos producere in prima.

Obiectus secundus. Etiam si calidum ut octo producere calorem ut octo in prima parte passi posset habere spharam activitatis determinatam, quia postquam produxit gradus, quos continent in sua virtute, in subiecto extenso per sex vlnas, etiā ultima pars illius est calida non posset ultra actionem diffundere, quod si subiectum ultra in maiori extensione calciferet, calor ille iam non proueniret à primo agente sed ab effectu ab ipso productu. Respondeo sequi necessariō ex eo quod calidum producat in parte non penetrata tantum calorem, quantum in se habet calorem in infinitum protendi, & agens immediatē, vel immediatē producere infinitum calorem, quod est absurdum agens enim non tantum habet spharam determinatam in ordine ad effectum quem immediatē producit, sed etiam in ordine ad effectum mediatē productum, vnde etiam concedamus agens non producturum immediatē infinitum calorem, etiam si producere tantum, quantum in se habetur, in prima parte passi, nihilominus sequitur saltem immediatē effectum extendere, quod absurdum est, & contra manifestum experientiam.

Obiectus tertius: agens producit tot gradus & non plures in prima parte sphera: quia effectum producendum distribuit, per omnes partes sphera, ad quam perit suum extendere actionem: ergo luminosum, quod lucem producere, per sex vlnas, & corpore opaco obstante impeditur, ne producat plus quam per unam vlnam, omnes illos gradus, quos erat producturus in quinque vlnis, in quibus impeditur ab obstante illius actio, producere in vlna in qua nullum est impedimentum. Respondeo: negando consequentiam; quia agens ex natura sua est determinatum ad producendum in prima vlna tot qualitas gradus, & tot in secunda: quod si in secunda ratione impedimenti nihil nihil potest producere, non ex eo producit illum gradum in alia parte, per accidens enim est respectu primæ vlnæ immediatē, agens calorem producere, vel non producere, in secunda, ac proinde sive producere, sive non, idem calor producitur in prima, quia agens ex sua natura est determinatum ad producendum tot gradus in hac parte, & tot in alia, ita vt non possit gradus quos in hac parte ratione impedimenti non producere productione in alia parte facta compensare. Ex hoc inferes agens potens circumdari viginti partibus passi existentibus in viginti partibus spatij immediatis circundatur decem capacibus effectus producendi existentibus in decem partibus spatij, & aliis decem incapacibus eiusdem effectus, quibus nihil producit, non producturum maiorem qualitatem in decem capacibus, quam si in aliis decem incapacibus tantumdem produceret.

Iuxta hanc doctrinam consequenter asserto agens quantumvis de istis non posse producere in passo valde raro maiorem, neque æqualem in non penetrato intentionem, quam

quam in se habet, licet enim non sequeretur ex eo quod agens nimis densum produceret tantam intensionem, quam in se habet, calorem infinitè esse extendēdum: quia ut primum actio pertingeret partem passi non notabiliter minus densam parte anteriori decreceret actio; nihilominus ex ratione à priori propter quam agens non potest in passo æquè denso tantam intensionem, quam in se habet producere, infertur non posse, quantumvis raro eundem producere, quod sic probo. Agens circumdatum passo valde raro tot partibus quantitas circumdat, quot circundatur si cingeretur passo valde denso: ergo non potest ceteris paribus maiorem intensionem, in qualibet illarum producere, quando corpore raro circumscribitur, quam posset, si corpore denso circumscriberetur. Antecedens secundum sententiam, quam amplectat de rarefactione per introrsum corporiculorum certissimum est, quia pauciores partes, quas habet corpus rarum, propria substantia compensant corporiculus introrsum, & semper eisdem partibus spatij totidem partes quantitatis, non plures, neque pauciores correspondent: consequentia ex principiis traditis robur habet, quia eadem virtus distribuit tot gradus, quos producere potest inter eundem numerum partium qualitatis, sive vniuersarum in corpore denso, sive diuisarum in raro eisdem, & non plures gradus poterit in singulis partibus producere.

28 Dixi idem corpus cum eadem de infinite non posse producere plures gradus, in singulis partibus corporis rari, quam produceret in singulis corporis densi, sed non affirmo tot semper productorum in raro, quam in denso: quia raro potest habere corporicula minus apta ad qualitatem recipiendam, in quibus minor intencio producetur, quam produceretur in parte eiusdem corporis, modo rarefacti, non tamen minor illa intencio producta in illa parte compensatur in alia, agens enim ut nuper dicebam, est determinatum ad tantam intensionem, in parte occupante hoc spatium producendum, quam si ratione impedimentum, vel alia de causa non producit, non translat ad alia subiecti parte.

29 Eadem ratione dixi idem agens densum non posse maiorem producere intensionem in corpore raro, quam in denso ceteris paribus: quia aliquando potest contingere ut corpora introrsum in raro sint qualitatis producenda capaciora, quam sunt partes eiusdem corporis rarefacti, & tunc maior intencio producetur in aliis quam producere tur in partibus eiusdem corporis, quibus subiectum efficit omnino densum. Rem explico: detur aqua occupans spatium unius palmi mollis corporiculis permixta, detur alia occupans alium palmum multis admixta corporiculis, in qua totidem partes pauciores aquæ habebit quod corporiculorum continet. Demus qualitatem producendam esse calorem cui aqua acriter resistit, quæque minori resistentia admittunt corporicula: tunc æqualis calor producetur in singulis partibus utriusque aquæ, maior vero calor in plurimis, unde si computentur gradus caloris, qui sunt in partibus aquæ, & in corporiculis intra eandem latentibus plures erunt, quam in omnibus partibus aquæ omnino dñe.

30 Dixi idem corpus densum per se non maiorem calorem producere in raro, quam in denso non tamen nego, sed affirmo respectu eiusdem subiecti corpus densum per se longe maiorem calorem productorum, quam rarum, quia in corpore denso, eti non ratione plurium partium quantitatis sint plures gradus caloris, quia iam dixi tot esse partes quantitatis in palmo denso, quam in raro; ratione tamen vniuersationis partium, quæ sunt in subiecto denso, ut plurimis plures erunt gradus caloris; quia in corporiculis admixtis corpori rato plurima erunt inceptiora qualitatis recipienda, quam partes eiusdem corporis. Secundum corpus densum semper maiorem actiuitatem habet, quam raro, quia densum habet partes omnes vnitatis, rarum vero peregrinis corporiculis illas habet diuisas, & iuxta diuisiones subiectorum, diuiduntur gradus in illis recepti, unde gradus qualitatis existentes in corpore raro sunt magis diuisi, & existentes in denso magis vnitati, & consequenter maiorem actiuitatem habent, quia virtus unita fortior est seipsa dispersa.

31 Neque ex eo quod corpus densum sit magis actiuum quam raro, inferitur posse producere maiorem intensionem, neque aqualem in parte non penetrata, quam in se habet, quia agens summe densum calidum ut sex in parte immediata passi aptissimi ad accipendum calorem tantum producet calor ut quinque propter rationem supradictam,

Franc. de Oviedo, Philosoph. Tom. I.

de virtute & sphera limitata, unde secundum raritatem agentis calidi ut sex, & minorem aptitudinem partis immediatae passi ad calorem recipiendum decrebet calor à calore ut quinque, qui summus erat potens produci à calore ut sex in parte passi non penetrari.

Contra hanc conclusionem adduci solet experientia ferri candens, quod stupam comburit, & maiorem intensionem, quam in se habet producit. Respondent non nulli ferrum candens intra poros habere quasdam ignis portiunculas, quibus stupa comburitur. Hanc solutionem impugnat Toleatus suprà, quia si ratione ignis inclusi ferrum stupam combureret, corpus rarus illam faciliter combureret, quia plus ignis posset intra se continere, quia corpus densus, quod minus spatium intra se habet, quo continet ignem. Non placet impugnatio in primis eis, qui non constituent rarefactionem, in introrsum corporiculorum, sed in qualitate, seu maiori extensione, negare poterunt per se loquendo corpus densum pauciores habere poros & cavitates quibus ignem continet: nos vero ita rarefactionem constituimus, Respondebimus corpus rarum maius spatium habere quo ignem continet, nihilominus illud non posse in se includere, quia facile comburitur, & numquam ilius poros partes ignis replent, quin totum corpus exurant.

Alij respondent ferrum candens remissionem calorem producere in stupa, quam habet in se, illo tamen remissione calore stupam dilponi ultimè ad formam ignis, ad quam intencio non disponit ferrum, ratione incitatis, & aliarum qualitatibus, que reperiuntur in stupa, & non in ferro. Vtrumque dicendi modum probabilem censeo, quæ apud Soz. inuenies suprà num. 2. His alium addit Arriaga disp. 3. sect. 1. num. 12. à veritate longè quidem alienum: assertit ferrum candens habere in se formam ignis, quod sic impugno. Cum ferrum friget, retinet formam ferri, ut experientia notum est, ergo nunquam illam amittere, ergo non fuit forma ignis in illa materia: posterior consequentia est certissima, non enim duplex forma in eodem subiecto componi potest, prior ex antecedenti legitime descendit, quia si forma ferri fuisse corrupta, dum ferrum candebat, nulla esset causa à qua postea eadem reproduceretur, vel alia similis prima heret, sed in cineres, vel in aliam formam desineret: ergo si semper candore extincto, ferri forma appetit, certum est illam nunquam fuisse corruptam.

Oblicies: Si applicetur calidum ut sex producit quinque gradus caloris in subiecto: ergo si simul cum hoc calido applicentur eidem subiecto alia calida eiusdem intensionis valde intensa, omnia simul calorem, ut sex producent; quia quo plura agentia applicantur magis intensa, intencio producitur effectus: ergo si unum agens producet calidum ut quinque acrecente effectu ad applicationem cuiuscumque noui agentis, si plura applicentur, ad intensionem sexi gradus necessariò peruenient. Respondeo in opinione constitente continuum ex infinitis partibus calorem non attingente intensionem ut sex posse magis, & magis infinites augeri, quin illam intensionem attingat, quia id quod restat ad illam attingendam habet infinitas partes, ex quibus postquam fuerunt infinitæ produccta, postlute alia infinitæ nondum produlta permanere, ac proinde concedo semper augeri effectum nouo agenti aduentu: ne tamen aliquando attingere intensionem ut sex. In opinione, que continuum ex indiuisibilibus componit: dicendum est calorem ut quinque esse summum, qui potest produci ab omnibus agentibus ut sex, quæ possunt applicari eidem passo in summa intensione, unde quo pauciora his fuerint applicata eo effectus decrebet ab intensione ut quinque, & poterit crescere, & que ad illam expellendam, quæ nunquam attingat sextum gradum.

### §. V.

*Cur agens ruminum nihil agat in passu aliunde simile.*

Statutus §. precedenti rationibus à posteriori, & à priori defunctis nullum agens posse producere tantam intensionem, quam in se habet: nunc sanciendum est, agens non posse in passo aliunde assimilato aliquid producere, v.g. calidum ut quatuor non posse in passo aliunde calido ut quatuor saltem duos gradus producere: quam conclusionem omnes defendunt, & necio an aliquis illam

P P efficaciter

32

33

34

35

446 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

efficaciter à priori probet, vel à posteriori demonstrer, non enim ex eo, quod duo calida vt quatuor mutuo in se ageant, & quolibet tres gradus caloris mutuo in aliud produceret, calor infinitè cresceret, vt probabam n. 13. neque agens maiorem intensiōem produceret, quam in se habet, et quia, et si subiectum ultimum calidum vt septem continetur quatuor gradus caloris, aliunde supponeretur producti, & tantum trium productio illi competeteret. Concluſione à posteriori statum, & postea illius rationem à priori indagabo.

36 Agens non posse agere in simile modo explicato mihi persuaderi mutua, agentium actio, & reactio, secundum qualitates contrarias, experimur enim calidum vt quatuor applicato calido vt duo, & frigido vt sex frigiditatem recipere, & calorem amittere, & applicatum calido vt sex intendi secundum calorem, & remitti secundum frigiditatem, & nunquam duo agentia mutuo intendi, & agere, & reagere secundum eamdem qualitatem, ex quo evidenter inferitur, simile non posse agere in simili, si enim calidum vt quatuor posset in passo aliunde calido vt quatuor calorem producere, eodem modo, posset illum producere in calido vt sex: ergo calidum vt sex non frigiditatem, sed calorem recipere à subiecto calido vt quatuor, & frigido vt quatuor, quia calor existens in subiecto est magis actius, quam frigiditas: ergo si ratione graduum aliunde productorum in subiecto gradus caloris non impedirentur, gradus alios producere in subiecto, & frigiditas nihil in aliud ageret. Nec potest dici calidum vt sex pati aliquos gradus caloris à calore vt quatuor existente in alio subiecto, & alios frigiditatis à frigiditate vt quatuor existente in eodem subiecto calido vt quatuor, & frigido, vt quatuor, quia si sic fieret plures gradus caloris, quam frigiditatis recipere, quia calor est magis actius, quam frigiditas, vel saltem non pauciores. Vnde nunquam calor illius remitteretur, cutis oppositum monstrat experientia non solum in subiecto calido vt sex respectu alius agentis calidi, vt quatuor, sed etiam respectu agentis calidi, vt quinque, & frigidi vt tria, semper enim calidum intensum remissori applicatum remittitur, neque potest idem subiectum, iam suis qualitatibus constitutum moueri dupli motu contrario adhuc inadæquato, vt probabo Cont. 5. punct. 5. n. 15.

37 Huius conclusionis quam modo à posteriori statui rationem reddidi sectione precedenti, Punct. 2. vt responderem argumento, quo ex illa gradum subordinatio deducatur, vbi dixi simile non agere in simile, quia non prius agit de conseruando gradibus productis, quam de aliis producendis in eodem subiecto, vnde cum tota actiuitas calidi vt quatuor posset expleri in conseruatione graduum, quos in passo simili, vel intensiori perperit, non ultra ad productionem aliorum procedit. Fator me non conueniendum esse hac ratione ad conclusionem stabilendam, si à posteriori mihi comperta non esset, semel tamen illius veritate comprehensa illius rationem apertissimam ex doctrina tradita hoc modo reddi exstimo, sed occurruunt soluenda non pauca contra rationem exhibitam, quia iam obiicio, & solu-

38 Obiicio prim: Applicantur duo subiecta unum calidum, vt sex, & frigidum vt duo, aliud calidum vt duo, & frigidum vt sex, sex gradus caloris existentes in uno subiecto conseruantur duos existentes in altero, qui duo non poterunt conseruare sex, à quibus conseruantur, tum quia virtutem non habent duo gradus ad sex conseruandos, tum quia sunt posteriores natura gradibus conseruandis, & non possunt esse illis priores in eodem genere: ergo duo illi gradus non impedient sex graduum conseruatione, quam non exhibent ad producendum septimum: ergo illum poterunt producere, & agere.

39 Casu assignato potest facile responderi duos gradus caloris non posse agere in subiectum calidum vt sex: quia sex frigiditatis existentes in eodem subiecto calido vt duo illis sunt fortiores ad agentium in calidum vt sex, & sua actione impeditunt, quia duo gradus caloris possent exhibere; quia idem subiectum non potest moueri motibus contrariis, vt probabo loco supra citato, ac proinde dum calidum vt sex frigiditatem patitur à sex gradibus frigiditatis, non potest quidquam caloris recipere à duobus caloribus existentibus in eodem subiecto.

40 Hec solutio rectè difficultatem soluit in casu adducto, sed alii vniuersalior est tradenda pro aliis, quae possunt in hunc modum obiici, si quis enim supponet appli-

cari quoddam subiectum calidum vt sex, & frigidum vt duo, & aliud calidum, vt quinque, & frigidum vt tria, secundum modo poterit arguere calidum vt quinque non conseruare sex gradus caloris existentes in alio subiecto, ac proinde possit alios producere, & solutio supra data ad rem non erit, quia quinque gradus caloris fortiores sunt tribus frigiditatis existentibus in eodem subiecto, & poterunt actionem praoccupare, quia impediunt actione dimanante à tribus gradibus frigiditatis.

Respondeo his, & similibus casibus, calorem remissiōrem non conseruare gradus caloris intensioris proprie-  
ties supra datas, nihilominus impeditur conatus, quem  
habet ad illum conseruandum, ne gradus alios producatur,  
rem explicat calidum vt quinque virtutem habet ad conseruandum, vel producendum quatuor gradus caloris, &  
præsentia calidi vt sex, quasi in actu primo determinatur  
ad conseruando quatuor gradus, ex his, qui sunt in calido  
vt sex, quos cum ex alio capite non possit conseruare, vi-  
delicit, quia est illis posterior, neque illos conseruat, ne-  
que alios producit, quia suas vires applicat ad gradus conseruandos, qui ratione influxus, quem habet in illud, ab  
eodem conseruari non possunt, & quasi sumum conaturum fra-  
stra insumit in re aliunde impossibili, quem si ad alios  
gradus producendos applicaret, ablique dubio effectum  
tortiretur. Neque aptè interrogabis, cur calidum vt quinque  
non desistit à conseruatione, quam non potest exhibe-  
re, & conatus applicat ad alios producendos, agens enim  
naturale intellectuum nō est, neque à se determinatur in  
actu primo, vt conatus adhibeat ad hos gradus potius quā  
illos conseruandos, sed à Deo, vel à qualitate applicata cuius  
ex se conseruatum est, vnde calidum vt quinque per  
præsentia calidi vt sex determinatur ad cōseruandos gradus sex quos inuenit producitos, & nō ad alios producendos.

Obiicio secund: Applicantur duo calida vt quatuor, tunc neutrum alterum conseruabit, quia calidum vt quatuor, sicuti non potest calidum vt quatuor producere, ita neque illud conseruare, ergo mutuo poterunt in se agere. Deinde etiam calidum, vt quatuor posset conseruari calido, vt quatuor, non esset maior ratio, cur hoc prius illud conseruerat quam ab illo conservaretur.

Respondeo antecedendis dubium esse, quia licet calidum 42  
vt quatuor virtutem non habeat ad conseruandos quatuor gradus existentes in alio subiecto, illam habet ad conseruandos tres ex illis ad quos conseruandos illorum præsen-  
tiā determinabilis, quod in vtroque agenti contingit, cum  
vero non se mutuo possint conseruare, vel Deus determina-  
naturus est quodnam illorum alterum conseruet, si in om-  
nibus sint paria, vel neutrum alterum conseruabit, quidquid  
autem contingit, vtrumque agens impeditur, ne alios  
gradus producatis quia calidum vt quatuor A intendit con-  
seruare tres gradus caloris calidi vt quatuor B, quos si  
conseruerat alios non poterit producere, si quia iam tota il-  
lius actiuitas est expleta, si vero illos non conseruet, co-  
dem modo ab actione impeditur: sicut enim sopra dice-  
bam, calidum vt quinque intendens conseruare quatuor  
gradus caloris existentes in passo intensiore, etiam illis  
non conseruerat infumet suas vires in conatu, quem frustra  
exhibit, sic in præsenti Dico calidum vt quatuor inten-  
dens conseruare tres gradus caloris existentes in alio,  
etiam illis non conseruet alios non producendum; quia  
conatus applicat ad gradus conseruandos, in quos per  
accidens, hic, & nunc influere non potest. Ex hoc infero,  
quod si Deus casu adducto neutrum agens determinet, &  
neutrum alterius gradus conseruet, vtrumque impedi-  
tum iri, quia conatus applicat ad id, quod per accidens  
exhibere nequit, si vero Deus alterum determinet, illud  
non alios producet, quia iam conseruat id, quod inten-  
dit, & illius actiuitas expelletur, aliud vero impeditur,  
non propter actionem exhibit, sed propter applica-  
tionem conatus ad influendum in gradus, quos hic & nunc  
non potest conseruare, neque producere.

Nota abs re plurimos obiicere plura luminosa vt qua-  
tuor posse aërem efficere lucidum vt quinque, ex quo in-  
ferre volent simile agere in simile, quia etiæ antecedens,  
quod falsum est, concedetur, in epita ester consequentia,  
lux enim semper ab agente & quicunque producitur, quia etiæ  
lux lucem producat, semper tamen adiuuat principio lu-  
minoso, igne, vel Sole, à quo conseruatur lux aliam produ-  
cens, quia cu depedat in conseruari à causa secunda, sem-  
per illam agens & quicunque comitatur. Quod si in calidu-

que possunt absque vila causa secunda à Deo conseruari  
sit obiectio, negandum est antecedens.

45 Neque magis opportunitate adducitur molestem aliud ar-  
gumentum, cui immerito recentiores acquiescent, & sic  
se habet. Ponatur supra lanceam quamdam corpus graue ut  
octo, quod impulsum ut octo producat in illa, & eam de-  
primat: postea vero in alia lance ponatur granum tritici  
graue, ut unum, quod unum gradum impulsus producit,  
postea addatur aliud granum eiusdem magnitudinis, im-  
pulsum aliud producit, & sic addantur vique ad octo gra-  
na, que octo gradus impulsus producent, & lanceam vique  
ad equilibrium levabunt, ex quo inferunt simile agere in  
simile, quia secundum granum graue ut unum impulsum  
producit, in lance habente unum gradum impulsus, & ter-  
tium similiiter graue ut unum & potens producere unicum  
gradum impulsus illum producit in subiecto habente duos  
gradus impulsus, ex que inferunt non solum simile agere  
in simile, sed intensius, & remissius. Secundo inferunt hu-  
ius argumenti Autores: gradus non esse subordinatos, ne-  
que perfectione inaequales, siquidem primus gradus potest  
secundum & tertium producere.

46 Non ego prædictum argumentum adducerem, ni illud  
apud probatos autores ex recentioribus reperiem. Vix  
enim solutione indiget, neque proponi potest, quin illius  
fallacia patefiet, quam luce meridiana clariorum apicis.  
Granum tritici media grauitate producens impulsum in  
lance est causa æquiuoca impulsus; ergo etiam unico gra-  
du grauitatis producat gradum quemdam impulsus in lub-  
jecto habente sex alios, non ideo ager in simile, neque  
colligi poterit, gradus impulsus esse æquales ex eo, quod  
primus gradus grauitatis, producat tertium, vel octauum  
impulsus. Mitte falso supponi grana illa successiue supra  
lancem posita singula singulos gradus grauitatis produ-  
re, quod falso est; quia granum secundum additum primo  
per modum unius producit intensorem effectum indiuisi-  
biliter prouenientem à grauitate vtriusque grani, quam  
antea producebat sola grauitas primi, sicut contingere si  
in eodem instanti vtrumque granum primo poneretur su-  
pra lanceam. Falsum etiam est gradum unicum grauitatis  
alium impulsus producere non plures, & sic cum eadem  
correspondentia produci tot gradus impulsus, quot sunt  
grauitatis in causa; quia inter agens æquiuocum, & effec-  
tum, non intercedit hæc correspondentia æqualis men-  
sure, in intentione, quia etiam si quo intensius est agens  
æquiuocum, intensorem effectum producat, potest inten-  
sum ut quatuor producere intensum ut sex, & produci sex  
gradus impulsus in eodem subiecto ab agente, quatuor  
tamen gradus grauitatis habente, & calidum ut quatuor  
a lucido ut duo; quia maior perfectio essentialis, quæ ut  
plurimum reperitur, in agentibus, æquiuociis æquiualeat, &  
longè superat maiorem intentionem effectus.

47 Ultimò afferro me non recusatrum concedere duo ag-  
tia calida ut quatuor inter se penetrata posse producere in  
aliо subiecto quinque, vel sex gradus caloris, seu subie-  
ctum aliunde calidum, ut quatuor, intendere; quia tunc  
gradus caloris existentes in diuersis subiectis ratione ap-  
plicationis perinde se haberent, ac si idem indiuisibile  
subiectum informarent, & virtus eorum semper est eadem  
sive in uno, sive in multiplici subiecto, quod autem ipsi in-  
ter se non sint vni, potest esse in causa, ut remissiori  
calorem producant, quam vnitudo producerent, non tamen  
infert, non posse ultra quatuor gradus producere: rationes  
enim quibus à posteriori probauit non posse qualitatem  
aliam æquè intensam producere, in cœlo presenti locum  
non habent, quia sex gradus produci in vno subiecto,  
ab octo gradibus penetratis existentibus, in duplice sub-  
iecto, non possunt rursus septem, neque sex alios pro-  
ducere.

## P V N C T V M II.

*Assignatur causa reflexionis.*

1 C ontra conclusionem traditam Puncto præcedenti,  
scilicet simile non posse agere in simile, in molesta oc-  
currit obiectio ex reflexione petita, quia videmus inten-  
sorem effectum produci in partibus obstanti proximiori-  
bus, & distantioribus ab agente, verbi gratia, maiorem  
lucem in aere prope speculum obstantem, quam in aliis par-

Franc. de Oñiedo, Philosoph. Tom. I.

tibus eiusdem aëris Soli viciniорibus, & ab eo obstante  
distantioribus. Ex quo videtur inferri, obstante lucem  
producere in aere vicino, & consequenter simile agere in  
simile, & minus intensum in magis intensum, quando lux  
recepta in obstante, ut pote distantiori, remissior est, quam  
illa recipitur in aere, quia agens semper intensius opera-  
tur in propinquum, quam in distans. Hæc obiectio plures  
malè vexat, quos in varia traxit sententias in quorum  
impugnationem, propriæque defensionem, hoc Punctum  
instituere placuit.

## §. I.

*Alliorum impugnantur sententia.*

A liqui desperantes proposita obiectio satisfacere,  
satis iudicarunt, manifestam experientiam negare,  
quam manifestè conuincit, qui duplice se implicere malo,  
fatentur enim se argumenti solutionem non assequi, & lu-  
cis quam vident oculis, verbis impugnatores illam iniquè  
negantur se ostendere frustre præsumunt. Ne tamen aper-  
to Marte veritatem omnibus compartam debellarent, af-  
firmarunt corpus obstante producere qualitatem tantum  
in partibus collateralibus aëris recipientis qualitatem  
ab ipso agente, quæ cum nullam, vel remissam valde ab il-  
lo receperint, ab obstante possunt intendi, quod maio-  
rem qualitatem recipit ab agente præcipuo, quam partes  
aëris collaterales, quia licet haec sint illi propinquiores,  
præcipuum agens agit in illis linea obliqua, & obstante  
per lineam rectam, & sub eadem aliquantulumque maiori  
distantia intensior qualitas producitur per lineam rectam  
quam per obliquam, ut patet in Sole illuminante cubicu-  
lum per fenestram, qui intensiorem lucem producit in ul-  
tima parte directe Soli opposita, quam in aliis viciniорibus  
fenestra collateralibus.

Hunc modum philosophandi impugnat ipsa experientia,  
neque alia opera indigemus, ad illum expugnandum, quia  
non solum maior lux videtur in partibus viciniорibus ob-  
stante intra eandem lineam rectam, quam in remotiori-  
bus eiusdem linea, & præcipuo agenti propinquioribus,  
maioremque calorem sentimus, cum appropinquamus pa-  
rieti Sole percussio, quam cum ab illo distamus, & præci-  
picio agenti sumus viciniore: quod si hoc neges omnino  
experientiam negare poteris, & questionem hanc suppo-  
rito negato de medio tollere.

Alij affirmant maiorem illam intentionem prouenire ab  
agente præcipuo, quod cum impediatur actionem ultra  
diffondere, iterum reflectit, & qualitatem illam, quam pro-  
ductum erat a partibus sequentibus, in viciniорibus cor-  
pori obstante producit. Hæc sententia laicè satis rem est  
meditata, quia agens, non producit qualitatem per motum  
localem, quo posse impedita hac productionis via aliam  
inire, versis aliama partem, neque ex eo quod non possit  
producare qualitatem in parte distantiori, illam producit  
in proximiорi, alias si prope Solem corpus nimis opacum  
constitueretur, Sol in illo produceret totam intentionem,  
quam per totam sphærā nullo impediente corpore dif-  
funderet. Vnde si hoc ita accideret, quo magis præci-  
puum agens impediretur corpore obstante, magis refle-  
ctet, quod aperte falsum est, magis enim impeditur Sol  
muro opaco, in cuius partibus extensis tantum lucem pro-  
ducit, quam crystallo diaphana in cuius partes profundas  
lucem effundit, quod aliter contingere certum est, quia ma-  
ior est lux reflexa obstante crystallo, quam muro.

Alij recentiores apud Arriag. disp. 3. sect. 1. n. 134. afferunt  
maiorem illam intentionem prouenire à corpore obstan-  
te, quod illam producit actione quadam æquiuoca prouen-  
iente à quadam qualitate, que formaliter non est lux, sed  
eminenter illam continet tali modo, ut nisi luce formal-  
actuer illius subiectum, ipsa nihil producat, ut contingen-  
get in pipere, & vino, quibus producit calor, si prius  
actuentur calore stomachi, & non aliter. Sic rem compo-  
nunt in crystallo obstante, que lucem producit actione  
quadam æquiuoca, si prius informetur luce quæ se habeat  
non ut virtutem productiūam, sed ut conditionem requi-  
stam, ut lux eminenter in crystallo contenta producatur.  
Hanc opinionem licet non adeò explicaram inuenio apud  
Suar. in Metaph. disp. 18. sect. 9. num. 35. qui postquam di-  
xerat reflexionem prouenire ab obstante, ne concederet  
simile agere in simile ait posse responderi, hæc reflexio-  
nen nunquam fieri, nisi per qualitatem diuersa rationis,

P p 2 vel

448 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

vel adiuuante aliqua simili qualitate, ut cum speculum calefacto actione reflexa, tunc dicitur reflexio fieri per qualitatem diuersa rationis, quia licet tamen non sit intensius in speculo; potest tamen intensius calefacere, quia est qualitas diuersa rationis.

6 Si liceret ad occultas qualitates, & rerum naturas confugere, facile quis posset se ab omnibus difficultatibus expidere, quapropter non placet opinio, quia occulta qualitate, occultâ nimis solutionem reddit, & absque fundamento qualitatem istam configit difficultatis vitanda causa.

7 Tenent alij recentiores lucem in aere reflexam ab obseruentia prouenire, quod plus lucis habet, quam aer, in quo est reflexio; nihilominus afferunt simile non agere in simile, & obseruentia non intendere lucem aeris supra intensionem, quam in se habet. Hanc conclusionem multis componere conantur, dicunt enim, lucem in aere reflexam non esse eiusdem rationis cum luce in eodem producta ab obseruentia actione directa, neque cum illa intensionem efficere, sed diuersam constitutre: ita vt si aer habebat quatuor gradus directe productos, & postea per reflexionem tres acquirat, non ideo habeat intensionem, vt septem, sed duas, vnam ut quatuor, & aliam ut septem: explicant exemplo specie-ru imprecisarum alicuius obiecti, que in eodem subiecto directe, & reflexe, reperiuntur, absque illa intensio nyuione, & in specie expressa clarius certior, visio enim, quia directe video obiectum in se, & in eodem loco in quo est, & visio reflexa, quia illud video, in speculo, & apparet non in loco in quo est, sed in alio, non vniuert intensionem, sed duplēcē visionem adquātē distingueantur. Videant forsan prædicti recentiores duplēcē hanc lucem directam & reflexam apud illum qui penè innumerā vidit, præclarissimamque ad omnia videnda in fulgentissimo opere metaphysico effudit, sapientissimum P. Suarez, in quo plerique, ne dicam omnia, quæ magnificè commendant recentiores, propriōque Marti tribuunt, veluti ab Authorē descripta, maioribus alīs intento paucis verbis, multaque doctrina scripta reperiuntur. Legatur loco suprà citato, vbi duplēcē hanc lucem directam, & reflexam perspectivis familiarē esse testatur.

8 Censeo cum grauiissimo P. Suario suprà, duplēcē hanc lucem philosophiæ consonam non esse, neque recte philosophantium oculis videndam esse, quod sic probo. Lux illa reflexa, seu reflexe producta nihil habet peculiare, quod non habeat lux directe producta; ergo ex vtraque, eadem consurger intenso. Hanc probo: produci directe, vel reflexe nihil aliud est, quam produci in hoc loco ab agente existenti, in alio, quod nihil est, identificatum cum ipsa luce, sed presentiā lucis, & presentiam agētis, quarum una est luci superaddita, alia non solum superaddita, sed omnino extrinsecas ergo nihil habent speciale lux directa, & reflexa, ratione cuius eamdem intensionem non constituant. Vrgo, & explicō idem argumentum: sumo quatuor gradus lucis directe productos existentes in aere vicino obseruentia, i. quo sit reflexio, & tres alios in eodem subiecto reflexe productos; tres hi gradus existentes in hoc subiecto, qui modo lux reflexa dicuntur, omnino inuariati secundū suam entitatem, & secundū presentiam superadditam dicerentur lux directa, si obseruentia ad illos non conductisset, sed immediate à Sole dimanasset. & quatuor alij qui modo lux directa denominantur, reflexa dicentur, si non immediate à Sole essent producti, sed obseruentia ad illorum productionem adiuuisset: ergo eadem lux intrinsecè omnino inuariata potest esse lux directa, & reflexa: ergo lux directa, & reflexa nihil habent speciale ratione cuius ynone intensiua non copulentur.

9 Dices saltē importare lucem directam, & reflexam actiones inter se diuersas speciei, quia actio specie diuersa est, quæ procedit à Sole præcipuo agente, & à luce quæ nascitur ab speculo obseruentia. Respondeo parum referre actiones illas esse specie diuersas, non enim ex eo quod actiones specie diuersas, termini inter se vniuersae, calor enim à Sole productus, intensiua vniuersa cum calore productus ab igne, & tamen actionibus specie diuersis producuntur, si actiones à præcipuo speciem desumunt ut obiectiū necessarium est. Addo neque hanc actionem differentiam importare lucem reflexam, & directam, licet enim actio procedens à Sole specie diuersatur ab actione, procedente ab igne. Eadem actio ab speculo procedens, quæ modo est reflexa, diceretur directa, si Sol prius in eodem aere nihil produxisset, vel si procederet

ab speculo exsistente, in alio loco non Soli, sed præcipuo agenti directe opposito. Consulto dixi, si distinguenterur specie actio procedens ab speculo, & actio à Sole dimans, quia adhuc est sub luce, etiam si actiones à principiis spaciem desumant, quia actio procedens ab speculo non dimanat ab ipsa substantia crystalli, sed à luce in ipsa recepta, quæ eiusdem speciei est cum luce Solis. Quapropter si Sol simil cum obseruentia concurreret eiusdem omnino specie efficit actio, quam speculo tribuum cū actione ab ipso Sole dimanante, quia vtraque procederet à Sole, & à luce, Sol enim lucem producit in subiecto extraneo, non solum per suam substantiam, sed per lucem, quam in se continet. Imò secundū aliorum opinionem, Sol per suam entitatem non producit lucem in subiecto extraneo, sed tantum per lucem in se receptam, & secundū hanc sententiam actio, qua producitur lux in aere ab obseruentia eiusdem speciei erit cum actione qua producitur lux in eodem aere à Sole, quia vtraque procedit à luce e ciuitate speciei, & subiectum virtusque est materia prima tantum numero distincta, etiā ad diuersa in specie composita pertinet, quod nihil refert ad specificationem actionis; hoc enim non significatur à toto compósito, quod lucidum denominatur, sed à materia, quæ tantum est principium illius per se. Distinguenter autem actio productiva lucis, dimans à Sole, & ab speculo procedens, si hanc tantum à luce dimanet, & illa à luce, & à substantia Solis, quia principium adaequatum illarum specie distinguetur.

Vltimò rogo hos recentiores, cur obseruentia producat hanc diuersam intensionem in aere immediato, & illam non producat aë intermedium in alia parte aéri, vel in alio corpore. Respondet hoc prouenire ex certa, & determinata corporis dispositione, quæ se habet tanquam conditio ex parte obseruentia ad illam producētam. Hac solutio ruit tota illa intensionum diuersitas, quam hæc opinio abque fundamento construxerat, si enim obseruentia in se conditio nū includit ad illam producendam, cur hæc conditio ad maiorem intensionem à præcipuo luminoso producendam, non constituitur, vt vult Arriaga, potest referendum, minorique opera, & sine lucis directe atque reflexe hanc distinctione reflexio constitutur.

In hanc rationem vt modo dicebā incidit Arriag. disp. 3. sect. 8. subsect. 2. n. 143, quæ admissa recte reflexionem fine hac intensionum diuersitate, in eodem subiecto defendit, afferit enim reflexionem prouenire à præcipuo agente positi obseruentia tanquam conditio à Sole videlicet, posita crystallo, tanquam pura conditione, quæ Sol maiorem producit in partibus aéri crystallo vicinioribus, quam in aliis remotioribus, etiā ipsi Soli magis propinquis. Hanc conditionē contra Arriag. & prædictos recentiores reficio tanquam omni fundamento destitutam, nullum enim apparet conditionis genus quod possit obseruenti competere vt maiorem lucē producat in parte passi distantiori, quam in aliis proximiioribus; quia corpus propinquum aeri, in quo sit reflexio, non est conditio ad receptionē adiuuans, neque ad actionem, quia non est circumstantia tenens se ex parte agentis, neque ex parte passi, neque respectu mutuus inter vrumque, vel alterius ad alterum.

Hurtadus disp. 9. Physic. sect. 9. docet reflexionem prouuire ab obseruentia, quod lucem producit, in partibus aéri illi propinquis, & Soli proximiioribus, neque ideo coedit simile agere in simile: tenet enim præcipuum agens magis agere actione directe, in obseruentia remotum, quam in aere magis proximum, ratione maioris dispositionis, quam inueni in obseruentia, licet enim agens semper agat intensius in propinquum, quam in distans, ceteris paribus, libet tamen diuerso modo se habentibus aliquando magis agit in distans, quam in propinquum, quia major dispositio ex parte passi adaequat, & superat maiorem approximationem, quæ in alio reperitur.

Non dissentio ab Hurtado afferente posse ratione maioris dispositionis produci qualitatē intenſorem in subiecto distantiori, quam in proximiiori alioextremo enim quod signi applicaret lignu cuius partes proximiore frigiditatem haberent, & aliae aliquantulum remotores omni qualitate essent nudæ maiori calorem producendum esse in partibus remotoribus nulla qualitate contraria reflectente, quam in propinquioribus frigiditate calefactionem retardante, nihilominus mihi sententia Hurtadi displicerit, quia abque fundamento, & contra rationem constituit omnia obseruentia capaciora qualitatē secundū quam sit reflexio,

reflexio, quam alia corpora intermedia, quod non paucis probatur. In primis densitas reperta in obstante, non reddit subiectum capacius luce, vel alia qualitate recipienda, quia densitas, tantum est multitudine partium cum hac presentia locali; ratione cuius nulla pars intensiore lucem recipiet, quia una pars subiecti non disponit aliam ad qualitatem. Verbi gratia, dum haec pars sit agenti propria, quia eamdem qualitatem recipiet, sive plures, sive pauciores illam comitentur in eodem spatio ergo eamdem intensiōem recipiet sive corpus sit ratum, sive densum: ergo idem dicendum est de toto corpore, quia hoc non habet intensiōem ab intensiōe partium distinctam. Secundū teritas, quia ad reflexionem conducit, non potest subiectum reddere magis capax ad qualitatem recipiendam; quia teritas tantum dicit partes quādam non esse alii eminentiores, quod impertinet est ad qualitatem in singulis partibus recipiendam, nam ad hoc ut pars a existens in hoc spatio recipiat tantam, vel tantam intensiōem qualitatis impertinet est partem b illi propinquam esse eminentiorem, vel deprehensionem illarum ergo nihil est, in obstante, ratione cuius possit intensiōem qualitatem recipere, in maiori distantia, quam alia corpora intermedia magis propinquā. Secundū positiū impugnatur hæc maior capacitas; seu dispositio obstantium ad qualitatem recipiendam. Crystallus non magis capax est lucis, quam aer, & tamen reflectit crystallus, & non aëro corpora reflectit, non sunt capaciora lucis alii corporibus, non reflectentibus; consecutio est firma, posterior pars antecedens, per se pater, priorem probo. Crystallus ponatur supra chartam, charta est minus lucida, quam esset, si tantum supra se aërem haberet: ergo aëris maiorem lucem recipit, quam crystallus. Secundū, eadem crystallus intensius reflectit, quando haberet à tergo medium vivum, quod est minor, quam aer, vel alia crystalli pars, quae posset esse à tergo, quibus minus reflecteretur ergo maior reflexio non est propter maiorem capacitatē ad qualitatem recipiendam, in obstante repartam. Ultimò certum est aquam esse minus diaphanam, minisque capacem lucis, quia est aëris, nihilominus aqua est reflexua lucis, & non aëris.

§. II.

Propria sententia exponitur.

**I**n duplo subiecto lucem reflexam agnoscō in obstante, & in aere obstanti vicino, quibus diuersa principia assignabo. Sento lucem reflexam in aere, receptam prouenire ab obstante, hoc est à luce directe in obstante producta, & ab eo ipso luminoso. Ita defendo simile non agere in simile, quia licet obstante remissiore lucem directe producatur, quam aer in quo sit reflexio, obstante & principium agens, ex quibus unum principium adaequatum lucis reflexe producere in aere consurgat, illud constitutum distinſum patet, neque inconveniens est agens inadaequatum agere in palmo intensius illo, quando adiuvatur alio agente pato int̄iori, & non se habet tanquam medium eiusdem omnino rationis cum palmo, & in casu dato obstante, licet sit secundum qualitatem directam remissius aere, adiuvatur luminosum aere intensiori, & non se habet ut medium eiusdem rationis respectu aëris, tum quia est longe diuerse rationes, tum quia id medio quo agens luminosum principium est approximatim aeri independenter ab obstanti, quia inter luminosum, & obstante mediat aëris, & illo medio obstante approximatim luminoso, unde prius supponitur approximatio aëris quam obstante reflectit luminosus, & maiorem illam habet aëris, quam obstante. Quod verò partes aliæ aëris, in quibus sit reflexio sicut minus lucida, & se habeant tanquam medium ut principium agens producat lucem reflexam intensiōrem illis, nihil refert, quia potest dici has non concurrens ad lucem reflexam, sed tantum se habere ut purè medium, & non esse inconveniens Solem per medium lucidum ut duo, producere lucem ut tria, quia post medium illud remissius sunt alia agentia, quæ illud determinant ad talem productionem.

**R**estat modo rationem assignare propter quam agens principium cum obstante distante, crystallo videlicet, lucem reflexam producat in partibus aëris crystallo vicinis, & non cum aliis partibus aëris reflectat in alias propinquiores. Hanc existimno recte desumi ex densitate obstantis, ratione cuius obstante plures partes habet inter se

magis unitas, quam corpus aliud non reflectens unde qualitas, quæ est in corpore denso est magis unita, quam illa, quæ est in corpore raro, uno enim qualitatis subiecti unionem sequitur, & ratione huius majoris unitatis, & multitudinis partium agentis, principium agens determinatur ad maiorem intensiōem producendam, per modum unius principij cum partibus obstantis, & maiorem qualitatem, quam obstante in se habet, quæ determinatio, non tota tribuenda est obstanti, sed tantum completiū, prouenit enim ex simultanea existentiā, & approximatione principi luminosi, & obstantis ad quam quæ conducit existentiā, & præficiā Solis, ac existentiā, & præficiā obstantis, tribuitur tamen completiū obstanti, quia hoc posterius est principium luminosi, quod prius natura supponit.

Dixi obstantes habere in se plures partes haud magis unitas, ut hanc opinionem explicarem iuxta diuersas sententias rarefactionis, & condensationis, in opinione enim quæ asservit, rarefactionem fieri per intromissionem corpusculorum, obstante densum habet partes magis unitas, quia in raro corpuscula intromissa illud dividunt, & partes inter se localiter separantur, & licet secundum hanc opinionem in palmo aëris tot sint partes quantitatis, quot in crystallo, aliō corpore denso, si annumerentur partes aëris, & corpusculorum intromissionum, tamen non sunt æquæ unitas, & conseqüenter neque partes lucis, æqualem intensiōem habebant iuxta supradicta, & non raro, immo seu semper pauciores partes lucis erunt in palmo raro, quam in denso, quia non omnia corpuscula in illo inclusa erunt æquæ lucis capacia, sed plurima remissiore illam recipient: in opinione vero quæ raritatem constituit in maiori extensiōe, & in minori densitatem, certum est corpus ratum, habere pauciores partes quam aliud densum eiusdem mensurae.

Conclusio præficiā difficultatis, solutio est argumentis, que intenditur probari simile agere in simile, ideoque probatione non indiget, sed defensione, quam exhibeo, dum quæ contra illam possunt obici claram soluam, neque lemen probatione habet pars nostra ex impugnatione aliorum modorum defendendi reflexionem, quam omnes Puncto præcedenti efficaciter reieci. Accedit secundum hunc dicendi modum tacitè rationem reddi cur lux per specula transmissa exurat corpus ad tantam distantiam, & non ad minorem aliam, cui difficultati iuxta dicta Respondeo, partes existentes in crystallo agere per lineas rectas, & ita non omnes partes illius agunt in aërem proximum ipsi crystallo, sed in illud palum, quod certam distantiam habet ab illis, in quod influunt omnes partes crystalli, & ita per maiorem multititudinem agentium confluentia in idem pallium excitatur Sol ad maiorem calorem producendum in illo, quam in alio patto ipsi soli proximiōri. Reddidi rationem huius experientie, quia ex his principiis optimè peri potest, non quia illa possit probari simile agere in simile, ut multi intendunt abs re prædicta obiectio nem ad præsentem questionem adducentes, quia maior ille calor, qui producitur ad tantam distantiam procedit à luce, quæ est causa æquiuoca respectu caloris, & nunquam agit in simile, quemcumque calorem intensum producat.

Assignavi causam productiū lucis reflexe in aere vicino obstante, restat explicandum à qua causa proueniat excessus illæ lucis in obstante reflectu aliarum partium aëris in quibus non sit reflexio. Non esset operosum defendere, corpus obstante nullam habere lucem reflexam, neque illa excedere partem aliquam pati agenti proximiōrem, licet enim obstante appearat cum maiori luce, non inde probatur esse magis lucidum, quia potentia visiva discernere nequit inter lucem existentem in obstante in partibus aëris illi immediatis. Deinde ut bene notat Arriag. suprà num. 137. id quod perfringit oculos intuentium, quando se reverberatio in crystallo, vel speculo, aliisque corporibus reflectentibus, non est maior lux in crystallo producta, sed ipse Sol, vel radij solares aëris, quæ videntur per reflexionem specierum, sicut videtur homo in speculo per reflexionem specierum intentionalium. Nihilominus placet asserere lucem reflexam obstantis prouenire à luce reflexa in aere producta: rem explico. Sol linea recta produxit in aere vicino obstante quinque gradus lucis, & quatuor in obstante, hi quatuor obstantis ratione multitudinis agentium simul cum sole tres alios produxerē per reflexionem in aere, quibus aëris lucidus ut ostē fuit constitutus (non octonario numero modò summam

## 450 GENERAT. Controu. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

intensionem significo) & obstante tantum lucidum, ut quinque permanit, unde potest aer ratione graduum, quibus superat obstante; iterum agere in illud, illiusque lucem intendere, & id de facto praefat, quia virtutem habet ad talen intensionem producendam, & est agens necessarium quod semper agit totum id quod potest.

### §. III.

#### Argumentorum solutio.

**19** *C*ontra reflexionis modum supra assignatum ad hominem specie quidem non inefficax ita ut te offert impugnatio. Dixi simile non agere in passum aliunde simile, quia non potest conseruare gradus, quos reperit in subiecto, & alium producere, neque procedere ad nouam productionem non adhibita conseruatione graduum, quos productos inuenit: ex qua doctrina sic potest impugnari ea, quam modo tradidi de reflexione: lux in obstante recepta non potest conseruare lucem directam receptam in aere: ergo neque illam intendere. Antecedens certissimum est, quia sol media luce producta in aere producit, & conseruat receptum in obstante: ergo lux recepta in obstante in primo instanti productionis, & in secundo conseruationis, est posterior luce directa in aere recepta: ergo non potest illam conseruare: ergo neque aliam in eodem subiecto producere iuxta doctrinam traditam, quia dixi simile non intendere simile, quia non potest nonam qualitatem producere, quin antiquam conseruet. Eodem modo fit argumentum contra conclusionem, qua dixi lucem reflexam aeris, intendere lucem directam obstante, & aliam producere, quia obstante, per reflexionem intenditur. Quia in mea sententia lux reflexa aeris productur à luce directa luminosi; ergo non potest illam conseruare: ergo neque aliam in eodem subiecto producere, si verum est principium traditum, videlicet agens non agere prius de noua qualitate producenda, quam de antiqua conseruanda.

**20** Præmitto euasionem quandam, quia possem respondere principium ad aequalitatem lucis reflexæ in aere receptæ esse obstante, & præcipuum luminosum, quod lucem directam in eodem aere receptam conseruat; ac proinde etiam illam non conseruat aliud inadæquatum principium, videlicet lux recepta in obstante posset illam intendere, quia per modum unius concurreat cum præcipuo luminoso illici conseruante, & eadem ratione dicere lucem reflexam in aere receptam non posse conseruare directam obstante: posse tamen illam intendere; quia per modum unius concurreat cum principio illam conseruante, videlicet præcipuo luminoso; & sic verum teneret, nunquam causam ad aequalitatem intendere qualitatem, quam non conseruat, saltem ratione cause inadæquata inclusa in causa adæqua, non tamen cuiuscumque acquiesco euasioni, vbi clara, & aperta mihi supererit solutio.

**21** Respondeo omnem causam in actu primo potentem influere in tot gradus qualitatibus: verbi gratia, in sex gradus leuis, determinari ad conseruationem illorum, quos inuenit productos ex his in quos potest influere, quod si nullum inueniat productum, determinatur à Deo ad omnes denouo producendos, si vero aliquos illorum inueniat productos, non tamen omnes in quos potest influere, æquè primo determinatur ad conseruandos, quos productos inuenit, & nouos alios producendos. Rem explicit exemplum. Applicatur luminosum, potes influere in sex gradus lucis passo lucido ut sex, tota illius virtus determinatur ad conseruationem, quia omnes gradus quos potest recipere, productos inuenit: applicatur subiecto nullum gradum lucis habenti, tota illius virtus determinatur ad nouam productionem: applicatur subiecto lucido ut tria, determinatur æquè primo ad tres conseruandos, & tres alios producendos, quod si ex aliquo capite non portuerit conseruare tres illos, quos productos inuenit, non ideo arceret à tribus aliis producendis, quia agens æquè primo recipit singulos gradus contentos in scenario numero, quem potest actione pertingere, unde etiam aliquos ratione impedimenti non valeat proprio influxu attingere, illum præstat ad gradus alios producendos, quia virtus illa, quia si tres illos productos conserueret, tres alios producere, valet tres alios producere, etiam si illos non conserueret, non enim magis insumenta est virtus causa in conseruatione, quam intendit, & non consequitur, quam insumeretur si talem conseruationem de facto obtineret.

Ex hac doctrina, iam omnibus perspicua erit solutio precedentis argumenti: obstante lucidum ut quatuor simul cum præcipuo luminoso virtutem habet ad sex gradus producendos in aere applicatos, quem inuenit lucidum, ut quatuor, & determinatur ad quatuor conseruandos & duos alios producendos: cum vero non possit quatuor pre-existentes conseruare, quia dependet ab illis, duos alios producunt, & illius virtus frustratur, secundum inforum quatuor graduum, ad quorum conseruationem qualia in aucto primo determinatur, quamque in actu secundo præstare nequit, & excedunt in productione aliorum duorum, respectu cuius nullum est impedimentum. Eodem modo et lucidus ut sex, ex se virtutem habet ad quinque gradus in obstante iaculandos, cum vero secundum illos, quos per reflexionem acquisuit, non possit quatuor à quibus hinc producti conseruare, illos conseruat secundum illos, quos directe acquisuit, & secundum directos, & reflexos concurrit ad productionem quinti.

Obligies secundo. Si obstante simul cum luminoso intendit aërem, & aer iterum intendit obstante, poterit minus obstante iterum reflectere in aërem, quod est absurdum. Respondeo nullum deducit absurdum ex hac secunda, vel tertia reflexione obstantis in aërem, non enim interfert in infinitum processuram, nam ut probauit Pseudo præcedenti non sequitur intensionem foris infinitè augendam ex eo quod simile agat in simile, & mutuò duo agentia inter se intendantur. Nihilominus nego consequiam, ratio est perspicua: obstante postquam lucem reflexam recipit ab aere est minus lucidum aere: ergo non potest ratione sui in illum agere: neque ratione præcipui luminosi, quod determinat, ut simul cum illo, per modum unius principij producat in aere maiorem intensionem, quam habet obstante, quia iam in prima reflexione densitas hanc præstabilit determinationem, ut obstante cum illa ad maiorem intensionem concurrat, quam in se habeant partes intensas. Unde nihil est, quod possit hanc secundam reflexionem exigere, lux enim qua accrescit obstante per reflexionem factam ab aere in obstante, et valde exigua ad nouam aliam determinationem præcipuo luminoso præstandam, ut cum illa concurrat ad productionem intensioris lucis. Hæc dixi ne concederem ter querere reflexum repeti, quod si predicta solutio non omnino placuit: consequientiam admitte, consequentiam enim nihil absurdum fecum afferet.

Nota in quacunque reflexione sive simile fiat, sive simile, & iterum repetatur, semper aërem in quo fit reflexio manere intensiore obstante. Ratio est manifesta. In prima productione lucis directe aëri intensiore lucem habebat obstante: postea cum obstante cum præcipuo luminoso reflectit in aërem intendit iterum aërem, & tunc excessus aeris respectu obstantis, qui nunquam potest ab obstante compensari, quia lux reflexa postea in illo recipienda prouenient ab aere, qui quantumvis præcipuo luminoso adiuvetur numquam effectum intensiore, neque æqualem in passo non penetrato producit, quia in aere non est specialis densitas, que luminosum exciteret ad producendum cum illo per modum unius principij maiorem intensionem, in obstante remotiori, quam in ipso aere propinquiori eidem luminoso, seu præcipuo agenti.

Vltimò aduerte secundum hanc doctrinam recte rationem reddi, cur lux producta à sole per crystallum, non solidum sit intensior in partibus aëris crystallo anterioribus, sed etiam in partibus aëris post crystallum existentibus, quam in aliis partibus, præcipuo agenti propinquioribus, & à crystallo obstante, remotioribus: eadem enim ratione propter quam crystallus cum præcipuo luminoso reflectit in partibus anterioribus aëris, similiter in partibus posterioribus aëris crystalli existentibus maiorem lucem cum ipso agente luminoso, quam luminosum producerat in aliis partibus aëris sibi propinquioribus, hæc tamen maior intensio, aëris crystalli producta non dicitur reflexio, quia non retrogradatur actio ad illa producendū, neque aliquid in subiecto distantiōri supponitur ad illa productum, præcedit tamen ex eodem principio ex quo reflexio nascitur.

### P V N C T V M III.

#### De Antiperistasi.

**A**ntiperistasis dicitur actio, qua unum contrarium ad præsentiam alterius magis augetur; verbi gratia, actio,

actio, qua subiectum calidum agente frigido obsesum, magis calefit, vel frigidum calido circundatum magis frigescit. Dari hanc actionem manifesta demonstrat experientia qua putealem aquam calidorem in hyeme sentimus cum terra valde frigidâ contingetur, & frigidorem in estate cum terra nimis calida circunscriptur.

Affirmant nonnulli apud P. Soar. in Metaphysic. disp. 18. sect. 9. numero 13. tunc ipsam qualitatem intendi actione reflexa, qua res calida a suo contrario obsesta quasdam species in illud mittit, que sunt veluti instrumenta ad agendum in illud, cum verò contrario, his speciebus resistat, illæ in fum principium effectuum iterum redit, illisque calorem intendunt, ita Mar. Venet. & Alber. apud Suar. suprà. Rechè dicit Pater Soar. nos Authores incredibilia docere, & difficultatem non solvere. Oppor-teret autem, ipso nihil docuisse, quod fidem superaret, cum illa quo docent in hac re non ratione stabiliant, & tantum propter ipsorum fidem amplectenda essent. In primis superat fidem hæc agentia Physica agere per specie-rum effissionem, ad quid enim calidum species producet in frigido, cum faciliter possit calorem produce? experientia enim notum est ad presentem caloris calorem produci, & non species, qua ergo probabilitas species, species istæ singuntur? Secundo contra omnem bonam philosophiam dicitur species has non admissas a contrario in proprium subiectum redire, accidentia enim non migrant de subiecto in subiectum, & ita non nisi per fictionem apprehendi possunt euntia, & redeuntia. Tertiò quando agentia contraria immediata sunt, species istæ, quibus calidum intenditur, non producentur a calido in frigido, quia ut hæc opinio architectur frigidum illas non admittit: non producentur extra subiectum; quia agens naturale nihil producit, nisi ex presupposito subiecto: Ergo calidum illas primo producit in se ipso per actionem imman-tem: ergo non redeunt per reflexionem in suum principium. Deinde species ab amissis difficultas non solvit, quia species istæ, ut illius patroni assertur, sunt instrumen-ta agentis præcipi: ergo non possunt producere effectum ultra illam intentionem, quam agens præcipuum potest producere, neque intendere paßum, quod idem agens non potest producere, sed agens præcipuum non potest se ipsum intendere, ergo neque species ab illo productæ idem intendere possunt, non enim fortior est virtus specierum, quas produxit agens, virtute eiusdem agentis. Ultimò agens calidum, non potest, neque per se ipsum, neque mediis species intendere aliud subiectum sibi simile, ut probatum est: ergo neque poterit se ipsum intendere.

Alij apud eundem Soar. num. 15. docent contrarium à fortiori circundatum propria conservationis appetitu suā actionem intra se colligere, atque in se ipsum illam con-vertere, qua à se ipso intendunt. Hic descendit modus su-ſtineri nequit, tum quia concedit idem agere in se ipsum, tum quia contrarij presentia conditio esse non potest ad talem actionem, hec enim non iuvat ad productionem, neque ad receptionem contrarie qualitatis in subiecto proprio, potius enim contrarium resultat productioni qualitatis oppositæ illi, quam illud producere intendit. Secundò. Qualitas illa, quam agens contraria obsesum producit in se ipso, vel illi naturalis est, vel non, si naturalis est, illam producit deficiente contrario: si naturalis non est, virtutem non habebit ad illam producendam: quia nullum subiectum virtutem habet ad producendam in se ipso peregrinam qualitatem, illi non debitat, neque naturalem. Neque potest dici naturalem esse presente contrario, secus illo absente: quia presentia vnius contrarij nimis est alteri extrinseca, & proinde ratione illius non potest diuerſas petere qualitates. Deinde dici nequit aquam in hyeme ad presentiam, frigoris calorem producere appetitu propriæ conservationis; quia aqua non est productiva caloris, neque calor est conservativa, seu productiva aquæ. Rufus si subiectum calidum frigido obsesum, ideo agit in se ipsum, quia in frigidum agere nequit, quotiescumque in aliud non posset agere, in se ipsum actionem conuerter. Hinc duo dari necessum est: primum omne calidum semper in se ipsum acturum, quotiescumque non valet resistentiam frigidi superare, eti non adquædat illam superaret, sed secundum aliquos gradus, aliorum actionem quos non posset in contrario producere in se ipsum esse

reflexurum, quod manifesta experientia falsum esse ostendit. Secundum: Omne agens acturum in se ipsum quotiescumque paßum extraneum, in quod ageret, non haberet, quod ab omni veritate alienum est, aqua enim virtutem non habet conuertendi in se totum illud quod produceret in subiecta extranea, si illi essent applicata.

Huius experientiae disertè rationem reddit Pater Soar. num. 18. vbi assert duobus modis intendi qualitatem ad præsentiam contrarij, vel ab extrinseco agenti, quod occaſione contrarij ibi includitur, & detinetur, vel quia præ-occasio alterius contrarij recedit extrinsecum, quod pro-priam qualitatem expugnat, quo deficiente substantia per propriam virtutem, qualitatem, seu passionem propriam intendit. Vtrumque sic contingit: producit sol tempore æstatis in subterraneis exhalationes quadam igneas, qua tempore hyemis cum terra pori sint valde clausi foras erumpere nequeunt, & ibi detinent aquam calefaciunt. En quomodo ab extrinseco agente, quod occasione contrarij ibi detinetur aqua natura sua frigida calefit. Tempore veris, seu æstatis calore solis pori terræ aperiuntur, & ita exhalationes ab eodem sole productæ valent foras profilare, & aquam expeditam relinquunt ut natuam frigiditatem illæsam tueatur, vel ut se in eamdem iam amis-sam restituat: idem dicit de specubus, & subterraneis in quibus terra tempore hyemis his exhalationibus agitata propriam amittit frigiditatem, in quam se restituit, ut pri-mùm tempore veris apertis terrenis poris exhalationes re-cedunt. Has exhalationes produci certissimum est, sapè enim disrupta terra in ardentiissimas flamas euomunt, quod nuper anno 1632. in Vesuvio Somma monte non solum aliquorum populorum strage, & nonnullorum incolatum misero incendio, grauissimoque omnium periculo, vi-sum fuit. Materia harum exhalationum sunt aqua, & terra; causa verò, solares influxus, quibus forsitan coniunguntur alia corpora virtualiter calida, quæ in imis terra-visceribus includuntur.

## P V N C T V M IV.

*An extensio qualitatis fiat per partes aliquatas, vel proportionales quantitatis secundum eamdem intentionem & an hoc proportionaliter, vel semper aliquotè decrescat.*

Multa veniunt sub eodem capite disputanda, à plerique omissa vel sine distinctione exagitata, quapropter placet ex profeso explicare, quæ sub præfixo titulo definita occurunt.

## §. I.

*Explicantur disputanda, nonnullaque præmittuntur.*

Inquiri solet an agens agat uniformiter disformiter per partes aliquatas, vel proportionales. Agens intensio-rem producere effectum in parte passi propinqua, quam in distanti, minoremque intentionem producere, quo paßum magis distat ab illo, certissimum est in Philosophia, quod suadet ratio à priori desumpta ex maiori approxima-tionē, quæ conditio est ad operandum, & à posteriori, quia, si æquè produceret in parte distanti ac in propinqua sicut pars propinqua per qualitatem receptam est produc-tiva qualitatis in parte sibi immediata, similiter pars distans posset in alia parte immediata similem qualitatem producere, & hæc in alia, & sic in infinitum extenderetur sphæra cuiuslibet agentis, possetque exigua lucernæ totus il-luminari mundus. Tandem hoc cuique rusticō, & rationis experti notum est experientia qua maiorem calorem sen-timus, quo magis igni approximamur.

Dificilias est an agens in certa parte diuisibili subiecti producat tantam qualitatem æquè intensam in omnibus aliis partibus, in quas potest diuidi, deinde aliam remissio-rem in alia parte diuisibili, & aliquota subiecti secundum eosdem gradus in omnibus proportionalibus, quas claudit aliqua, ita ut intensio qualitatis productæ tan-tum decrescat per partes aliquotas subiecti, an verò ita per proportionales decrescat qualitas, ita ut nulla posse

452 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

aliquora assignari æquè intensa secundum proportionales, quas includit, sed semper qualibet qualitas, quamvis minima assignata, vel proportionalis mente concepta intensorem continet qualitatem, quam alia immediata ab agente distantior, & remissiore, quam alia, etiam immediata agenti propinquior. Hæc quæstio aliam virtualiter in se continet, an videlicet qualitas simul extendar in partibus aliquotis subiecti sine successione proportionalium, quas qualibet aliquora in se continet, vel an in productio- ne quarumcumque proportionalium successio interueniat & ordo prioris, & posterioris.

4 Doctores afferentes agens operari vniiformiter disformiter per partes aliquotas afferre debent extensionem qualitatis simul fieri in parte aliqua, ita ut non prius producatur qualitas extensa, neque intensa in via proportionali, quam in alia inclusa in parte aliqua, quam agens æquè intendit secundum te totam. Probabo efficacissime hanc conclusionem Contr. 6. Punct. 6. n. 21. Qui dicunt intensionem decrescere per singulas partes proportionales ex hac conclusione non tenentur alterare qualitatem extendi simul per partes proportionales, aut per aliquotas subiecti, quia successivæ, vel simul potest extendi qualitas in parte aliqua subiecti seruato decremente qualitatis vniiformiter disformiter in singulis proportionalibus. Ex hoc inferitur quod si concludamus intensionem tantum decrescere per partes aliquotas concludendum esse qualitatem per partem aliquorū simul extendi, & successione extensis, & intensionis non esse inter proportionalem, & proportionalem sed inter aliquotam, & aliquotam. Si vero dicamus intensionem decrescere per singulas proportionales, ex alio capite definitum est, an exento successuæ fit per singulas proportionales, an vero per aliquotas.

5 Alia quæstio valde præcedentibus affinis ex his laboritan videlicet decrementum qualitatis secundum intensionem fiat secundum intensionem aliquotam, vel proportionalem. Rem explico. An videlicet qualibet pars passi aliam superæ intensione qualitatis illam supereret intensione aliquota, ita ut pars A, propinquior agenti intensione aliqua vincat partem B, illi immediatam, & ab agente distantiore, an vero illam tantum intensionem proportionali exsuperet. Doctores afferentes intensionem tantum crescere, vel decrescere per partes aliquotas subiecti consequenter tenentur affirmare partem A aliquotam secundum se totam æquè intensam vincere aliquotam intensione partem aliquotam B immediatam æquè intensam secundum omnes sui proportionales, quia excessus ille est in parte determinata assignabilis, & determinatus, & proinde aliquotus, sicut omnis excessus assignatus inter duo aliquota, quæ possunt ab aliis separari, aliquotus esse debet, non enim possunt dari duas quantitates separatas quarum una vincat alteram excessu proportionali, & non aliquotus. Doctores afferentes intensionem decrescere per partes proportionales subiecti consequenter dicent intensionem secundum suam mensuram proportionaliter decrescere. Ratio enim quæ mouet ad incrementa, vel decrementa assignanda per partes proportionales subiecti, despumpta ex maiori, vel minori distantia, quæcumque illa sit, eodem modo mouebit ad affirmandum decrementa, & incrementa recipere per partes proportionales eiusdem qualitatis, hoc est per proportionalem intensionem & remissionem.

6 Questiones hec sub his terminis agitatæ partium proportionalium, & aliquotarum tantum in opinione Aristotelica constitutive continuum ex infinitis partibus, locum sibi vindicare valent: sub aliis tamen eodem modo disputationi possunt in opinione Zenonis in quo inquirendum est, an intensio decretat per singula indiuisibilia, vel an tria, vel an quatuor inæqualiter ab agente distantia: & qualem intensionem sibi sumunt, & tria immediata minorē recipiant, deinde an indiuisibile excedens aliud immediatum in intensione illud excedat vno tantum indiuisibili qualitatis, an vero tribus quatuorve indiuisibilibus, in his enim questionibus cædem proportione in utraque opinione philosophandum est.

Placuit claritatis gratia questiones has ita distincte propone, & explicare, licet omnes coincident in illam communiter agitata in inter rectiores, an videlicet agens vniiformiter disformiter operetur per partes subiecti aliquotas, vel proportionales, ex hac enim pendet alia. An videlicet quilibet incrementum intensionis sit aliquotus, vel proportionale, & similiter: An necessarij simul extendaruntur

qualitas in parte subiecti aliqua. Dicā quid alij senserint de quest. quæ reliquarum est caput, posteaque mea sententia explicata, & ex illius conclusione, & praictis fundementis quid in aliis similibus dicendum sit facile inferam.

S. II.

Hurtadus, & Arriaga referuntur, & refelluntur.

Hurtadus disput. 3. section. 3. subsect. 1. num. 14. Arriaga disput. 2. sect. 3. subsect. 1. docent agens non age- re vniiformiter disformiter per partes proportionales, neque per singula puncta, sed per partes aliquotas: pro hac conclusione argumentum do utriusque commune. Si vivens ageret vniiformiter disformiter per partes proportionales, ita successu temporis attenuabit materia alimenti, ut non maneat sufficiens pro forma panis, etiam si cōcineat partes diuisibiles, quia forma substantialis requirit certam, & determinatam materiam, ergo tunc corruptus tota illa forma panis, & in eodem instanti introducetur forma viuentis, & cum illa dispositiones omnes ad illam requirant, quia forma panis ex defectu materiae cōseruari non posset, neque materia potest esse sine forma, ac proinde necesse est ut in eodem instanti, quo corruptus forma panis introducatur forma viuentis, & cum hoc non possit esse sine suis dispositionibus necessarium erit ut in eodem instanti, quo introducitur forma introducatur dispositiones: ergo introducuntur simul in materia diuisibili: ergo agens non agit vniiformiter disformiter per singulas proportionales.

Hoc argumentum multis modis infringi potest. In primis teneo formas substantiales non viuentem non requirent determinatam materiam diuisibilem ad confirmationem, neque ad primam sui generationem, & secundum hanc sententiam augmentum procedere non posset. Dotamen has determinatam materiam requirere, & argumentum eodem modo in hos Authors contorqueo. Suppono agens agere vniiformiter disformiter, non per partes minimas, neque proportionales, sed per aliquotas: verbi gratia, per digitales, & simul disponere partem quendam digitalem alimenti, deinde aliam digitalem, vel minorem. Cur non aliquando contingit, ut alimentum per partes digitales dispositum non ita aliquando attenuetur, ut id quod dispositum non est ad formam viuentis, & manet sub forma panis sufficiens non sit ad conferuandam formam panis. Rem explico. Suppono minimum panis esse partem digitalem, & applicaram fuisse viuenti materiali panis habentem septem partes digitales cum dimidia. Suppone similiiter vivens agere vniiformiter disformiter per partes digitales. Tunc vivens primo disponet primam partem digitalem alimenti, deinde secundam, &c. quovis peruenient ad septimam, & dimidiad manebit absque dispositiōibus viuentis, deinde sine forma panis, que non poterit in illa conferuari. Dicant modo Hurtadus & Arriaga quid tunc siet? Porro eodem modo premite hac difficultas in utraque sententia.

Respondere poterunt agens disponens materiali vniiformiter disformiter per partes aliquotas digitales prædicto casu simul dispositiōrum partem ultimam digitalem ex extrema dimidia: partem digitalem, quia natura sua agit hoc modo, dimidiad aliam quia in eodem instanti, in quo pars præcedens disponitur manet sine forma panis ex defectu materie, & sine dispositiōibus illius, ac proinde in eodem necesse est illam disponere pro forma viuentis, ne materia detinat sine forma, quod facile fieri potest cum absit dispositiōes contrariae potentes resistere. Sed eodem modo respondere poterunt afferentes agere vniiformiter disformiter per partes proportionales ex natura sua, & in illo casu per accidens dispositiōrum simul partem aliquotam. Hæc in sententia quæ docet formam substantialem non viuentem requirere determinatam quantitatem in nostra vero, quæ id negat, argumentum solutione non indiget.

Arguit secundū Hurtadus & Arriaga. In prima generatione viuentis forma illius introducitur simul in materia aliquota, & determinata. ergo agens disponit simul totam illam materiam. Probat consequiam: si pridie disponeret dimidiad partem illius, pars illa disposita non posset recipere formam viuentis, quia haec requirit maiorem aliam materiam, neque retinet formam seminis, quia haec non potest subsistere cum dispositiōibus viuentis propriis seminis excellentibus. Deinde si dimidiad

<sup>11</sup> pars minimi ad formam viuentis requiritur, prius alia dimidiatur, sequitur formam viuentis produci in minori minimo, quia in eodem instanti, quo introducuntur dispositiones ad formam, introducitur forma; sed prius introducuntur dispositiones ad formam viuentis in minori minimo, quam in minimo: ergo forma producetur in minori minimo.

<sup>12</sup> Ultimum hoc telum leue est: illud breuiter excutio. Nego sequelam. Ad confirmationem Respondeo: forma viuentis introducitur in eodem instanti, in quo introducuntur dispositiones illius, non in quacumque materia, sed in materia sufficienti illam recipere, ac proinde quando haec sunt introductae in materia minori minima non introducitur forma. Deinde concedere possem absolute formam, introducitur in eodem instanti, quia omnes illius dispositiones peraguntur, quia tamen dispositiones illius sunt qualitates non tantum sub tanta intentione, sed etiam sub tanta extensione, implicari dari dispositiones viuentis in minori minimo, cum via ex dispositionibus sit extensio qualitatis per totum minimum, & integra quantitas, qua minimum constituitur.

<sup>13</sup> Primum argumentum fortius vrgit, sed Hurtad & Arriagam afferentes agens agere vniiformiter disformiter per partes aliquatas, in illos illud coniicio. Pono agens agere vniiformiter disformiter per partes digitales, & formam viuentis introducendum requiremat materiam habetem partes digitales: Tunc pars dimidia materiae minima requisite ad formam viuentis haberet dispositiones ad hanc, & careret dispositionibus requisitis ad formam panis: ergo hanc non posset retinere cuius dispositionibus caret, & illam ex defectu extensis recipere non valeat. Dicant Hurtad, & Arriag, quid tunc fieret. Et suum argumentum aperte disoluunt, interim tamen pro omnibus illud placet disoluere.

<sup>14</sup> Respondemus materiam seminis minorem minima requisita ad introductionem viuentis dispositam pro viuentis forma receptorum formam spermati, quia forma viuentis introduci non potest ex defectu materiae, ac proinde tunc forma seminis non expelletur forma viuentis, neque corrumperet ex defectu dispositionum, quia vt dixi Controversia 1. Puncto 4. forma substantialis non dependet in secundo instanti conservationis à suis dispositionibus, neque illi obsunt dispositiones contrariae, nisi quatenus incōpossibilem formam secundum afferunt, quia non adveniente præcedens forma cum illis coſervari poterit, licet in statu violēto, quia impeditur illas dispositiones producere.

<sup>15</sup> Hurtado iam deuictio adhuc vires resumit Arriaga, non nullaque experientis aduersarios impedit. Desum primam ex specieſ ſoni, videmus enim in vicina diſtātia æquè ab omnibus audiri ſonum, etiā vnuſ alio magis differt. Deinde in maiori diſtātia non æquè ab omnibus auditur, vt patet in homine ligna ſcindente, cuius prius à longe videmus iſtum, quam editum ſonum audiamus: ergo ſonus intra aliquam diſtātiam exiguum æquè celeriter, & intenſe producit ſpecies ſui, in alia verò maiori tardius ſuas diſfundi ſpecies, qua diſtātia aliquata ſunt, & non proportionales: ergo agens vniiformiter disformiter operatur per partes aliquatas, & non proportionales.

<sup>16</sup> Hanc experientiam docet Arriag, non poſſe alio modo explicari, si tamen ab actu ad potentiam confeſſionā valet plāne falſilitur: illam enim faciliè explico. Affer ſpecies ſoni contrario carere, ac proinde in eodem instanti produci in tora ſphera actiuitatis agentis, vnde prouenit, vt omnes, qui intra illam ſphera contineuntur, eodem tempore ſonum audiunt, ſicut omnia corpora, que ſunt intra ſphera actiuitatis ſolis eodem instanti illuminantur, quod autem à longe prius videatur iſtus, quam audiatur ſonus, id ē est, quia color, & lux maiorem habent actiuitatis ſphera, quam ſonus, & id ē ille qui à longe videt ellī intra ſphera actiuitatis lucis, & coloris, non verò intra ſphera actiuitatis ſoni: poſtea vero mouetur aer, qui elī ſubiectum ſoni, & magis approximatur homini qui iſtum viderat, qua approximatione conſtituitur homo intra ſphera valit ſentire.

<sup>17</sup> Hec est ratio experientia adducta, qua ſententiam Arriage nullo modo poſſet probare, quia ſonus eodem tempore percipiatur per maximum loci ſpatii, ſep̄ enim per viuuſ milliaris circumuum eodem tempore ab omnibus auditur, & breuissimum eſt ſpatium, quo ſuccēſiuſ percipi-

tur, & ſep̄ nullum, quod ſignum evidens eſt in iſtanti diſfundī ſpecies illius per totam ſphera, in qua ſub una eademque indiuisibili approximatione potest produci.

Secundam experientiam desumit Arriag. ex luce ſolis, qua ſi continenter decreceret iuxta maiorem à Sole diſtantiam, dum ad nos accedit, prope infinitum decreuerit, quia ſunt prop̄ infinita puncta inter nos, & ſolem, cum tamē illam videamus ad nos cum notabili intentione peruenire, non dicendum eſt ita continuo decreuerit. Respondeo per tot indiuisibilia lucem ſolis ad nos peruenientem decreuerit, quod ſunt puncta inter nos, & ſolem, cuius op̄ ſuſitum Arriag. non conuincit.

### S. III.

#### Duorum recentiorum expenduntur placita.

<sup>18</sup> Pro ſententia diminuente intentionem per partes proportionales à posteriori à nonnullis argumentum deſumitur: si intentione decreceret per partes proportionales ſequitur dari proportionalem extra aliquatam, quod admitti nequit, quia de ratione proportionalis eſt, cum aliis aliquotam compонere, & in illa includi. Probant ſequelam: ſi pars proportionalis eſt intensa vt octo, & alia immedia ta vt septem, aliaque vt ſex &c. intentione vt octo eſt in parte proportionali tantum, & non in aliquota: ergo datur proportionalis intensa vt octo, separata ab omni alia, ſeu intentione vt octo parti proportionalis cum nulla alia vniata ſecundum illam rationem extenſionis, quia nulla alta eſt intensa vt octo. Sic arguit de parte proportionali intentione vt septem, quia ſecundum illam intentionem cum nulla alia potest continuari: non cum ſubsequenti, quia tantum eſt intensa vt ſex, non cum praecedenti, quia eſt intensa vt octo, ac proinde cum nulla, quia nulla eſt eiusdem intentionis cum ipſa.

<sup>19</sup> Nouis nescio quis argumentum eſt meditatus, cui vi ſum fuit efficax in prima parte proportionali non verò in ſequentibus quapropter rem ita componuit. In prima parte ſubiecto producitur pars qualitatis æquè intensa per partem aliquotam extenſionis, nē detur proportionalis extra aliquotam in aliis verò decreſcit qualitas per partes proportionales, quia prima parte aliquota intensa vt octo, proportionalis immedia ta intensa vt septem vniatur cum prædicta antecedenti, septimus enim gradus caloris exi ſtensit in parte tantum intensa vt septem vniatur cum ſeptimo exi ſtenti in parte praecedenti intensa vt octo.

<sup>20</sup> In hunc recentem inſurgit alius doctri na nobilis, & clarius ingenio, illumque insignis inconſequenția damnat; & praecedens argumentum magnificat, fed quod iure recentem inconſequenția deferat, & qua ratione tanti argumentum efferaſt clare explicabo. Sic arguit: ſi immedia ta poſt primam aliquotam qualitas proportionalis decreſcit, ſequitur partem proportionalem intensam vt septem immedia tam aliquote intensa vt octo eſſe extra omnem aliquotam, patet conſequenția: proportionalis intensa vt septem eſt extra ſubsequentem intensam vt ſex, & extra antecedenti intensam vt octo: prima pars admittenda eſt in doctri na illius recentis. Secunda probatur: pars intensa vt septem adquātē diſtinguitur ab antecedenti intensa vt octo: ergo eſt extra illam. Faciliſ eſt ſolutio, ſi dicas partem intensam vt septem eſſe extra intensam vt octo, non tamen eſſe extra omnem aliquotam, ſed intra partē aliam aliquotam compositam ex ipſa, & ex parte aliquota antecedenti.

<sup>21</sup> Non latuit hac ſolutio acutum recentem, contra quam ſic arguit. Pars proportionalis non potest cum aliquota proportionalem compонere, quia id quod resultat ex determinato, & indeterminato eſt indeterminatum, ergo non potest eſſe pars aliquota, quia intrinſecē determinatio eſt. Deinde quia aliquota eſt vtrinque terminis finita, & determinata: ergo ſi illi vniuerſa pars indeterminata indeterminata maneret, & non aliquota. Terciū quia fieri nequit adhuc de potentia abſoluta, vt parti determinata fiat additio indeterminata, cum enim hac ſola produceretur iam ex parte actionis, & ex parte termini aliquod daretur indeterminatum.

<sup>22</sup> Quantis peccat diſcurſus à prima ratione validissimæ incipiant impugnatiōes. Afferit nō poſſe ex proportionali, & aliquota partem aliquoram componi. Rogo hunc recentem, an aliqua pars proportionalis detur in continuo necne: ſi negat, deſtruit ſuſitum q̄uſtionis: ſi affirmat, ergo pars proportionalis eſt in aliquota, quod ipſe proponuit:

ergo

454 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

ergo aliqua componitur ex proportionali, & aliis componentibus; ergo recte potest proportionalis aliquotam componere. Dices proportionalem posse aliquotam compонere simul cum aliis proportionalibus, non verò cum aliquota. Egregiè sanè! Arguis ex determinato, & indeterminato non potest determinatum consurgere, & dices ex duobus indeterminatis posse determinatum coalescere. Deinde sume tibi quamlibet partem aliquotam, & mente ab illa proportionalem deme, id quod remanet aliquotum est, quod cum proportionali dempta partem aliquotam componebat: ergo ex proportionali, & aliquota aliquota componitur. Res est luce clarius.

**23** Venio ad secundam partem, quā docet partem aliquotam mansuram indeterminatam, si illi addatur aliquid indeterminatum, cui facilè ex dictis suprà respondeo. Sicut enim ex determinato, & indeterminato determinatum componitur, sic indeterminatum determinato adiunctum, simul cum illo sit quoddam determinatum, ac proinde pars indeterminata determinata vniuersitatem cum illa determinata fieret habens ultimum terminum, quo tota pars composita clauderetur, quod necessariò accidit in quacumque extensione, qua non incipit à parte aliquota, sed à parte proportionali, in qualibet enim aliquota dantur plures proportionales spatium successivè occupantes: ergo antequam à primo puncto extensionis perueniamus ad percurrentem aliquotam, debemus proportionalem pertransire: ergo in continuo priùs est pars proportionalis, quam aliquota, si ab illius initiativo incipiām, ergo in quacumque aliquota, versus terminum est vniuersitatem proportionalis aliquota, cum qua aliam aliquotam seu totum constituit.

**24** Haud fortius est tertium fundamentum: assert non posse fieri adhuc de potentia Dei absoluta, ut proportionalis produceretur sola, daretur iam aliquid indeterminatum ex parte termini, & ex parte actionis. Respondi iam hanc partem produci vnitam anteriori, qua vniōne determinatam constituit: sed in isto: pars proportionalis datur & producitur; ergo per actionem proportionalem: ergo eodem modo potest inferri dari aliquid indeterminatum ex parte actionis, & ex parte termini. Dices proportionalem produci simul cum aliquota. Bellè sanè, sed cur non dicet propagator huius modi philosophandi partē proportionalem intensam vt septem produci cum anteriori aliquota intensa vt octo, cum qua aliquotam constituit, & ita non produci solam? Secundo Respondeo partem illam proportionalem productam illiusve actionem vniuersitatem aliquotæ termini, & actionis immediatè precedentis, ac proinde nunquam dari partem proportionalem actionis, seu termini separaram à parte aliquota.

**25** En hunc dicendi modum solumtum omnibus obiectionibus, quibus impugnabatur, quem ego ex alio capite longè diuerlo reicio. Eadem est ratio desumpta à priori vt agès agat vniiformiter disformiter per partes proportionales in prima parte aliquota sub' eis, ac in reliquis, & ex alio capite non sequitur proportionalem esse extra aliquotam ex eo, quod in prima aliquota agat vniiformiter disformiter per eius proportionales: ergo eodem modo aget in omnibus partibus. Prima pars antecedentis patet, quia ratio agendi vniiformiter disformiter per proportionales in partibus distantibus est maior approximatio, quam haber vna proportionalis respectu alius, sed in priori aliquota vna proportionalis est approximatio alia proportionali: ergo eadē est ratio agendi vniiformiter disformiter in priori aliquota, ac in aliis.

**26** Secunda pars antecedentis videlicet non sequi proportionalem esse extra aliquotam, ex hoc agendi modo indiget probatione, quam vt præstem pono partem intensam vt octo posse vniiri secundum omnem intensiōem parti intensa vt septem eiusdem qualitatē existenti in parte immediata subiecti, quod facile ex mea sententia non cōstituente subordinationem graduum probare potero. Quicunque gradus quem tu octauum appellas qualitatē intensa vt octo est eiudem rationis cum alio quocumque gradu extensionis vt septem existentis in parte immediata subiecti: ergo omnes octo gradus poterunt vniiri cum omnibus septem immediatè subsequentibus. Dices posse vniiri omnes diuīsiū fūmptos non tamen collectiū, quia vnitatis septem gradibus partis intensa vt octo cum aliis septem partis intensa vt septem, iam octauis, qui remaneat in priori parte non inuenies alium in sequenti cum quo

vniatur. Sanè castissimum connubium meditariis hanc graduum vniōnem, cum dicis non posse duplē gradum intensiōis vt octo vniiri gradui intensiōis vt septem, sed profectō falleris, nulla est enim ratio propter quam quilibet gradus huius intensiōis, non possit vniiri cum pluribus intensiōis sub' sequentis, sicut in intensiōe vniis gradus non solum potest vniiri alij existenti in eodem subiecto, sed omnibus aliis, quibus subiectum est commune, de facto contingere, quam plurimi aurant. Omitto commune refugium partium infinitarum proportionalis, quas se mutuō posse correspondere singulas singulis in quocumque composito, etiam si vnum alterum in aliquo excedere committunt affirmant Aristotelici, quia vnum infinitum aliud excedere non potest.

Hoc fundamento praictō sic arguo iuxta dicendi modum, de quo nuper agebam. Potest constitui pars aliquota constans ex vna proportionali vt octo, alia vt septem, alia vt sex &c. ergo potest aliqua componi ex proportionalibus omnibus inæqualiter intensis: vrgo & confimo consequens illatum iuxta prædictum modum in paflo vniuersitate, verbi gratia, tantus producitur calor æquè intensus in primo palmo, postea verò decrescit qualitas per omnes proportionales: assigno ergo palmum secundum extensiō qualitatis per illum diffusa partem aliquotam constitut, & est inæqualiter intensa per omnes proportionales: ergo datur pars aliqua per omnes proportionales inæqualiter intensa: ergo sicut hoc contingit in secundo palmo potest etiam in priori contingere, quin detur in aliquo illorum pars proportionales extra aliquotam. Confito dixi, assigno secundum palmum, non diuidio, quia si illum diuididerem diceres iuxta doctrinam suprà traditam primam partem illius palmi scilicet digitalem fore æquilateri intensam secundum omnes proportionales idem tantum illum mente ab alio præscindo in quo præcisio sine viro respectu ad palmum præcedentem non inuenio proportionalem extra aliquotam, etiam si nihil illius sit æquè intensum.

Concludo ex dictis non fore proportionalem extra aliquotam, etiam si agens agat vniiformiter disformiter per partes proportionales, in prima parte aliquota, & in subsequentibus, quia intensio vt octo, etiam si tantum repertur in parte proportionali, vniuit intensiōi vt septem, & intensiōi vt sex, & alii immediatè subsequentibus, cum quibus aliquotam constituit intra quam continetur. Ad argumentum in forma respondeo, distinguendo consequens: ergo pars proportionalis est extra aliquotam æquilateri intensam secundum omnes proportionales in paflo contentas, concedo consequentiam: est extra aliquotam inæqualiter intensam secundum proportionales, quas continent, nego consequentiam.

Obiecties intensio vt octo tantum repertur in vna parte proportionali: ergo pars proportionalis intensa vt octo poterit assignari, & erit determinata, quod est contrationem partis proportionalis. Respondeo nullam partem posse assignari adæquatè intensam vt octo, neque posse dici intensio vt octo informat hanc partem adæquatè, quia cum quilibet pars proportionalis includat in se alias intensitas, quarum una habeat intensiōrem calorem, alia non potest esse æquè intensa secundum omnes, quas in se continent, ac proinde non potest esse adæquatè calida vt octo. Secundo pars calida vt octo tantum poterat esse illa, quae est immediata agenti, sed nulla potest esse adæquatè agenti immediata, quia cum habeat prius, & posterius, inter posterius, & agentis mediat prius: ergo nulla potest esse adæquatè intensa vt octo.

Rem totam cape in approximatione vniuers corporis ad aliud. Pone tibi lignum applicatum. Hæc approximatione ligni decrescit per partes proportionales, quin vna proportionalis sit extra aliquotam, sed in aliquota, cuius omnes proportionales in ipsa inclusa inæqualiter à te diffat: ergo eodem modo intensio poterit decrescere per partes proportionales, quin reperiatur proportionalis extra aliquotam, sed intra aliquotam quarum omnes proportionales inæqualiter intensiōem recipiant. Approximationem ligni decrescere per partes proportionales euidens est, quia cum omnes partes proportionales ligni successivè spatium occupant, vna prior alia, posterior diffat per totum spatium, per quod diffat prior, & insuper per spatium proportionale quod prior occupat.

Dices, maiorem, & minorem approximationem, & distanciam

distantiam in ligno esse eiusdem omnino rationis; sunt enim partes praefertiae 'omnino' aequales quin intrinsecè una excedat aliam. Intensio autem maior, & minor inter se differunt, & intensio maior minorem superat in gradu fibi intrinseco. Video rationem disparem, nihilominus rem explicat, & probat exemplum à me adductum. Sicut enim in maiori applicatione concepimus excessum aliquem, quem in minori non reperimus, & hunc decrescentem percipimus per singulas partes proportionales, quin apprehendamus proportionalem extra aliquotam, rectè infertur non argui ex accretione, & diminutione per singulas proportionales forte aliquam extra omnem aliquotam. Deinde sicut accretio, & decretio extrinseca majoris, & minoris approximationis contingit in praesentiis, quin reperiatur pars proportionalis huius extrinsecae accretionis extra aliquotam eiusdem: sic poterit contingere accretio, & decretio intrinseca in qualitate per singulas proportionales, quia aliqua huius extrinsecae accretionis extra omnem aliquotam eiusdem reperiatur.

Inquires, casu, quo vniatur intensio vt octo partis proportionalis, cum intensione vt septem proportionalis, & an indiuisibile intermedium sit habiturum intensione vt octo, vel vt septem. Respondeo utrumque posse facile defendi: quia cum aliquis gradus partis intensæ vt septem sit vniuersus duobus gradibus intensione vt octo, poterit vnius distinctis indiuisibilis vnitius, & tunc tot erunt indiuisibilia vnitia in indiuisibili intermedio, quoniam sunt gradus in parte intensa vt octo. Poterit insuper illis vniuersi per idem omnino indiuisibile vnitium terminatum ad duos gradus partis intensæ vt octo, & ad unum partis intensæ vt septem, & tunc indiuisibile tantum erit intensum, vt septem, quia non habebit plura indiuisibilia intensio, quoniam sunt gradus in parte intensa vt septem.

Ne mireris me dixisse reperi posse plura indiuisibilia vnitia intensiois in indiuisibili quantitatibus, quam sunt gradus in altero extremo, addo non repugnare ex ratione modi utrumque extreum est tantum intensum vt quatuor, & indiuisibile intermedium esse intensum vt sex, vel vt octo per additionem vnius vnitium ad aliud, quia possunt gradus extremonum vnitri inter se non tandem vniione terminata vnius gradus ad aliud, sed pluribus vniobus eiusdem indiuisibilis gradus existentes in hoc extremitate ad plures gradus existentes in altero. Rem probo, & explico. Pono hanc partem quantitatis habere quatuor gradus caloris A, B, C, D. Poterit gradus vnius gradus A per indiuisibile receptum in puncto quantitatis, & gradus B vnius gradus B per aliud vnitium, & sic gradus C, & gradus D: quia vno in omnibus factis utrumque extreum, & indiuisibile intermedium equaliter habent intensione. Posse verò sine accretione intensiois partium poterit gradus A huius extremiti vnitri gradus D alterius extremiti per aliud indiuisibile vnitium subiectum in indiuisibili intermedio quantitatis, quia vno in vniione indiuisibile quantitatibus subiectum in eodem indiuisibili quantitatibus gradui C, & iam indiuisibile quantitatibus erit intensum vt sex, & sic rursus per aliud indiuisibile poterit vnitri gradus C, & per aliud gradus D, quibus crescit intensio indiuisibilis quantitatibus non crescente extremonum intensio. Idem dico de gradibus B, C, D, respectu aliorum quorum vno in poterit indiuisibile quantitatibus longè intensio vincere extremonum qualitatem.

Dixi non repugnare ex ratione modi, ac proinde affirmo faltem supernaturaliter posse contingere, & tamen naturaliter accidere infiior, quia illa intensio maior in indiuisibili, quam in vno que extremo a nullo agente produci valet, non ab altero extremo, quia nullum agens producit qualitatem intensiorem, quam in se habet, non ab agente extrinseco, quia hoc producit vniiformiter difformiter secundum maiorem, vel minorem applicationem, & dari nequit agens indiuisibile, quod secundum aliquod indiuisibile sibi sit magis applicatum indiuisibili passi, quam alteri eiusdem extremitate: ergo tantam intensioem producere in extremitate, quam in indiuisibili vnitio illius. Deinde de esse magis applicatum indiuisibili, quam cuiilibet extremitate: hic excessus applicationis tantum est indiuisibilis, ac proinde ad productionem vnius tantum indiuisibilis qualitatibus conducere posset.

Vltimo aduento me in hac re locutum fuisse cum Aristotelicis, qui partes proportionales appellant indeterminatas, quia continui compositionem iuxta illorum modum loquendi suppono, quem in quacunque opinione falsum iudico, quia in rerum natura nihil est indeterminatum, neque vagum, seu quod determinatum non sit, sed tantum pars proportionalis dicitur indeterminata, non quia quacunque in individuo determinata non sit, sed quia ex conceptu partiis proportionalis ut sic, non significatur determinata quantitas, sicut significatur in palmo, vel vlna, quia ablata portione aliqua ab hac proportionali quae remanet eodem modo dicitur proportionalis pars, ablata autem quacunque portiuncula ab hoc palmo, id quod remanet palmus non est.

## §. IV.

Duo alia argumenta expenduntur.

Alia mihi suborta fuit cogitatio, quia non leviter propendebam ad affirmandum, agens agere per partes proportionales uniformiter difformiter. Sic illam explico: Argumentumque ad hanc conclusionem probandum expendo. Agens produceat tantam intensioneum sub hac tantum indiuisibili approximatione: ergo agit uniformiter difformiter per partes proportionales: tenet efficacissimè consequentia, quia si ageret uniformiter difformiter per partes aliquotas eamdem intensioneum produceret intra diuisibilem approximationem maiorem, vel minorem quae reperiatur in partibus contentis inter aliquotas in qualiter distantibus. Antecedens probo. Agens calidum ut quatuor tantum producit calorem ut quatuor in passo æquæ densos, vel raro, omittit modo opinionem afferentem agens præ nimia densitate posse producere in passo raro non penetrato tantum quantum in se habet, quando est indiuisibiliter penetratum cum illo, sed penetratio dicit hanc indiuisibilem approximationem: ergo calidum ut quatuor tantum producit calorem ut quatuor sub indiuisibili approximatione. Maiorem omnes admittunt: Minor per se patet, quia si duobus corporibus penetratis volum per minimum indiuisibile mouetur altero immoto, omnes partes, & indiuisibilia illius amittent approximationem, quam antea habebant: Agens vero non producere, nisi sub hac indiuisibili approximatione tantam intensiōne, suadetur facile, quia ablata penetratione maior approximatio, quae potest esse, est immediata. Agens vero non producere tantam intensioneum quantum in se habet in passo immediato per se patet, alias in infinitum protenderet lux producta à luminoso, quia tantum produceret intensioneum quantum in se haberet in parte immediata, & hoc in alia, &c.

Rem accipe: Calidum ut quatuor tantum producit calorem ut quatuor sub hac indiuisibili approximatione, nempe sub penetratione, quae est omnium maxima: ergo tantum producere calorem ut tria sub alia indiuisibili approximatione, idem dico de calore ut duo: ergo non agit uniformiter difformiter per partes aliquotas, quia si per has ita ageret sub diuisibili approximatione, quæ magis, & minus recipere, eamdem indiuisibilem intensioneum produceret.

Ve primum hæc cogitatio mentem occupauit, maxime pere arrisit, sed te attente inspecta non premor argumento. Respondeo principium efficiens uniformiter difformiter per partes aliquotas producere tantam intensioneum sub diuisibili approximatione respectu aliquarum partium contentarum in parte aliquota, non vero totius partis aliquotæ in qua producit æqualem intensiōne, exempli gratia: Hoc agens calidum producere quatuor gradus caloris in primo palmo immediato, si palmus immediatus habeat minorem aliquam approximationem, quam haberet quando est immediatus quantumvis illa minima sit, iam agens non producere calorem ut quatuor in toto illo palmo, quia si palmus separatur ab agente per partem aliquam quantumvis exiguum, iam totus ille non remanet intra sphæram, in qua agens producere æqualem intensiōne, quia tanta pars palmi, quantum fuit motus, vel quanta fuit distantia per quam motus fuit factus constituit extra diuisitatem palnum, in qua agens producere calorem æquæ intensum: ergo agens non producere calorem æquæ intensum, quantumvis agat uniformiter difformiter per partes aliquotas.

456 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

S. V.

Difficultatis definitio.

Dico primò qualitatem in primo instanti, quo sablem 41 etiam incipit illam recipere necessario extendi per partem aliquoram subiecti, & intendi per intentionem aliquoram in qualibet parte proportionali subiecti. Hec conclusio non potest inter Aristotelicos dubitari, quia si in illo instanti extenderetur per partem proportionalem subiecti, vel intenderetur intentione proportionali in aliqua parte, daretur in illo instanti intentione, vel extenso proportionalis qualitas separata ab aliquo, quia in illo instanti nulla datur qualitas præter illam, quæ in ipso producitur: ergo si illa est tantum proportionalis absque aliquo remanebit.

Posses obiciere nos dixisse intentionem vt octo viius 44 partis proportionalis subiecti posse vniuersum cum intentione vt septem alius proportionalis, & sic cum aliis partem aliquoram componere: ergo etiam datur pars aliquata subiecti, quarum proportionales tantum habent proportionalem intentionem, possent ha proportionales intentionem aliquoram componere. Respondeo negando consequientiam, vel distinguendo consequens. Possent aliquorum extensionem cum proportionali intentione componere, concedo consequientiam. Possent aliquam intentionem aliquoram componere, nego consequientiam. Ratio est facilius. Ex duabus intentionibus existentibus in diversis partibus subiecti non sit una major intentione, hec enim recipit indiuisibiliter subiectum omnino idem. Nos vero cum diximus intentionem vt octo existentem in parte proportionali subiecti cum intentione vt septem vniuersitatem in parte immediata, & sic cum aliis ad aliquatas componendam, locuti sumus de aliquo extenso, quæ sit partibus existentibus in diversis partibus subiecti, non vero de aliquo intentionis, quia in mensura intentionis qualitas vt octo in quacunque proportionali subiecti, vel indiuisibili constitutur, est aliquota, & non proportionalis.

Dico secundò: in mensura durationis sive diuisibilis 45 sive in diuisibili, potest qualitas extendi per partem aliquam, & aliquotè intendi secundum illam partem subiecti, quæ in prima mensura qualitatem receperat. Prior pars conclusio probanda est ex virtute agentis, quæ qualitate contraria deuicta, & in primo instanti corrupta, non est cur ad partem proportionalem subiecti denique faciendam adstringatur, quin suam actionem possit ad nouam aliquoram pretendere, cum oppositum suadat maxima aliquorum agentium celeritas, quæ singulis instantibus terminos qualitatis producunt, & brevissimo tempore per longum spatium percurrent. Eadem ratio posteriori partem conclusio suadet quam efficacius probabo conclusione sexta. Ex his duabus conclusionibus non infertur iuxta supradicta S.t. agens agere uniformiter disformiter per partes aliquotas, neque proportionaliter. Pergo vltiuersus.

Dico tertio. Agens agere uniformiter disformiter per 46 partes proportionales. Hæc conclusio probanda est partim ratione negativa, partim positiva: ratione negativa probatur ex solutione argumentorum, quibus intendit probare agens agere uniformiter disformiter partes aliquotas, quæ omnia proposui, & solvi. Hoc prædicto fundamento, ratio à priori positiva maiorem vim habet ad probandum agens agere uniformiter disformiter per partes proportionales. Illam expendo inter quacunque proportionales successiue locum occupantes est maior & minor distantia ab agente: ergo erit maior, vel minor intentionis effectus: ab illo in ipsis producti. Probo consequentiam: ideo agens magis agit in hanc aliquoram, quam in illam, quia est illi propinquior, sed similiiter quicunque proportionalis est propinquior agenti, alia fibi inmediate, inter quam, & agens ipsa interiaceat: ergo magis agit in ipsam, quam in alienam.

Dices partem aliquam habere maiorem approximationem aliquam, quæ conduceat ad intentionem effectus, partem vero proportionalem non habere maiorem approximationem aliquam, sed proportionalem respectu partis proportionalis subiecti immediatæ, quæ maior approximatione non conduceat ad effectus intentionem. Contra te argumentor. Maior approximatione aliquota datur ad maiorem

aliquotas in parte aliqua adequa sub approximatione recipiente magis, & minus, sed sub hac indiuisibili in tota parte adæquata sumpta, & sub diuisibili in aliquibus partibus illius. Hoc quidem contingit in passo penetrato, quod si sit palmare, & penetratur cum agente palmari, in totum illud ager quantum in se habet, si vero penetrationem amittat per partem aliquam valde exiguum, agens producet quantum in se habet in partibus penetratis, non vero in illa, quæ per amissionem penetrationis constituta est extra sphæram diuisibilem in qua calidum ut quatuor calorem ut quatuor producit.

39 Ad illud, quod additus penetrationem confidere in indiuisibili, Respondeo hanc numero penetrationem, & penetrationem adæquatam huius palmi cum illo indiuisibili confidere: non vero penetrationem inadæquatam palmi ad palmum, quia praesentis recipientibus diuersa spatio possunt partes huius palmi penetrari cum his, vel illis partibus aliis palmi existentes semper in eodem spacio.

40 Posses instare, indiuisibile quantitatis (demonstramus hoc mente præcium à reliquo, vel re iuxta Zenonis sententiam) calidum ut quatuor tantum producet calorem ut quatuor in indiuisibili penetrato & non immediato: ergo tale indiuisibile non producet eamdem intentionem per spatium diuisibile: ergo non agit uniformiter disformiter per spatium aliquotum. Respondeo indiuisibile præcium à partibus adhuc penetratum cum passo forsitan non productum quantum in se habet ratione paruitatis materiae, dato tamen totam suam intentionem in passo penetrato, & non in immediato producere; tantum infert agens indiuisibile non agere uniformiter disformiter per partes aliquotas, quia cum indiuisibile sit indiuisibilem habet sphæram ad tantam intentionem, non vero agens diuisibile, quod sphæram potest habere diuisibilem ad eandem intentionem, iuxta illius diuisibilem naturam. Hæc sententia Zenonis si iuxta illam indiuisibile potest realiter separari ab aliis. In sententia vero Aristotelis quantumvis indiuisibile mente prescindatur realiter est coniunctum cum partibus, à quibus indiuisibili procedit actio ab indiuisibili simul proueniens.

41 Aliud occurrit difficile argumentum à posteriori de sumptu in sententia Aristot. contra modum agendi uniformiter disformiter per partes aliquotas. Do illud: sequitur ex hoc modo agendi extensionem non posse fieri successiū, adhuc per minimam partem proportionalem temporis, quia in qualibet harum sunt infinitæ proportionales: ergo si in qualibet proportionali temporis extenditur successiū qualitas, extenditur per infinitas aliquotas. Probo consequentiam. Si agens agit uniformiter disformiter per partes aliquotas quotiescumque qualitas adquirit intentionem, illam adquirit in parte aliqua subiecti, quia simul necessariò producenda est tota extensio qualitatis in parte subiecti, quæ aqualem respicit intentionem: ergo si per infinitas partes adquirit qualitas in qualibet nouam extensionem, adquirit infinitas extensiones aliquotas: ergo qualitas erit infinitè simpliciter extensa, si illius extensio sit successiū, & continuè in minima parte proportionale temporis.

42 Totam illationem huius argumenti legitimam esse existimo: illam tamen concedere nullum esse inconveniens nonnullus existimabit, sed ex illa posse argere: Extensionem non potest produci successiū: ergo non poterit produci continuè, seu in mensura continua: ergo non potest produci in parte temporis, quod non concedes: Probo consequentiam. Productio facta in parte temporis est essentialiter successiua, quia pars temporis essentialiter habet prius, & posterius, & est essentialiter continua, quia essentialiter dicit uniones partium, alias non esset pars diuisibilis, sed purum indiuisibile, seu eorum aggregatio: ergo productio facta in tempore est continua, & successiua, sed extensio non potest produci continuè & successiū: ergo non potest fieri in tempore. Respondeo productionem factam in tempore essentialiter esse successiua extrinsecè, & ratione measuræ, in qua sit, hoc est, fieri in mensura successiua, non tamen includere successionem intrinsecam, hoc est fieri unam partem priorem alia, quia sicut actio in diuisibili terminum diuisibilem recipiens, v.g. productio Angeli fieri potest in tempore diuisibili habente prius, & posterius, & tamen ipsa fieri tota simul, sic actio diuisibilis potest ex parte sui fieri sine ordine prioris, & posterioris tota simul in mensura habere prius, & posterius.

maiorē intensionem aliquotam: ergo maior approximatio proportionalis deferuerit ad maiorem intensionem proportionalem, eadem enim est à priori triusque approximationis ratio, cum proportione maioris approximationis aliquotæ ad maiorem intensionem aliquotam, & maioris approximationis proportionalis ad maiorem intensionem proportionalem.

<sup>49</sup> Dices hanc esse naturam agentium ut actione decrecent, posita maiori distantia aliqua, & non posita maiori distantia proportionali. Contra tamen, quia sine fundamento ad asylum naturæ agentium recurrit, cùm à posteriori ribi non innoteſcat, quia vt dixi nullum est argumentum posticum à posteriori sumprum, quod hanc conclusionem probet. Deinde ratio à priori oportit suadet: ergo huic standum est: & non illam obiciere possumus recurrentes ad naturam agentium, quam ex nullo capite talem esse conjectari valemus.

<sup>50</sup> Eandem rationem à priori expendo, & vrgeo, & probo agens non posse agere uniformiter disformiter per partes aliquotas, verbi gratia, per palmos. Sicut se habet in approximatione, seu distantia primus digitus secundi palmi ad ultimum digitum primi palmi, sic se habet ultimus digitus primi palmi ad penultimum digitum eiusdem primi palmi: sed primus digitus secundi palmi minorem calorem recipit, quā ultimus digitus secundi palmi: ergo ultimus digitus primi palmi minorem calorem recipiet, quā penultimus eiusdem palmi. Maior per se patet, quia sicut primus digitus secundi palmi distat ab agente per unicus digitum magis, quam ultimus primi palmi, sic idē ultimus distat ab eodem per alium digitum, magis, quam penultimus eiusdem palmi. Minor negari nequit, quia cùm agens agit uniformiter disformiter per palmos in secundo palmo decessit actio: ergo primus digitus secundi palmi minorem intensionem habet, quam ultimus primi. Consequentia à paritate raritatis defumpta à priori efficitur.

<sup>51</sup> Dicendum est quartò, intensionem secundum se decrecere proportionaliter, hoc est, intensiones duarum partit proportionalium immediatarum, proportionaliter se excedere, & non aliquotè. Hac conclusio inferatur necessariò ex præcedenti, iuxta dicta §. I. quam rufus probo. Si quilibet pars proportionalis subiecti excederet aliam proportionalem intensionem aliquotæ, daretur qualitas infinitè intensionis secundum partes aliquotas in quocumque subiecto ab agente extrinſico qualitatem recipiente. Consequens est falso: ergo antecedens. Consequentiam probo: excesſus fit secundum infinitas partes proportionales: ergo crescit excessus secundum infinitas partes, si incipiamus illas percensere cùm quacumque parte aliquota distanti ab agente versus illud: ergo si cresceret secundum intensionem aliquotam, in quilibet parte cresceret secundum infinitas intensiones aliquotas: ergo cresceret secundum intensionem simpliciter infinitam.

<sup>52</sup> Dico quinto: Aliquando augmentum extensionis qualitatis fieri poterit secundum partem proportionalem. Hac conclusio constat ex dictis §. 4. vbi probauit posse addi aliquotæ parti partem aliam proportionalem, non addita aliquota; & ita de facto contingere in fine actionis probabilis iudicio, in quo antequam actio penitus subtrahatur, ita languescet, vt ad proportionalem extensionem tantum se valeat explicare; ruror etiam ad hanc conclusionem, vt concedere possimus alterationem continuè, & successivè posse extendi per aliquam temporis mensuram.

<sup>53</sup> Dico sexto: Quotiescumque qualitas denuò extenditur ad quacumque partem subiecti, sive proportionalem, sive aliquotam, producenda est aliquota intensionis in parte subiecti omnino nudi qualitate producenda, in qua facta est noua extensio, & in omnibus aliis agenti propinquioribus. Prior pars conclusionis probanda est eadem ratione, quia primam conclusionem probauit, quia si illo instanti, seu illa mensura temporis, quecumque sit, in parte subiecti ad quam qualitas extenditur, produceretur proportionalis intensionis, daretur illa fine aliquota, cùm intensionis talis partis non vniatur cum intensione aliarum in ordine ad intensionem maiorem faciendam, sed tantum in ordine ad extensionem intensionis, quæ in partibus aliquotis, vel proportionalibus supponitur. Posteriorē partem conclusionis ex priori clarè infero. Agens in quacumque mensura magis producit in parte propinquā, quam in di-

stanti, sed in parte subiecti distantiori ad quam ultimè se extendit actio, producit intensionem aliquotam; ergo etiam producit aliquotam intensionem, & maiorem in partibus sibi proximiōribus. Huic posteriori parti non ita firmiter adhaereo, sicut priori propter argumentum, quod iam propono.

## §. VI.

Difficile argumentum expendo.

<sup>54</sup> C Ontra posteriore partem ultima conclusionis tractatæ difficultissimum moueo argumentum, non propter illam defendandam, de quo parum curarem, sed quia nobis occasionem præbebit dilucidam explicandi doctrinam, & nonnulla tradendi omnibus difficultatibus huius materiæ valde utilia. Diximus produci intensionem aliquotam in mensura proportionali, in qua extenditur qualitas ad nouam partem subiecti, & hanc non solum produci in parte subiecti, in qua noua fit intensionis, etiam in partibus anterioribus, ex quo inferri videtur produci infinitam intensionem in partibus antecedentibus, seu præcedentibus illam, in qua fit ultima extensio qualitatis aliquotæ intensionis. Sequelam probo: Extensio successiva vel fit continuè, vel non: si fit continuè, fieri per infinitas partes temporis, in quarum singulis producenda est intensionis aliquota in parte subiecti, ad quam fit extensio: ergo si in eisdem temporis mensuri aliquota producatur in omnibus partibus anterioribus, producentur infinitæ partes aliquotæ intensionis in quacumque parte anteriori: ergo omnes erunt infinitæ intensiones.

Si dicas intensionem non fieri continuè, sic arguo. In mensura proportionali in qua fit extensio qualitatis ad hanc partem subiecti, producitur intensionis aliquota in partibus anterioribus: ergo in singulis proportionalibus quibus fuit extensio interrupta, producita fuit in eisdem partibus aliquota intensionis. Probo consequentiam: Eadem virtutem habuit agens ad producendam qualitatem in partibus temporis proportionalibus, quibus extensio fuit interrupta, atque in parte temporis, in qua extensio producitur; in quo magis potuit producere in mensuris præcedentibus extensionem, quam in mensura in qua fit extensio, quia quo major qualitas est producta ab agente; maiore virtutem impedit ad conservationem qualitatis antea productæ: ergo minorē poterit exercere in noua productione, & minorem effectum de novo producere valebit; sed in mensura, in qua extensio producitur, agens producit in partibus anterioribus nouam intensionem aliquotam: ergo in qualibet mensura præcedenti ipsam extensionem, seu in qualibet mensura, in qua extensio fuit interrupta produxit qualitatem aliquotam in partibus anterioribus: sed mensurae proportionales quibus extensio fuit interrupta, fuerunt infinitæ: ergo agens producit infinitas partes aliquotæ intensionis in partibus subiecti præcedentibus partem, in qua fit extensio.

Concluderet illatio, si probaretur agens continuè producere intensionem in eisdem partibus subiecti indiuisibiliter sumptis præcedentibus partem, ad quam in mensura sequenti extenditur qualitas: cùm vero dicendum sit Controversi. 7. Punct. 6. & 7. intensionem non fieri continuè, nisi in partibus valde propinquis agentibus, nullo modo tenet illatio, quia licet in omni mensura fuerit producta aliquota intensionis, & mensuræ fuerint infinitæ, cùm haec aliquotæ intensiones non fuerint productæ in eadem parte indiuisibili subiecti, non continuantur versus intensionem, & ita non possunt aliquotam simpliciter infinitam constitueri, neque ex eo quod continuantur versus extensionem, inferatur aliquod simpliciter qualitatis infinitum, quia versus intensionem habent tantum mensuram proportionalem, & ex infinitis mensuris proportionalibus extensis non resultat necessariò extensio aliquota simpliciter infinita.

Non contemnenda solutio, sed adhuc difficultas non exhaustur. In parte immediata agenti intensionis est continuta, sed in illa parte producitur intensionis aliquota in mensura proportionali, in qua qualitas extenditur ad nouam partem subiecti: ergo eodem modo producetur in aliis mensuris proportionalibus præcedentibus extensionem, sed mensuræ sunt infinitæ: ergo producetur infinita extensio in parte subiecti, in qua qualitas continuè inten-

57

Q. q

Quantis

## 458 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

**57** Quantis premimur propter hanc partium infinitudinem defendendam. Neque fateri puderit hoc argumentum premi, propriis enim viribus, & propriis debellor armis; haec enim nullus hucvsque dissipavit, neque mouit. Respondeo, omnem intentionem illius partis in qua ab initio actionis, continuè producitur consummatam esse antequam qualitas extensio incrementum aliquod recipiat, ac proinde in mensura, in qua qualitas de nouo extenditur nihil produci in illa parte subiecti, in qua intentione est continua, & in illis mensuris proportionalibus, in quibus sicut continua intensio, tantum siue in singulis producunt proportionali intentionem. Neque refert agens postea intentionem aliquotam producere in mensura proportionali in partibus distantioribus subiecti, quia cum in primo instanti applicationis qualitatem valde intensam produxit in parte propinqua, quam in secundo tenetur conseruare, non potest in eodem secundo aliam partem aliquotam de nouo producere, in reliquis vero paribus distantioribus, cum remissione qualitatem agens primo produxerit, postea potest intentionem aliquotam in mensura proportionali producere.

**58** Hec sunt, quae pro solutione praecedentis argumenti ex proprio penore alieno destitutus ministrare valeo, quae si tibi omnino non placeant, posteriore partē conclusionis non defendendam suscipias, sed dico, produci semper intentionem aliquotam in parte subiecti, in qua denud extendor qualitas, non vero in anterioribus. Ad illud quod adducitur agens in quacumque mensura intensorem effectum producere in parte proximiōri, quam in distantiori. Responde hoc verum esse, si computetur producō, & conseruatio partis anterioris cum productione posterioris, non vero si prima productione facta in illa mensura solum conseruantur, quia hoc nulla ostendit experientia, neque ratio aliqua coniunctere valebit, imo poterit optima negata partis adduci, quam ex doctrina tradita paucis accipe.

**59** Agens in mensura praecedenti extensem produxit qualitatem in partibus anterioribus, quam tenetur conseruare, dum per productionem nouae partis qualitatis illam extendit: deinde per se loquendo eadem virtus requiritur ad producendum, quam ad conseruandum: ergo maiorem qualitatem producere valebit in parte subiecti, in qua nullam prius productam conseruare tenetur quam in alia, in qua non solum ad nouae qualitatis productionem, sed ad antiquam conseruationem debet attendere. Neque maior approximatio sufficit, ut antiquam qualitatem conseruer in parte anteriori, & eadem aliam producat cum producenda in posteriori minus approximata, satis enim approximationi datur, cum propter illam semper maior intensio in parte proximiōri, quam in distantiori reperiatur, etiā non in quacumque mensura, maior semper qualitas primo producatur in parte proximiōri, quam in distantiori.

### P V N C T V M V.

#### De actione, & reactione.

##### S. I.

###### Difficultatis status.

**1** Omne agens agendo repati Philosophi omnes uno ore pronuntiant, explicandum est quid reactio, quid vero repatio dicatur: Reactio est actio proveniens ab agente, quod patitur à subiecto, in quod agit contrariam qualitatem illi, quam producere, in minori tamen intentione. Repatio est passio agentis in subiectum, à quo patitur contrariam qualitatem in maiori intentione. Vno verbo. Mutua actio, actio & reactio dicitur; fortior dicitur actio, & remissior reactio. Et passio mutua (intellige semper iuxta qualitates contrarie oppositas) passio, & repatio nominatur intensior passio, passio simpliciter dicitur; remissior vero repatio nominatur. Vnde agere, & reagere, pati & repati est mutuo agere, & mutuo pati secundum qualitates contrarias.

**2** Dari reactionem inter agentia contraria tota tenet Philosophorum schola, quod tradunt Comibr. i. de genere, q. 3. art. 3., referentes pro hac sententia D. Thom. Theismus Heruſeum, & alios ex antiquis. Hanc conclusionem frequens demonstrat experientia, qua videmus, quod si cor-

pus calidum frigido applicetur, calidum aliquid amittere calor, & acquirere frigiditatis, & frigidum aliquid calor, acquirere, & frigiditatis amittere. Idem ratio a priori manifeste probat. Corpus calidum habet virtutem agentis in frigidum: ergo etiā patiatur ab illo ager in illud. Probo consequētiā. Passio in agente non est impedimentum ad agendum in aliud subiectum, quia etiā corpus calidum per passionem frigidum aliquid caloris amittat, reliqui gradus manent cum virtute ad agendum; ergo poterit calorem producere in alio agere frigido, quod ex nullo capite est impeditum ad recipiendum calorem, actio enim ab illo dimicā intrinsecē in alio recepta impedimentum non est ad hoc, vt ipsum passionem in se sustineat. Idem argumentum fieri potest, de frigido respectu calidi.

Dubitari potest, an omne agens in agendo repatiatur. Multus est Arriag. disp. 3. sect. 12. vt probet non omne agens in agendo repati neque repationē esse de ratione agentis, & refert nescio quos suppresso nomine oppositū afferentes, incognito tamen hoste pupille Arriag. Communis sententia affirmat repationē non esse de ratione agentis, ut patet in agente productivo qualitatis contrario carentis. Ita docet Conimb. suprā art. 4. ex Arist. 7. Physic. c. 5. text. 39. quod probo a priori. Passio, quā ignis patitur, nullo modo potest illum iuare ad agendum: ergo de ratione ignis vt agentis non est repatio, seu reactio subiecti circa quod agit. Secundū, si calidum, & frigidum applicaretur, & Deus non concurredit cum frigido ad productionē frigiditatis, calidum naturaliter ageret in frigidum: ergo actio ex se non petat reactionem contrarij, neque connexionem habet cum reactione agentis. Tertiū, si applicentur calidū & frigidū vtrumque valde extensem, poterit totum frigidum esse intra sphēram actiuitatis calidi, & calidum esse secundum se totum intra sphēram actiuitatis frigidū, quia frigidum minorem habet actiuitatis sphēram, vel quia calidum est magis extensem: tunc pars ultima calidi ageret in frigidum, & non reparietur: ergo potest dari actio sine reactione.

Vtīm si agens calidum applicetur frigido habent minimum requisitum ad operandum non potest aliquid pati ab illo: ergo potest dari actio sine reactione, aut repationē. Probo antecedens. Calidum, vel agit in frigidum, vel non agit: si non agit, dabatur actio frigidū sine reactione calidi. Si agit corrumpt̄ aliquid frigiditatis: ergo frigiditas remanens nihil potest agere, quia iam est minor minima requisita ad operandum, antē enim erat minima requisita ad operationem: ergo datur actio sine calidi sine reactione frigidū: ergo datur actio sine vila reactione, aut repationē.

##### S. II.

###### Nonnulla expenduntur argumenta.

**O**biciens primō: Agens calidum, & frigidum mutuo applicata, vel sunt virtutis aequalis, vel in aequali: si sunt aequalia virtute neutrum ageret, si alterum aliud superaret, agens tantum excedens in aliud poterit agere: ergo nunquam potest dari actio & reactio. Respondeo in vitro que casu vtrumque agens posse agere in aliud, dicam enim Controv. 6. Punct. 3. frigidum minus fortē posse agere in calidum fortius, & in alio subiecto calido fortiori resistente, quia minori effectu producendo ab agente remissione compensatur major virtus fortioris agentis, facilius enim frigidum vt quatuor producit gradum unum frigiditatis adhuc resistente calido, vt octo, quam calidum vt octo conseruat, vel producit septem gradus caloris contrarie frequentiam frigidi vt quatuor.

**O**biciens secundō: Si potest dari mutua actio, & reactio, idem passim fore mouendum moribus contrariis, quia si ignis amittens octauum gradum caloris producit aliud in aqua in eodem instanti, in quo frigiditatem recipit, poterit eundem in se producere, quia non maior virtus requiriatur ad producendum calorem in se ipso, quam in altero: ergo in eodem instanti, in quo recipit frigiditatem, ab agente extrinseco poterit in se ipso calorem producere. Dices in illo instanti non posse producere calorem, quia non potest expellere frigiditatem in illo instanti producendo, nil enim potest produci, & expelli in eadem mensura. Contrā tamen: ergo fatem in mensura sequenti poterit calorem in antecedenti amissum recuperare, & impedit productionem secundi gradus, vel potius in prima mensura impedit productionē primi gradus frigiditatis, & vites impendere in conseruatione octauū gradus caloris in se ipso, quas

quas adhibuit ad producendum primum gradum caloris in alio subiecto.

Melius responde ignem non posse producere calorem in se ipso in instanti, in quo recipit frigiditatem ab alio, quod constat à posteriori, quia si posset in praesentia contrarij nouum gradum caloris producere, posset illum conservare, quem amissit per introductionem frigiditatis, vel saltem in secundo instanti expellere primum gradum frigiditatis productum in primo, ita ut nunquam duplex gradus caloris remitteretur, cum verò non possit gradum conseruare, nec iam corruptum statim recuperare contrario praesente, sicut non posse aliud producere. Rationem à priori huius conclusionis sic ostendo. Ignis in praesentia contrarij quando amittit octauum gradum caloris conseruat supremos superstites, & occupatus in conseruatione horum apud se ipsum non potest aliud in se producere: in subiecto vero, in quo primum productus nullum conseruat, quando verò secundū introducit, licet primum conseruat tamen minus in subiecto extraneo conseruat, quam in se ipso, quapropter potest magis de novo producere. Ex his solutio patet ad confirmationem argumenti, dico enim non requiri maiorem virtutem per se loquendo ad producendum in alio subiecto, quam in se ipso, aliquando verò requiri maiorem virtutem ratione graduum productorum in se ipso, & non in alio, vel ratione virtutis iam exercitae circa se ipsum, & non circa aliud. Nec ex eo quod maior virtus requiratur ad conseruandum quatuor gradus, & unum producendum in se ipso, quam ad producendum unum in alio, infertur absolute maiorem virtutem requiri ad producendum in se ipso quam in alio respecte eiusdem effectus, quia conseruatio quatuor graduum, & productio unius recipiunt pro effectu quinque gradus caloris, productio vero unius tantum respicit pro effectu unicum gradum.

Obiectio tertia: Agent calidum applicatum subiecto frigido extenso producit prius, v.g. in primo instanti calorem in partibus propinquis, & postea in distantibus eiusdem, vel saltem maiorem intentionem in propinquis, quam in distantibus: ergo partes distantes, qua in secundo instanti agant in principium contrarium agentis, poterunt agere in partibus sibi unitas proximiores agenti, & illis restituere intentionem deperitam in instanti praecedenti. Probò consequentiam. Non maior virtus requiritur ad agendum in agentis principium non unitum, ac in partibus propinquis sibi unitatis partes distantiores agunt in agentis principium: ergo poterunt agere in partibus eiusdem passi sibi unitas.

Hoc argumento vtuntur constituentes subordinationem gradum, quod tam in sua opinione putant soli posse, iuxta quam dicunt parte passi non posse producere in parte immediata gradum caloris, quem potest in passo distanti, quia in hoc producendus est primus, vel secundus gradus, in parte vero immediata, si aliquis producendus esset debebat esse sextus. Vel septimus, qui longè perfectiores sunt secundo, vel tertio, ac proinde produci non possunt à parte producente imperfectiores alios. Admitto solutionem iuxta hanc opinionem, que nonnullam adhuc habet difficultatem, quia maior illa perfectio effectus producendi in parte proxima compensari poterat maiori approximatione subiecti; nego tamen hoc argumento probari subordinationem gradum, sine hac enim claram, & adquate argumenti solutionem adhibeo.

Nego consequentiam, & rationem reddo cur partes distantes passi non possint agere in partes eiusdem passi sibi unitas, & possint agere in agentis non unitum, & magis distans. Ad hoc ut calidum agat in aliud necessum est, ut habeat tam excessum calorem determinatum respectu illius, in partibus vero passi unitas nulla durat, quia habeat tantum excessum respectu partis sibi immediate, quantum requiritur, ut agentis agat in passum ac proinde nulla potest agere in aliam: agentis enim calidum haec proportione calefacit subiectum frigidum, pon hoec fuisse frigidum ut octo, in prima parte productum calorem ut tri, in secunda ut duo, in tercia ut unum, & nil in quarta. Quarta pars frigidi non potest agere in tertian, quia tantum illam supera unico gradu frigiditatis, quem tantum amittit, neque tercia in secundam, neque secunda in primam propter eandem rationem. Eadem tamen partes possunt agere in contrarium agentis, quod iuperant frigiditatem determinata, & requisita ad agendum, licet enim, per se loquendo non requiratur major virtus ad agendum in agentis contrarium, quam in partem unitam eiusdem subiecti, tamen hic, & nunc par-

tes passi possunt agere propriam rationem dictam in agentis contrarium, non verò inter se ipsas remotiores in propinquiores agenti.

Obiectio quartus: Calidum ut octo producit calorem in passo frigido in primo instanti applicationis secundum omnes gradus caloris; ergo in illo instanti, in quo agit non reparatur, quia in instanti in quo omnes octo gradus concurrunt ad actionem nullus eorum potest expelli, alias aliquis eorum produceret in instanti in quo expellitur, & consequenter in instanti in quo non est. Eodem modo potest argui in aliis instantibus. Responde: Arriaga ignem in aliquibus instantibus agere, in aliis verò cessare ab actione, in quibus reputatur ab agente. Dat morulis in alteratione, nescio quo fundamento hanc correspondentiam inter actionem, & passionem constitutus Arriaga, quā veluti Mallei Virtuarj agent & passum moueantur. Melius respondeo, Calidum in primo applicationis instanti amittere gradum caloris, secundum quem non agit, ac proinde nunquam agere in frigidum, à quo possit prouenire reactio secundum octauum gradum, quia actanus gradus caloris amittitur in primo instanti applicationis, ac proinde nunquam applicatur calidum ut octo, sed calidum, quod immediatè antea fuerat ut octo. Idem dico de secundo instanti, in quo expellit septimus gradus caloris, & actio tantum prouenit à sex aliis remanentibus. Dixi subiectum in primo instanti applicationis amittere octauum gradum caloris, quod multi negant, & probabo postea §. 4, quod si non ita fieret, adhuc integra manebat solutio pro secundo instanti, & pro primo nulla esset necessaria, cum in illo non datur actio, & reactio.

## §. III.

## Argumentum aliud proponitur, &amp; solvitur,

Obiectio quintus: Si duo agentia contraria aere inter medio applicentur, tunc non poterit dari actio, & reactio, quia si hac daretur, aere reciparet calorem ab igne, & frigiditatem ab aqua ergo duplice motu contrario moveretur, quod fieri nequit. Negant aliqui propter hoc argumentum actionem, & reactionem inter agentia non immediata, sed immerito leui succumbunt oneri, quia posito aere inter ignem, & aquam aere, vel patitur ab igne, vel ab aqua, vel ab utroque, vel à neutro: si ab igne, medio illo poterit ignis agere in aquam: si ab aqua medio eodem poterit aqua agere in ignem: si ab utroque eodem medio ignis ager in aquam, & aqua in ignem: à neutro ideo erit, quia ignis reperit in aere totum calorem, quem potest producere præsentem aqua, & aqua totam frigiditatem, quam valet efficere igne resistente, si enim alteri agenti aere effet omnino dissimilans in illum ageret: ergo ignis poterit agere in aquam medio calore reperio in aere, & aqua in ignem media frigiditate, quam in aere reperit. Dices alterum tantum agentis: verbi gratia, ignem agere in aërem, & medio illo in aquam, aquam tamen non agere in aërem, ac proinde neque in ignem: vnde es si datur actio ignis in aquam, non datur reactio aquae in ignem. Solutionem retundo. Ignis per te ager in aërem immediatum: ergo aëris est dissimilans ignis: ergo poterit reagere in ignem: ergo non impedit reactionem aquæ, potius ipsam aquam iuuabit, ut similis cum illo reagat in ignem: ergo quocunque mediante passo poterit dari actio, & reactio.

Affirmant aliqui aquam acturam in dimidiā partem aëris, & ignem in dimidiā aliam. Accommoda solutio pacis amicorum, non Philosopho, quā facilè reciticio. Ignis habet virtutem ad agendum in aquam distante: ergo in totū aërem intermedium, si illi qualitate est dissimilans: ergo ager in totū aërem. Dices impediri ab aqua ne agat in dimidiā partem aëris. Contra sic argumentorum, aqua similiter habet virtutem ad agendum in totū aërem intermedium ergo impedit virtutē ignis, si fortior sit illo, non solum in dimidiā parte aëris, sed etiā in toto aere. Faro aliquid ita posse attemperari virtutes agentium attēta distantia, ut quodlibet valeat impedit virtutem alterius in dimidiā parte subiecti, vel alterum in tertia, & non ultra, hoc autem semper contingere fundamento caret.

Responde: quidam Complutensis Thomista aërem mouendum esse duplice motu contrario in gradu remisso, neutrō tamen summè intenso, quod absque inconvenienti fieri potest, si etiam enim aëris in eodem tempore habet quinque

Qq. 2 gradus

460 GENERAT. Controv. V. De qualitate in ordine ad suos effectus.

gradus caloris, & tres frigiditatis, sic in eodem instanti potest illos recipere, & duplice motu contrario moueri. Apta solutio, si aer intermedius omni qualitate nudus supponeretur, illa enim recte explicaretur quomodo in primo instanti applicationis medio eodem aere ignis posset agere in aquam, & aqua in ignem; si vero aer intermedius supponatur iam admixtus calore, & frigiditate quomodo docuque attemperatis, vel aliqua harum qualitatibus usque ad octauum gradum informatius, a priori alia excoigitanda est, cum vero aer interiacens nunquam supponatur omni qualitate destitutus, nunquam praedicta solutio locum opportunitu inuenire potest; quod si ita applicaretur cum in primo instanti calorem, & frigiditatem usque ad octauum gradum recuperet, in secundo supponetur cum his qualitatibus, ac proinde praedicta solutio instantanea duratione functa, in hoc secundo instanti subsistere non posset.

**15** Aerem iam informatum contrariis qualitatibus: v. g. quinque gradibus frigiditatis, tribusque caloris non posse in eodem instanti moueri duplice motu contrario quantumvis remisso sic probo. Non potest ignis gradum quemdam caloris producere, & corrumpere alium frigiditatis, & aqua in eadem mensura indubitate producere gradum frigiditatis, & caloris corrumpere: ergo non potest in eodem instanti moueri subiectum duplice motu contrario. Antecedens probo: non potest idem subiectum in eodem instanti amittere quemdam gradum caloris, & nouum alium eiusdem speciei recipere, simulque gradum quemdam frigiditatis dereliquerit, aliumque eiusdem rationis acquirere, quod naturae lumine dissonum cuique cordato, etiam non Philosopho apparebit: cum enim factis his productionibus, & corruptionibus eiusdem speciei subiectum cum eadem intensione qualitatis permanere, ac antea, superflue, & absque villa ratione finguntur.

**16** Fortis a priori huius solutionis impugnatio facile redditur. Aqua in hoc instanti non valet conseruare quintum gradum frigiditatis in aere ab igne corruptum. Ergo non valet alium producere in eodem subiecto, eadem enim virtus requiritur ad conseruandum, & ad producendum effectum eiusdem rationis: ergo aqua non valet frigiditatem producere in aere in illa mensura, in qua non valet frigiditatem iam productam conseruare: ergo non potest mouere subiectum productione nouae frigiditatis, dum illud mouet ignis productione caloris, & frigiditatis expulsione: ergo non potest idem subiectum simul moueri a duplice contrario motu, quatuorvis remisso. Idem argumentum alio modo accipe. Agens frigidum in hoc instanti valet nouum gradum frigiditatis producere, ut contrariaj supponunt, & corrumpere gradum caloris: ergo valebat conseruare gradum antiquum frigiditatis, & impedire productionem gradus caloris corrumptentis illum: ergo prius productum conseruabit, & impedit productionem contrariaj, quam nouum producat deltruentem contrarium iam productum, quia magis determinatum est quodlibet agens ad conseruandum, quam ad producendum, per se enim eadem ad utrumque requiritur virtus, & conseruatio exigitur ab effectu producto, & productio nequit peti ab effectu produendo. Eadem argumenta eodem modo fieri possunt de agente calido.

**17** Respondeo aerem intermedium mouendum esse univocum motu ab illo agente, quod attenta resistentia contrarij, & qualitate producta in aere eiusdem rationis cum illa quam intendebat producere, intentionem aliam producere valebit. Rem tenes: aer effet calidus ut quatuor, & frigidus ut quatuor, & applicarentur calida, & frigida intensa ut octo, calidum ageret in aere, quia est magis actuum, & maiorem effectum producere & conseruare valet in passo. Si vero aer effet calidus, ut septem, & frigidus ut unum, & applicarentur agentia calida & frigida ut octo, frigidum ageret in aere, quia licet absolute fortius sit calidum ut octo, nihilominus facilius producit frigidum secundum gradum frigiditatis, quam calidum septimum caloris conseruat, si vero aer sit calidus ut quinque, & frigidus ut tria, & agentia calida ut octo applicentur, neutrum ager in aere intermedium, quia frigidum ex se minus actuum minor effectu conseruando intentum vincit neque a calido maiori effectu conseruando occupato, neque est contra.

**18** Neque ex eo quod agens neutrum agat in aerem intermedium, actio, & reactio illorum impeditur, quia aer qua ratione calidus est tenebit se ex parte ignis, & ager in fri-

gidu, & qua ratione frigidus est, tenebit se ex parte aquae, & ager in ignem, & ita cum igne integrum agens confituet, & poterit simul cum illo agere in aquam, etiam in ipsum ignis nil agat, quia partiale agens non debet agere in aliud compartiale passo propinquius, ut agat in fidu. Eodem modo contingit in aqua, cum qua aer qua ratione frigidus habebit se per modum partialis agentis, & cum illa totale constituet agens in ignem.

Obiectio. Idem aer non potest complere duo principia, inter se contraria: ergo non potest tenere se ex parte ignis ad agendum in aqua, & ex parte aquae ad agendum in ignem. Respondeo distinguendo antecedens. Idem aer non potest constitutere principia inter se contraria, secundum eandem qualitatem concedo, secundum diuersas nego, quia calor existens in aqua est productus caloris, & frigiditas eandem informans, frigiditatem producere potest, neque propter commune qualitatum subiectum virtus minime aut impeditur.

S. IV.

Difficultas incidentes.

**D**ubitant nonnulli, an in primo instanti applicationis agentis ad passum detur actio, & reactio, quibus affirmatiu[m] respondeo, quia eadem est virtus ad agendum in primo instanti applicationis, ac in secundo, & agens non agit in instanti B, ex eo quod fuerit applicatum in instanti A, sed ex eo quod applicatum est in eodem instanti B, nequa villa est ratio quae oppositam sententiam fudeat,

Auctores afferentes agens nihil producere in primo instanti applicationis sic arguunt. Ponamus calidum ut octo applicari in instanti A calido ut quatuor, & frigidum ut quatuor. Tunc agens calidum ut octo nullum gradum frigiditatis poterit in illo instanti corrumpere: ergo nullum poterit caloris producere: tenet consequentia, quia ad hoc ut producatur gradus caloris necesse est gradum frigiditatis corrumpit: antecedens probatur. In illo instanti applicatur subiectum frigidum ut quatuor: ergo supponuntur quatuor gradus frigiditatis: ergo in illo instanti nullus error poterit corrumpi, quia gradus qui in illo instanti corrumpiteretur non esset in illo instanti, ac proinde sequetur in eodem instanti esse calorem ut quatuor, & non esse calorem ut quatuor in eodem subiecto.

Egregia aquiuocatio, que plures alias acutus recentes fefellerit: fallaciam detego. Aliud est agens calidum corrumpere aliquid frigiditatis subiecti in illo instanti, in quo applicatur, aliud corrumpere in eodem instanti aliquem gradum ex his, quos habet in illo instanti, in quo applicatur: hoc posterius manifeste repugnat propter rationem dictamnon illud prius quod iam explicò. Demus hoc agens calidum ut octo applicari passo in instanti B. Inquit quo gradus frigiditatis habuerit passum in instanti A, precedenti ipsam applicationem? Supponamus habuisse quatuor frigiditatis & quatuor caloris. Tunc agens in instanti B, quo primo applicatur producet quintum caloris, & expellit quartum frigiditatis, ac proinde non applicatur calidum ut quatuor, & frigidum ut quatuor, sed calidum ut quinque, & frigidum ut tria. Si autem in instanti applicationis sit passum calidum ut quatuor, & frigidum ut quatuor signum est in instanti precedenti applicationem fuisse, saltem frigidum ut quinque, & calidum ut tria, & agens calidum produxit quartum gradum caloris, & expulit primum frigiditatis. Hoc modo intelligere debes actionem in primo instanti applicationis, quo absque villo inconvenienti actio in primo instanti applicationis, & eodem reactio potest intelligi. Ex quo inferes agens nullum corrumpere gradum, ex his quos habet subiectum in instanti applicationis, fed ex his, quos habuit immediata ante. Similiter inferes nunquam applicari calidum ut octo passo frigido potenti reagere in calidum, quia si immideate ante ipsam applicationem fuerit calidum ut octo, cum aliquid caloris amittat in primo instanti applicationis, iam non est calidum ut octo, sed ut septem.

Obiectio. Agens applicatum habenti in primo instanti applicationis quatuor gradus frigiditatis nunquam fuit applicatum quinto frigiditatis gradu: ergo non potest illum corrumpere: antecedens faciliè probatur, quia in primo instanti, quo applicatur subiectum gradus quintus non est; ergo non potest agens illi esse applicatum, in instanti precedenti agens non erat applicatum subiecto habenti quintum

quintum gradum, ergo neque ipsi gradu: consequentia probatur, quia agens nihil potest corruptere, quod illi non fuerit applicatum. Respondeo concessio primo antecedenti, negando consequentiam, & confirmationem illius: falsum enim est agens debere applicari effectui, quem corruptit, quia possunt agens & effectus corruptus nunquam simul existere, si effectus corruptus in primo instanti, quo producitur agens; ergo tunc nunquam erunt applicata. Secundo probo à priori hanc applicationem non requiri. Applicatio debet esse inter agens, & passum, & do requiri inter agens, & effectum: gradus frigiditatis corruptus non est effectus agentis corruptientis illum, caloremque producentis, hoc enim respicit tantum effectum primarium calorem productum, & tantum secundarium priuationem frigiditatis: ergo etiam effectus debet esse applicatus agenti, negatio frigiditatis, & non ipsa frigiditas deberet agenti calido applicari.

Obiectio secundo. Agens calidum in primo instanti, quo applicatur passo, producit quartum gradum caloris, & corruptit quintum frigiditatis: ergo quintus gradus frigiditatis corruptus nunquam resistit propriis corruptioni, neque introductioni quarti gradus caloris. Consequenti probabis. Gradus frigiditatis non resistit in instanti, in quo corruptitur, quia in illo non est, non in instanti antecedenti, quia in illo nondum erat applicatum contraria: ergo nunquam resistit. Respondeo gradum frigiditatis corruptum nunquam efficaciter resistit, quia gradus contrarius caloris, & agens illum producens ab illo vitoriani reportarunt, resistit tamen inefficaciter, non in instanti in quo corruptitur propter rationem dictam, sed in instanti praecedenti ipsum applicationem, in quo potuisse esse resistentia, etiam si contraria non esset applicatum, sed tantum esset applicandum in instanti sequenti, quod probabo agens de resistentia formalis Contruers. 6.

Punct. 2. Tertiò, alij frigidis obiciunt. Agenti non datur in hoc instanti concursus cause primæ, quia illum exigit in hoc instanti, sed quia in instanti praecedenti exigit: sed in instanti praecedenti primam applicationem non exigit concursum: ergo in instanti, in quo primò applicatur non illi debetur concursus. Respondeo negando antecedens, quod multis posset refelli: Sol enim in primo instanti, in quo exsistit, lucem producit, ab illis tamen abstineo, illa enim que gratis dicuntur absque viliis expensis resilienda sunt.

## CONTROVERSIA VI.

### De resistentia actina, & formalis qualitatibus, ubi de successione, & continuatione alterationis.

**A**CTIVA qualitas non solum se in alienum insinuat subiectum, verum etiam contrariam qualitatem, haud sine illius repugnancia ex proprio expellit subiecto, hanc repugnantiam ex parte qualitatis expulsa iure optime resistentiam Philosophi appellant, quam in formalem, & actuum diuidunt, de virtuque impresestitiarum est sermo instituendus, & quia ex hac successio alteracionis, illiusque continuatio, vel discontiuatio dependet sub eodem capite de resistentia qualitatis, continuatione, & successione alteracionis disputo.

#### P V N C T V M P R I M V M.

##### De resistentia actina.

I Patres Conimbric. 1, de genere cap. 9. q. 3. resistentiam diuidunt in negatiuum, priuatuum, & contrariam. Resistentia negatiua est incapacitas subiecti ad formam aliquam recipiendam, quam habet substantia spiritualis respectu materialis accidentis. Resistentia priuatua, quae ab aliquibus passua dicitur, reperitur in subiecto formæ

Franc. de Oviedo Philosoh. Tom. I.

capaci, ei tamen neutiquam, aut rigrè cedente: verum tam absque vili actione, vt cum faxum illud nitenti frangere, & corpus conanti leuare, à quale illam intendentem calefacere resistunt. Tandem resistentia contraria est quando actione propria aduersarium impedit qualitas, cuiusque vires debilitat, vt cum ignis resistit aqua per calefactionem debilitatem corrumpendo, qua corrupta, veluti emortuus contrario ignis illi resistit, & veluti vitoriam reportat.

Pater Suar. tom. 1. Metaphysic. disp. 43. sect. 2. n. 8. docet duobus modis contingere rem disputari: alteri resistere. Primo contingit per immidiam repugnanciam. Hec est resistentia quam priuatuum, seu priuatam Conimbric. appellant. Secundo radicaliter, & quasi per diminutionem virtutis alterius contrarij, videlicet qualitatis. Hanc resistentiam vocant Conimbric. contrariam, & actiuam dicunt, consistit enim in actione, qua calidum per productionem caloris in passo frigido gradum frigiditatis corruptit, & vires admittit inimico, ne illis impetratur. De resistentia negatiua mentionem non fecit Suar. quia proprie resistentia non est, sed incapacitas subiecti, de qua, siue resistentia appelletur, siue non, nil peculiare dicendum occurrit.

Ex dictis constat adquædi diuidi resistentiam in actuum, & formalem. Resistentia actina, & iuxta Conimbric. contraria, quam Suar. radicalem appellant consistit, in actione destruciua contrarij. Resistentia formalis, iuxta Conimbric. priuatua recte explicatur à Suario n. 10. Ex eius sententia consistit in eo quod subiectum per qualitatem, vel dispositionem in illo existentem impedit ne alia forma contraria incompensibilis cum ea quam habet, introducatur. Hanc resistentiam Punct. 2. latè explanabo.

Communis sententia resistentiam actiuam iuxta modū nuper explicatum constituit in actione destruciua contraria qualitatis, frigiditatis videlicet, qua calidum resistit, ne frigidum agens tantum frigiditatem producat, quantum produceret, si duos illos gradus corruptos retineret. Rem ita contingere certum est. De voce tamen potest esse contentio, an videlicet destructio contrarij propriæ & formaliter dicenda sit resistentia. Hec enim est quasi defensio resistentis, & impeditio effectus intenti à contrario cuius corruptio offensio propriæ quam defensio dicenda videtur, sed quidquid sit de nomine, re admissa, astero aliam resistentiam actiuam reperi in motu alterationis, que propriæ resistentis dicitur, ac proinde hanc ego cum Suario resistentiam radicalem, seu remotam voco, illam vero quam modò assignabo, resistentiam formalissimè, & propriè dicendam esse affirmo.

Vt probem dari actiuam resistentiam distinctam à praecedenti assignata, & à resistentia formalis, pono duo agentia contraria, quorum neutrum agit in alterum, quia intra spharam actiuitatis non sunt, vel quia hæc negat utrique concursum; vt destruet aliud, sed utrumque agere in passum tertium, in quo casu probo dari resistentiam distinctam à formalis, que propriissime actiuam dici debet. Resistentiam formalem dicere informationem Philosophorum una vox est, sed hac seclusa datur alia resistentia se tenens ex parte agentis distincta à resistentia actiuam supra data: ergo Minor tantum indiget probatione, pro qua ponit calidum vt octo, & frigidum vt octo applicata passo omnino nudo. In hoc casu, si agentia sunt eiusdem virtutis, quodlibet producere quatuor gradus qualitatis, & subiectum erit calidum vt quatuor, & frigidum vt quatuor, si alterum horum calidum, verbi gratia, fortius sit, hoc maiorem qualitatem producet, & subiectum erit calidum vt quinque, & frigidum vt tria, in quo casu utrumque agens ab altero fuit impeditum, ne maiorem qualitatem in subiecto produceret, calidum enim maiorem intensiōē efficeret, si frigidum abesse, & frigidum scilicet si calidum non resistisset: ergo fuit resistentia inter hæc agentia, que non potuit in informatione qualitatem confidere, quia antecedenter ad calorem productum resistebat agens calidum, ne frigidum præoccuparet subiectum frigiditate producta, & prius naturā quam hæc produceretur, resistebat frigidum, ne calidum agens calorem produceret, quo subiectum impeditetur, & frigiditatem recipere non posset, quod necessariò dicendum est, alias nulla potest reddi ratio, propter quam hæc agentia mutuo sibi impediantur, & ex quo intensum utrumque producat effectum, vel unum intensiore, quam aliud, quia si dicas frigidum tantum produxisse tres

Q. 3 gradus

gradus, quia calor quinque produxit: inquiro cur frigidum non impediuit calido productionem quinti gradus, sicut impediuit productionem sexti. Si enim frigidum impediret ne calidum quinque gradus produceret recte posset quatuor frigiditatis producere.

6 Dices calorem restituisse ne, impediatur à productione quinti gradus; Recte sanè: ergo resistebat calidum ut produceret quintum gradum, quem cum victoria contra resistentiam frigidi produxit: ergo ante productionem caloris fuit resistentia ex parte frigidi agentis: ergo ante informationem caloris, puto illam resistentia ex parte agentis, quæ resistentia activa dici debet.

7 Rem clarè oculis cernes, si tibi proponas passum tantum potens recipere unicum gradum caloris, vel frigiditatis, quia iam aliunde habet alios septem gradus, vel quia illud tibi singis capax vnius tantum gradus qualitatis: si huic passo applicarentur duo agentia actituate omnino æqualia, quorum vnum intenderet producere gradū caloris, aliud frigiditatis, neutrum gradum illum producebat, producturum quodlibet talem gradum in absentia contrarij: ergo tunc daretur resistentia nulla qualitate producta, & absque vlla informatione tenense ex parte agentis: ergo daretur resistentia activa distincta à formali, quæ non consistit in destructione contraria.

8 Hanc resistentiam ego constituo in actu primo cause determinate à se producere effectum etiam in præsentia contrarij independenter ab exigentia, quam habet effectus ad sui conseruationem. Per actum primum intelligo, id quod nomine actus primi strictè intelligitur, videlicet virtutem actiūm ac omnibus prærequisitiis ad actionem, quia sine his virtus actua non petet suum effectum producere, & consequenter non petet ne contrarium effectus producatur, neque illius productionem resisteret. Addidi à se determinate &c. quia si ita non sit, sed indifferens effectū producere, illum à se non petet producere, ac proinde non resistet, neque enim sufficeret, vt calidum resistet frigiditatem producendam, posse calorem producere, si determinatus non esset ad illud producendum, quia posita virtute, & non determinatione ad productionem ad exigentiam cuiusque extrinseci cessaret ab actione, ac proinde non resistet, vt in illam profiliat.

9 Est ergo resistentia activa actus primus ad qualitatem incompossibilem cum alia à se determinatus, & propendens in actionem ad qualitatem terminatam, sicut enim resistentia formalis, vt postea dicamus, non constituit tantum in informatione forma incompossibilis, sed addit exigentiam formæ ad sui conseruationem, sic resistentia activa non tantum dicit potentiam producendam qualitatis, sed exigentiam, & inclinationem ad talen qualitatēm producendam. Ratione a priori accipe, resistentia dicit conatum, & vim ad effectum, pto quo est resistentia, & contra effectum ad quem impeditum ordinatur, non enim resisteret, ne hostes ingredierentur ciuitatem, Dux, qui portas haberet oculos, si ex se determinatus non esset ad illas oculatas habeendas quibuscumque alii contrarium pertinentibus, neque resistit, vt manibus teneat gladium, qui ita tenet illum, vt cuicunque petenti cedat, nullumque conatum adhibeat contra eum, qui propriis manibus illum auferre tentat. Sic actus primus potens producere effectum à se non determinatus tamdiu illum producere, quamdiu ab alio determinetur, ex extrinseco non determinat, vel saltem impediens, nil producet; ergo non resistet sua productione.

10 Ex hoc infero, quod certum puto, scilicet causam primam conseruantem effectum ad exigentiam illius nullo modo resistere, vt illum conseruat, vel ut contrarium agens illum non destruet, quia ex se in ratione causa prima indifferens est ad producendum, & non producendum, & ita effectum producit, & conseruat, vt extrinseco non exigere illum non conseruat: ergo ex se non resistit actioni, quod si non statim conseruat calorem ad præsentiam frigidi agentis, desistat à conseruatione illius non est quia contra exigentiam frigidi agentis in actione petat resistere, sed quia ipse calor conseruat in hoc instanti petit, vt adhuc in præsentia contrarij Deus eamdem conseruationem in posterum protendat, ac proinde tota resistentia, quam frigidum patitur in conseruatione caloris à causa prima, resistit in exigentia quam habet calor ad sui conseruationem, ac proinde si frigidum agens fortius petet et destructionē caloris, quam calor petet sui conseruationem, statim Deus

hanc suspendet, & deuictā exigentia, quam habet calor ad sui conseruationem Deus præsto esset illum non conseruare, neque ex parte Dei aliqua esset resistentia ad calorem conseruandum.

Dixi resistentiam consistere in actu primo à se determinato ad qualitatem producendam, & caufam primam conseruantem effectum actiūe non resistere; cum hoc tamen benè stat, quod si Deus à se nulla caufa exigente vellet etiam contra aliarum exigentiam conseruare calorem, Deum actiūe resistere per ipsum actum primum, qui supponitur ad calorem, in quo includitur voluntas Dei indeterminata independenter ab exigentia effectus, & resistentia contraria illum conseruandum, licet enim tunc Deus non esset determinatus per modum naturæ ad calorem producendum, esset tamen à se determinatus per actum suæ voluntatis prædeterminantis conseruationem effectus independenter ab exigentia, quam haberet ipse effectus ad sui conseruationem, & à contrario exigente destrunctione eiusdem, quapropter si daretur calor incompensibilis cum frigiditate, qui non peteret conseruari, Deus tamen vellet illius conseruationem exhibere contra exigentiam frigiditatis, tunc frigiditas non producere in subiecto, non ratione resistentia formalis, quæ in calore non esset, hæc enim dicit exigentiam qualitatis ad sui conseruationem, sed ratione resistentia activa, videlicet ratione actus primi Dei à se determinati non cessare ab actione quilibet contrario oppositum exigente. Noto tamen hanc resistentiam actiūam fore distinctam ab ea, quæ modo datur, quæ consistit in determinatione actus primi ad effectū per modum naturæ, Deus autem tunc à se determinatus esset ad productionem effectus non per modum naturæ, sed liberè.

Si verò Deus conseruaret calorem non ipso calore, neque alia causa exigente conseruationem illius, ita tamen, vt præsto esset cessare ab actione quotiescumque quilibet causa exigeret corruptionem caloris actiūe non resistere, quia licet esset determinatus à se calorem producere, non tamen esset determinatus à se calorem producere, neque conseruare in præsentia causarum exigentium negationem talis conseruationis: tunc enim Deus conseruaret calorem per actum, quo diceret, etiamsi nulla caufa petat conseruationem caloris illam exhibere volo, dum aliquæ oppositum non petat.

Obiiciunt sequi ex hoc frigidum minus fortè non resistere in præsentia calidi fortioris, vt producat suam frigiditatem, quia non est determinatus ad illam producendam in præsentia fortioris agentis. Respondeo negando sequelam, & confirmationem illius, frigidum enim, ei minus fortè petit, & conatur adhuc in præsentia agentis fortioris suam producere frigiditatem, licet illum non producat, quia agens fortius illi violentiam inferat.

Ex his inferes agens frigidum nullam vincere resistentiam actiūam in expulsione caloris conseruat à causa prima, & rationem reddes, cur calor etiam non dependeat in conseruari ab igne hoc absente facilis corruptus, quam corruptitur eodem igne præsente.

Resistentia actiūa sic explicata potest considerari in actu secundo quasi in actuali lucta, & in ipso certamine, & in actu primo ad luctam parata. Resistentia in actu primo, est actus primus supra explicatus per se conservatur quilibet alio extrinseco secluso. Resistentia in actu secundo, est idem actus secundus in præsentia contrarij, per positionem enim huius, illo supposito resistentia in actu secundo intelligitur, quia in actu primo est totus conatus ad effectum producendum ad actuali luctam requisitus, & tantum hæc non erat ex defectu contrarij, non enim potest intelligi lucta, & certamen nisi inter duo se insitum oppugnatio, neque ad hanc requiritur effectus aliquis, quando enim duobus contrarij se oppugnantibus vnu producunt effectum, vtrumque resistit, & alterum nil agit, & casu quo vtrumque impeditum ab altero cessaret ab actione, in actu secundo verè pugnarent, & resistent ab nullo interuenient effectu, hic enim sicut illius actio non se tenet ex parte resistentia, sed est effectus illius, & victoria, quam reportat agens ex resistentia, agens enim ut agens in præsentia contrarij dicunt duo, resistentiam conseruent in actu primo, & victoriā conseruent in actu secundo. Agens enim non resistit actiūe per actionem, sed per virtutem ad illam, neque resistit formaliter actiūa resistentia agendo, sed resistit dum agit, quia dum agit per modum actus primi propendens in effectum gesitip.

resistit actionem, & per ipsum actum secundum pro quo est resistentia victoriam sue resistentiae manifestatur.

**16** Potest insuper in actu primo considerari resistentia respectu duplicitis termini, respectu effectus producti, & respectu negationis effectus producendi à contrario, verbi gratia, in actu primo ignis potentis producere est resistentia pro calore producendo, quem impedit intendit agens frigidum contrarium & est resistentia contra frigiditatem producendam, quam intendit impedit ignis in actu primo potens calorem producere, actus enim primus ignis petit productionem caloris, ac negationem frigiditatis, & in utramque immediate propendet, non enim tantum ignis impedit frigiditatem medio calore producto, sed immediate, & per se ut patet in casibus supra positisi, dum duo agentia contraria applicant subiecto nudo omni qualitate, in quo antecedenter ad productionem caloris impedit agens calidum productionem frigiditatis, & in casu, quo utrumque agens esset aequaliter forte, & passim tantum efficit capax vnius gradus, in quo utrumque agens mutuo aliud arceret à productione qualitatis, quam intendebat producere, & non media aliqua qualitate producta.

**17** Ita tamen actus primus, seu ignis in actu primo constitutus respicit immediate utrumque terminum verbi gratia calorem, & negationem frigiditatis, ut terminum positum primari, & per se, negatum verò, licet immediate, secundari & ratione alterius respiciat, id est enim ignis intendit impedit frigiditatem vt producat calorem, ne videlicet frigiditas illius actionem retardet, vel siue effectum oppugnet, non tamen intendit producere calorem vt impedit frigiditatem, natura enim primari intendit generationem, qua consistit in productione formae positiva, & secundari corruptionem, seu non esse alias formam, quod in corruptione includitur.

## PUNCTUM II.

## Quid sit resistentia formalis.

**R**esistentia actione explicata, formalis explicatu facilius est, consistit in informatione formae incompositibilis cum alia producenda, & in exigentia eiusdem forme ad sui conseruationem, quae duo necessaria requiruntur ad resistentiam, quia si forma tantum esset incompositibilis cum alia, & non exigeret conseruationem sui in primo congressu contrariae qualitatis desiceret, & proprio abscessu illi aditum patet, quae inoffensio pede absque villa resistentia subiectum ingredetur, nec sufficit exigentia conseruationis sine incompositibilitate, quantumvis enim albedo exigat propriam conseruationem, & illam obtineat, non ideo calori, cum quo potest componi resistit, consurgit ergo ex his duobus resistentia formalis, quia ratione incompositibilitatis petit calor ne simul cum illo in subiecto reperiatur frigiditas: & ratione exigentiae propriæ conseruationis petit idem calor in subiecto permanere, quo sit, ut perat ne frigiditas in subiecto introducatur, & resistit illius productioni, & illam iam productam petat expelli, eo ipso quod in subiecto reperiatur.

**2** Hanc exigentiam quam habet calor negationis frigiditatis in eodem subiecto prouenit ex duplice capite: primo quia calor petit esse in subiecto, & petit non comitari frigiditatem, ac proinde ut sit in subiecto sine societate frigiditatis, petit id quod est necessarium, videlicet frigiditatem abigi à subiecto. Huius exigentiae aliud est caput appetitus ad propriam conseruationem, quem habet calor, quamque destruere machinatus frigiditas, cum enim calor petat suam conseruationem, petit negationem illius quod hanc conseruationem expugnat.

**3** Ex his inferes resistentiam formalem posse considerari respectu duplicitis termini, videlicet respectu eiusdem forme caloris, verbi gratia, exigentis propriam durationem pro qua resistit, ne destruantur, & respectu negationis formae contrariae, pro qua similiter resistit, vel quod idem est respectu formae contrariae, contra quam resistit, ut corruptatur, vel vt non producatur & utraque resistentia est immediata licet primo forma informis resistat pro sui conseruatione, quæ pro negatione conseruationis formae contrariae, vel contra illius conseruationem, sicut dixi de resistente actione immediate resipiente effectu, quæ intendit producere, & negationes effectus producendi ab agente

contrario, hanc secundari resistente, & illum primari.

Rursus resistentia formalis potest considerari in actu primo, & in actu secundo, in actu primo est per suam entitatem, in actu secundo constituitur per praesentiam contrarij in hoc instanti, vel instanti immediate futuro, ut postea explicabo. Permanentia vero forma in subiecto & negatio forma contraria introductæ contra exigentiam agentis procedentis in productionem illius est victoria, & effectus resistentie. Cum vero forma contrario expellitur in hoc instanti contra exigentiam, quam habuit in precedentibus, in quo petiit conseruationem pro hoc instanti, in quo fuit corrupta, resistente que fuit in instanti precedentibus dicitur in isto deuista. Ceterum calor informans subiectum respectu frigiditatis in illo productæ resistit sine victoria, & inefficaciter, respectu vero illius frigiditatis, qua produceretur si calor non informaret subiectum, & de facto non producitur, resistit efficaciter, & cum victoria eodem modo respectu gradus corrupti in hoc instanti inefficaciter resistit in precedentibus, in quo petiit non corruptionem, sed conseruationem pro hoc instanti, respectu vero graduum permanentium qui à contrario corrumperentur, ni se defenderent per exigentiam propria conseruationis efficaciter & cum victoria resistit forma.

Demum in ordine ad diuersum tempus prius resistit qualitas existens in hoc instanti respectu sua, conseruationis, vel pri sua conseruatione, quæ respectu negationis contrariae qualitatibus, seu contra existentiam eiusdem qualitatis contrarie, qualitas enim existens in hoc instanti non resistit, ne corruptatur in hoc instanti, in quo iam supponitur, quia resistentia in hoc instanti inuoluit existentiam resistente in eodem instanti: ergo ex suppositione, quod calor resistit in hoc instanti implicat non existere: ergo implicat in illo corrupti, quia in instanti, in quo aliquid corruptitur non existit ergo implicat in illo resistere corruptioni facienda in eodem instanti, quia resistentia in actu secundo debet esse respectu rei possibilis, & respectu rei, quia ablata resistentia fieri posset, sed ex eo quod calor existat in hoc instanti, non potest in illo corrupti: ergo eo ipso quod existat in instanti A, non potest resistere corruptioni pro illo instanti. Eodem modo asserto calor existens in instanti A, non exigere in actu secundo conseruationem ipsius in eodem instanti. Hæc conclusio est eadem cum praecedenti diuerso modo explicata, quia calorem exigere conseruationem, & resistere corruptioni idem est, sed calor existens in instanti A, non resistit corruptioni pro eodem instanti A: ergo non exigit conseruationem pro eodem instanti. Probatur conclusio, eadem modo. Calor existens in instanti A supponitur conservatus in instanti A: ergo non potest efficaciter petere, neque consequi conseruationem pro illo instanti. Resistit calor existens in hoc instanti sua corruptionem, vel pro sua conseruatione pro instanti sequenti B, & calor existens in instanti A, petit ex hoc instanti conseruari in instanti sequenti B, & quod idem est in illo non corrupti.

**6** Ex hac resistente respectu sua conseruationis alia subiurit respectu negationis contrariae qualitatis pro eodem tempore, quia eo ipso quod calor in instanti A petat conseruationem pro instanti B, petit pro eodem instanti B negationem formæ contrariae, utpote necessariam ad conseruationem, quam petit, quia si in instanti sequenti B esset forma contraria, non esset in eodem conseruatione calor, sic ut calor existens in instanti A consequatur id, quod petit pro instanti B, videlicet sui conseruationem, petit pro eodem instanti negationem frigiditatis opposite cum conseruatione, quam petit.

Insuper calor existens in instanti A, exigit negationem frigiditatis pro eodem instanti A, quam efficaciter conseruitur, quia ex eo quod supponatur octauus gradus calor in instanti A, non supponitur in eodem instanti negatio primi gradus frigiditatis independenter à resistente calor in eodem instanti, in modo hæc causalis est vera, quia octauus gradus calor informans subiectum in instanti A non introducitur in eodem instanti A primus frigiditatis, alias introducendus. Hæc tamen est falsa, quia octauus gradus calor exigit in instanti A conservatur in instanti A. Existentia enim in hoc instanti supponit in illo conseruationem.

**8** Obiicies: ideo resistit octauus gradus calor primo  
Q. 4 frigiditatis

frigiditatis, ne ab illo corrumptur, sed octauus gradus caloris existens in instanti A, à nullo potest corrupti in illo instanti: ergo in illo instanti non resistit primo gradus frigiditatis. Respondeo octauum gradum caloris existentem in instanti A, resistere introductioni primi frigiditatis, quia licet ab illi non possit corrupti in instanti A, in quo iam supponitur, posset tamen corrupti in instanti sequenti B, vnde octauus gradus caloris petens in instanti A non corrupti, in instanti B, resistit productioni primi gradus frigiditatis, quo posset corrupti in instanti B, si in instanti precedenti A, fuisset in subiecto productus. Ad argumentum in forma distinguenda est maior. Ideo resistit octauus gradus caloris primo frigiditatis ne ab illo corruptatur in instanti, in quo exiit, nego maiorem: ne ab illo corruptatur in instanti sequenti, concedo maiorem: Deinde minori concessa nego conseruantiam.

**9** Ex his inferes calorem existentem in instanti A, resistere sua corruptioni, seu exigere suam conseruationem, quod idem est pro instanti sequenti, non pro illo in quo est introductioni vero forma contraria pro instanti in quo est. & pro instanti sequenti. Similiter inferes gradum expulsum frigiditatis non resistere adhuc in actu primo gradu caloris productio in instanti, in quo expellitur, quia in instanti in quo expellitur iam non est, ac proinde non potest exigere suam conseruationem, neque remotionem contrarij, quam consequenter petit, resistebat ergo gradus expulsum in instanti precedenti propriæ expulsione pro instanti sequenti in quo facta fuit contra exigentiam, quam habuit gradus expulsoris in instanti antecedenti. Neque ex eo quod exigentia non sit in instanti B, licet inferi non posse contra illam fieri in eodem instanti B, quia exigentia præterita erat de re futura, contra quam fieri potest ipsa transacta, sicut fit hodie contra præceptum quod fuit heri de ieiunio hodierno, transacta iam exigentia præcepit, tandem illius obligatione durante in illo, cui fuit impostum. Sic resistentia transacta imponebat Deo obligationem quadam moralem, qua tenebatur ex vi authoris naturæ conseruare entitatem, qua fuit in instanti precedenti, in hoc instanti, eo præcisè quod in instanti precedenti ipsa pro hoc instanti conseruationem petisset: quod si Deus alia causa naturali oppositum exigente hac obligatione non teneatur, sicut ego non teneo præcepto imposito, si aliud virginitas cuius adimplerio incompossibilis est cum adimplitione prioris pro eodem tempore virget, & de facto talem conseruationem non exhibeat, eti si non deficiat a legge authoris naturæ, faciet tamen contra exigentiam entitatis, qua suam conseruationem audiē petierat. Hęc apprime notanda sunt pro solutione difficultis argumenti, quod adducam Punct. 4. contra successionem actionis, quodque doctissimum recentiorem male vexauit, & in singularem tententiam traxit.

**10** Dixi ad resistentiam in actu secundo non requiri quod agens contrarium sit in actu primo in instanti, in quo sit resistentia, sed sufficere esse futurum in instanti sequenti, cuius rationem ex doctrina tradita facile reddo. Primus gradus caloris perit in instanti B, & sufficit ut possit impeditre, & vt de facto impedit hanc productionem, quod agens habens virtutem ad producendum octauum frigiditatis sit in actu primo ad illam producendam in illo instanti B, quia si in illo cessat actio, ex vi exigentia, quam habuit primus gradus caloris in instanti A, dicetur hic primus gradus resistisse efficaciter in instanti A octauo frigiditatis producendo in instanti B, etiam principium illum producendum non fuerit in actu primo in instanti A, sed in instanti B, imò impertinens est, ut agens impeditur in instanti B illud fuisse in actu primo in instanti A.

**11** Alia est differencia inter resistentiam actiua, & formalē, quod resistentia actiua impeditur ab alia actiua, & duæ resistentiae actiue inter se digladiantur, ut pater in duobus agentibus applicatis eidem subiecto, quorum virtus actiua unius retardat virtutem alterius. Ceterum resistentia formalis non cessat cum alia resistentia formalis, nulla enim illarum alteram impedit, ubi autem non est impetus ex una parte saltem, non potest esse lucta, & concordatio, sed cum actiua, quæ illam impugnat, & à qua vincitur, cum vincitur, non ab alia formalis, quia resistentiae formales tantum curant de defensione qualitatibus, pro qua resistunt, & qualibet qualitas per for-

malem resistentiam se ipsam in proprio subiecto tueri, vnde resistentiae qualitatibus existentibus in diversis subiectis sunt in ordine ad subiecta diversa, ac proinde nullam possunt in se habere oppositionem, calor enim in igne per formalē resistentiam tantum respicit ignem, & frigiditas in aqua formaliter resistens aquā tantum invenitur. Pugnat ergo resistentia formalis cum virtute actiua contraria, à qua impeditur, & cuius conatu formaliter resistit, virtus enim actiua ignis intendit producere calorem in aqua, & resistentia formalis frigiditatis existenti in aqua, ignorat, & exigit conseruationem eiudem frigiditatis in subiecto, in quod ignis calorem introducere intendit.

**12** Obiicitur: quando agens calidum intendit producere calorem in passo, frigiditas passi tantum se ipsum tueri pertendit ad Deo, ne ab actione conseruatua illius motus exigentia agentis calidi desistat, sed potius illud coereat, ne calorem in suo subiecto producat, quo facto Deus quid ad preces frigiditatis illam conseruat contra exigentiam caloris intendentes illam destruere: ergo frigiditas non resistit, si quidem non est, que immediate detinet agens calidum, ne agat, sed Deus ad instantiam frigiditatis, qui illus exigentia exoratus, illam manu teneri per continuationem, & agens calidum coereat ne in frigidum agat.

Respondeo verum esse frigiditatem ab agente calido lacefstante nil aliud agere, quam ad Deum contigere, vnam conseruet, & ne cum agente calido concurret, Deinde que immediate est, qui denegat agenti id, quod petet, & concedit passo, quod intendit, cūm hoc viator equalit, & contra, quando vincit agens, nihilominus non dicitur Deus resistere, ne calidum agens calorem inducat, sed frigiditatem exigentem, vt Deus cum agente calido non concurrat, sed potius ut ipsam conseruet, quia licet Deus denegat agenti viato, quod petet, & tribuat passo viatori, quod exigit, vel è contra, hoc non facit ex se, sed tanquam author naturæ, illius legibus ductus, illiusque munus est iuxta exigentiam causarum operari, id autem quod Deus operatur ad exigentiam causarum naturalium, tali deficiente exigentia non operatur, causis naturalibus tibiuitur.

**14** Ceterum Deus, cūm denegat concursum agenti, cui res pugnat qualitas existens in passo, vel quando contra exigentiam eiudem qualitatibus illam destruit, quia illius destructionem exigit agens, quatenus est ex se indifferens est, vt fauac agenti actiue petenti, vel qualitatibus in passo formaliter resistenti, illigique annuit quod maiori impetu, seu conatu propendit in terminum sua exigentia, quod ex vi authoris naturæ præstare tenetur, ac proinde ex se Deus neque agenti, neque passo, neque pro passo, aut agenti resistit, sed iuxta resistentiam illorum operatur. Rem exempli illustro. Habet se Deus in pugna qualitatibus instar iudicis, qui audiit ab utraque parte allatis pro iure hereditatis, de qua lis suboritur, utriusque ius dicit, & hereditatem alteri tribuit, cui potiori iure illi competebat, quo calidum non dicitur. Index resistisse parti deuicta, etiamque vincenti hereditatem donavit, sed pars vincens, quæ deuicta ius alio potiori destruxit.

Inquires, an in calido vt octo resistant omnes gradus qualitatibus primo frigiditatis introducendo: Respondeo in opinione que constituit subordinationem graduum tam resistere octauum, quia hic tantum opponitur cum primo gradu, in opinione vero quæ illam denegat omnes resistire, ac proinde primus gradus frigiditatis introducitus via triariam reportat de omnibus præexistentibus in subiecto, in gradu enim quem expellit modo producere vincit agens gradum expulsum, & alios septem, qui illius actioni resistebant, & nihilominus diuerso modo vincuntur septem remanentes, & octauus expulsum, omnes enim resistebant introductioni, ne expellerentur à subiecto, quia cūm vnius esset expellendum, & non esset maior ratio vnius, quam alterius, quilibet poterat expulsionem timere, verum tamen cūm vincuntur contrario producto, licet omnes octo fuerint vici, tamen unicus tantum expulsum damnum inimicorum victoria expertus est, omniūque dissidium, & inimicitias perfoluit, & in se ipso virtus dicitur reliqui vero remanentes non in se ipisis, se in expulso deuicti fuerit.

Tandem in utraque lententia passum frigidum vt octo ad presentem agentis calidi potenter, octo gradus caloris producere, etiamque tantum unum producat, resistit secundum omnes suos gradus, ne agens producat octo gradus, quos producere intendit, non enim est resistentia tantum respectu

respectu gradus producti, sed respectu illorum, qui producuntur, si qualitas contraria non resisteret, sed enim non producuntur, quia qualitas contraria resisteat, & respectu illorum, qui non producuntur, resistentia efficax est, & qualitas viatrix evadit respectu verò illius, qui fuit productus resistentia fuit inefficax, & qualitas resistens manit euicta. Dixi passum frigidum ut octo resistere secundum omnes suis gradus ad presentiam agentis potenter produce octo gradus caloris, in qua re abstrahit, an agens possit producere octo gradus caloris, & tantum quantum in se habet, sed ad naturam resistentia explicandam affirmo in opinione constitutae subordinationem graduum passum resistere ad presentiam agentis secundum illos gradus, quos in se habet oppositos gradibus illis, quos agens producere intendit, siue illos producat, siue non producat.

P V N C T U M III.

De ordine resistentiae actiua, & formalis qualitatis.

**E**xplícata natura resistentiae formalis, & actiua constat non esse idem qualitatem resistere formaliter, & actiue, sed subioris difficultas quæ qualitas aliam supererit in resistentia actiua, & quæ aliam excedat in formalis resistentia. De resistentia actiua faciliter solvitur, conatur enim inter primas qualitates, calorem omnes antecellere actiuitate, celerius enim caelestis passum ab agente calido, quam frigescit à frigido. Deinde frigiditate mactiuitate humiditatem, & siccitatem superaret fatentur omnes eadem experientia. Tandem terrio loco constitutur humiditas, & quanto siccitas, huius enim actiua virtus adeo est exilis, ut de illa multi non immergit dubitauerit.

Maior est difficultas de resistentia formalis, in qua Patres Conimbr. i. de generat. cap. 9. quæst. 3. art. 3. assertur inuerso modo res se habere, sicut etiamque omnium aceritatem pugnare, & hac de causa infirmitas, quæ in siccitate delabitur, difficillime curatur. Secundam qualitatem in resistendo afferunt esse humiditatem, tertiam frigiditatem, quartam vero calorem: atque hunc ordinem variis experientiis compertum esse testantur. Hurtadus disp. 9. sect. 10. eundem ordinem probat, & approbat, assertaque §. 10. negari non posse qualitates actiuae minus habere resistentia, quod plus habent actiuitatis, ut patet in siccitate, quæ difficile expellitur à subiecto, & virtute actiua est omnium imperfectissima. Deinde quia si virtus actiua est qualis resistiu, non posset esse reactio, quia si ignis resisteret à quæ aeri, ac in illum efficit, cum illum supererit actiuitate, etiam resistentia supererit, vnde aer non poterit sua actiuitate ignis resistentiam euincere, neque in illum agere. Eandem conclusionem tradit Arriaga disp. 3 sect. 11. num. 179. quam eadem ratione sic probat: si qualitas illa, quæ præcellit actiuitate, præcelleret etiam resistentia, semper victoria potiretur, neque vniquam posset à subiecto pelli, cuius opositum experientia suadet, ex quo concludit necessariu esse excessum vnius in actiuitate compensari excessu alterius in resistentia.

Sed horum Doctorum veniam illorum rationi minimè acquiesco, quam resellere efficacissimè presumo. Demus enim calorem vincere frigiditatem non tantum actiuitate, sed etiam resistentia, nihilominus non inferat frigidum non posse in calidum agere, quia etiam resistentia calidi maior sit resistentia frigidi, frigidum non impedit calidum sua resistentia, sed sua actiuitate, ut probabam Puncto precedenti, num. ii. ergo si actiuitas frigidi maior sit resistentia calidi, etiam huius resistentia vincat resistentiam frigidi, & actiuitas eiusdem calidi excellat actiuitatem caloris, frigidum poterit agere in calidum, quia in pugna harum qualitatibus resistentia non congreditur cum resistentia, sed cum actiuitate: ergo victoria expectanda non est ex excessu inter resistentiam, & actiuitatem. Hanc rationem attente meditor, est enim contra communem sententiam, illiusque fundamentum impugnat, & ni fallor, efficacissime.

Obiiciens ex doctrina Hurtadi: calidum resistit frigido à quæ ac in illud efficit: ergo resistentia caloris, cuiusque actiuitas sunt eiusdem perfectionis. Deinde si frigidum à quæ resistit calido, ac agit in illud, virtus resistiu, & resistiu-

ua frigiditatis sunt eiusdem perfectionis: ergo si virtus actiua caloris est fortior virtute actiua frigiditatis, erit etiam fortior virtute resistiu eiudem. Consequens est evidens, quia eo ipso quod virtus actiua caloris sit perfectior virtute actiua frigiditatis, erit perfectior omni alio & equali virtuti actiua frigiditatis, sed virtus actiua, & resistentia frigiditatis sunt aequales; ergo si virtus actiua caloris est perfectior virtute actiua frigiditatis, etiam erit perfectior virtute resistiu eiudem. Inverso ordine fit idem argumentum: virtus actiua, & resistiu caloris sunt eiudem perfectionis: ergo si virtus actiua, & resistiu frigiditatis vincuntur virtute actiua caloris, vincentur necessariò virtute resistiu eiudem, quia quod vincitur ab aliquo superiori, vincetur necessariò ab omni alio illi superiori & equali ergo quomodoconque comparentur virtus actiua, & resistiu frigiditatis cum virtute actiua, & resistiu caloris, semper virtus frigiditatis vincetur, & caloris virtus victriam reportabit.

Hoc argumento insigni laborat & equivocatione: ego enim non teneo afferere quilibet qualitatem esse à quæ actiua, & resistiu, quod supponit obiectio, fatebor enim ignem esse magis actiuum, quam resistiu, idemque concedam frigido, & cùcumque agenti; sed tantum negabo de medio tolli actionem, & reactionem ex eo, quod calor vincat virtute actiua & resistiu frigiditatem, comparata virtute actiua cum virtute actiua, & resistiu, cum resistiu, ad hoc enim ut frigidum agat in calidum necesse non est virtutem resistiu frigidi vincere resistiu calidi, sed hanc virtute actiua frigidi superari, quæ victoria esse potest, etiamque virtus resistiu frigidi minor sit virtute resistiu calidi. Rem explico: Pono virtutem actiua caloris esse perfectam ut octo, & virtutem resistiu eiudem perfectam ut quatuor, deinde virtutem actiua frigiditatis esse perfectam ut sex, & resistiu eiudem ut duo, etiæ comparentur virtus actiua cum actiua, & virtus resistiu cum resistiu, semper vincet virtus caloris, si tamen comparentur virtus actiua frigiditatis, cum virtute resistiu caloris vincet virtus frigiditatis, quæ victoria; & non alia, ad summumq[ue] necessaria, ut frigidum possit in calidum regere. Res est luce clarior.

Ecce Achilles iacet communis sententia, sed minori ipsum operā ruer volo. Age iam omitto virtutes formaliter resistiu inter se non dimicare, & calorem vincere secundum actiuitatem, & resistentiam, actiuitatem & resistentiam frigiditatis, quomodoconque comparentur, non ideo de medio auferetur reactio, quia duobus contrariis pugnantibus magis forte potest in aliquo vinciri, dum maiorem aliam victoriā reportet, patet in virtutibus actiuis inter se dimicantibus nulla intercedente formalis resistentia, exempli gratia, apponentur passo omnino nudus agens calidum, & frigidum aliud. Calidum fortius quinque gradus caloris producit, frigidum tres: ergo frigidum minus forte vincet in tribus gradibus, esti vincatur in quinque gradibus: ergo etiam vnum agens omnibus penitatis sit fortius alio, potest aliquid pati ab illo, præcipue in pugna qualitatibus actiue cum formali, in qua secundum opinionem adiutuentem subordinationem graduum formaliter resistit vnicus tantum octavo introducendo, & omnes gradus agentis illum defruire machinatur secundum opinionem afferentem gradum inferiorem produci ab omnibus superioribus: ergo etiamque calor sit magis resistiu, quam frigiditas actiua & resistiu, poterit hæc ab illo nonnullam ferre victoriā. Supereft insuper alta differentia inter resistentiam actiua, & formalem, que plurimum conductit, ut actiua, etiæ minus fortis, possit reagere, resistentia enim actiua semel deuicta potest iterum dimicare, manet enim integra virtus, etiamque vincatur cum impeditur ab actione: resistentia vero formalis deuicta non iterum se instaurare potest, non enim manet integra dum vincitur, sed perit secundum illum gradum, in quo vincit agens: ergo quantumvis calor sit resistiu, & frigiditatem via car resistentia, deinde actiuitate, poterit actiuitas frigiditatis in aliquo vincere resistentiam caloris.

Tandem sicut in duabus agentibus excessu maior i s virtutis in uno potest compendiari minori effectu producendo, in quo vincit minus forte, v.g. potentius erit frigidum imbecillius ad conservandum vnum gradum frigiditatis, quam calidum fortius ad octo gradus caloris simul conservandos, sic poterit cōpenciari excessus virtutis actiua, & resistiu vnius qualitatibus respectu virtutis actiua, & respectu resistiu-

restituix aliis, quin de medio tollatur actio, & reactio, & mutua victoria, sed tantum inferatur minus forte leuem reportaturum triumphum, & magis forte excellentiorem triumphum acturum in actione respectu sue reparationis.

8 Ratio, que probat siccitatem esse maximè resistuum ex morbo, qui in siccitate relabitur, efficax non est, cui possit aliquis respondere, Hoc non prouenire ex majori resistentia siccitatis, sed ex minori actiuitate contrarij, sed si demus morbum labentem in siccitatem esse curatu difficultimum, hoc dici nequit, quia siccitas est minus activa, quam humiditas, vnde ex hoc capite difficultius haec à subiecto, quam illa pelleretur. Respondeo siccitatem expellendam esse humiditatem, vnde quo difficultius producitur humiditas, difficultius siccitas expellitur quantumvis minimam resistentiam habeat, quia tamen medicina pauciora agentia habeat, quibus posit ut ad humiditatem producendam, difficultius potest expellere à subiecto siccitatem, quam calorem, aliāmē qualitatem.

9 Neque obest plura esse agentia in rerum natura productiuam humiditatis, quam siccitatis, quia medicina non potest ut quibuscumque agentibus humidis, sed tantum attemperatis secundum alias qualitates, ne viviuent temperamentum dissoluant. Addo per siccitatem corrupti partes humili radicalis, quibus corruptis nullo medicamento potest dammum illius corruptionis refaciri.

10 Ex dictis constat nullum esse fundamentum, quo communis sententia docet virtutes activas esse minus resistuas; restat modò quid dicendum sit explicare. Aliqui recentes putant vim qualitatem non posse esse magis resistuum alia, quia resistentia fit per incompossibilitatem formarum, omnes autem forma contraria sunt æquæ incompossibilis. Displacet ratio, quia etiam si calor si æquæ incompossibilis cum frigiditate, & frigiditas cum calore, & semel quacumque introducta contraria expellatur, potest tamen calor fortius inherere subiecto, & difficultius expelli. Contra hanc rationem sic nonnulli insurgunt: quantumvis fortiter calor subiecto inhereat, agens frigidum illum expellet per productionem tandem frigiditatis: ergo siue magis, siue minus fortiter calor inheret subiecto, æquæ corruptetur ab agente frigido, quia semper corruptetur per productionem eiusdem formæ. Respondeo agens frigidum per productionem frigiditatis expellere calorem quacumque modo inheret subiecto, verumtamen quo fortius calor inheret subiecto, eo difficultius agens frigidum producit frigiditatem, & corruptum calorem. Rationem accipe: Calor eo ipso quod petat esse in hoc subiecto, petit ne frigidum agens in eodem frigiditatem producat, vnde quo fortius petit esse in illo, fortius exigit ne producatur frigiditas: ergo agens frigidum maiorem illam exigentiam superare debet, ut producat frigiditatem, & vt calorem corruptat.

11 Constat posse vim qualitatem esse magis resistuum alia, quia potest esse qualitas qua fortius, & efficacius petat conseruationem sui, & remotionem contrariae qualitatis. Hanc conclusionem tenent omnes, qui ordinem impugnatum virtutis resistiuas assignant in qualitatibus, quam rectè explicat Suar. disp. 43. sect. 1. num. 12.

12 Dicendum est ex actione, & reactione inter qualitates non posse inferri virtutem resistuum huius qualitatis vincere aliam resistiuam virtute, quia ut saepe dixi, pugna non est inter virtutes resistiuas, quo fundamento ablato satis probabiliter dici potest qualitates magis actius esse magis resistiuas. Hanc conclusionem docet Valesius libr. 1. Controvers. Medicarum, quam exstimo nullo efficaci fundamento posse probari, illam tamen probabiliter coniector ex perfectione qualitatum, quia qualitas magis actius perfectior est alia minori actiuitati prædicta: ergo maior virtus resistiuas illi tribuenda est, quia nisi aliunde confest est possumus perfectioribus entitatibus perfectiores virtutes tribuere debemus.

13 Obiciens sequi ex dictis nullum esse fundamentum ad probandum calorem vincere actiuitatem frigiditatem, maior enim celeritas in actione caloris potest tribui minori resistentiae frigiditatis, & quod tardius & remissius operetur frigiditas potest oriiri ex majori resistentia caloris. Respondeo inferri non posse ex hoc capite proper rationem dictam, probari tamen ex majori actiuitatis sphærarum maiori enim distantia passum caelestis à subiecto calido, quam frigescat à subiecto frigido, quod non potest præcisè pronoscere ex majori resistentia contrarij, quia hæc tandem

vincitur virtute actiua successiuè effectum producente semper cum minori resistentia formalis, quo intensiorem effectum producit, ut Puncto sequenti explicabo.

## P V N C T V M IV.

Statuitur successio alterationis, illisq[ue] causa explicatur.

**Q**ualitatem omnem habentem contrarium non producit totam simul, neque secundum extensionem, neque secundum intensionem, monstrat manifesta experientia, quia noscimus ignem applicatum citius calefacere partem primam passi, deinde distante, ex quo inferatur successio quod extensionem, deinde experimur remissiore calorem sentiri in primo instanti, quo passum applicatur, quam in aliis sequentibus. Quod si non præ oculis, præ tactu successione caloris intensi ostenditur; huius successione causam in præsenti inuestigamus.

## §. I.

Perdotti Magistri sententiam refero, & refello.

**I**ta difficile visum fui⁹ doctissimo recentiori causam successionis in alteratione assignare, ut re desperata fatus illam negare, quam defendere iudicari, & ita asservare eodem agente omnino inuariato eamdem qualitatem esse producendam in primo instanti, ac in sequentibus quacumque agente contrario reclamante, quam conclusio sic probat, & contra successionem alterationis insurgit. Agens calidum in secundo instanti conseruat effectum productum in primo, verbi gratia, conseruat primum gradum caloris, & producit secundum: ergo in primo instanti potuit primum gradum producere, & secundum. Probat consequentiam: Eadem virtus requiritur ad conseruandum, & ad producendum: ergo agens potens simul conseruat unum gradum qualitatis, & producere alium, potest simul utrumque producere, sed eamdem virtutem habuit agens in primo instanti, ac habuit in secundo: ergo si in secundo potest producere unum gradum, & conseruat aliud, in primo potuit utrumque producere. Neque iuvat, ut hic recens resistentia contrarij recurrere, quia quando agens in secundo instanti conseruat gradum productum in primo, & producit secundum gradum, vincit conseruationem in duobus illis gradibus: æquè enim est contra illius exigentiam conseruatio primi gradus, & noua secundi producio, cum contrarium intendat destruere gradum conseruatum eodem modo, ac intendit ne producatur aliud gradus: ergo nulla potest assignari ratio, propter quam perleuans id agens cum eadem virtute posuit in secundo instanti conseruat unum gradum, & producere alium in praesentia contrarij, & non potuerit in primo instanti utrumque producere.

Hac ratione ductus assertit nullum agens posse producere in secundo instanti effectum, quem non produxit in primo, si aliunde in secundo non augatur, cumque manifestè ostendat experientia passum frigidum applicatum agenti calido successiuè calefieri, rem ita cōpositum. Agens calidum ut sex applicatum frigido, in primo applicationis instanti producit totum calorem, quem potest, v. g. calorem vi quatuor, deinde passum iam calidum vi quatuor ab agente calido ut sex aliquid caloris producit in seculo agente, à quo fuit calor ut quatuor productus, quo sit vi calor agentis intendatur, & iam non sit calor ut sex tantum, sed vi septem, vel vi octo, ratione cuius maioris intensionis maiores vires habet in secundo instanti, quam habuit in primo, & ita potest in talis secundo instanti conseruari, & producere effectum, quem non potuit in primo producere, in quo remissius erat.

Quanta hic missis se offerat natura facili! quanta faciliter manu occurrunt amputanda! Mitto doctrinam hanc, supponere simile posse agere in simile, & agens remissum in passum intensem, tota Philosophia in contrarium reclamante. Parco posse secundum hanc doctrinam agens calidum propriæ virtutis resarcire damna illata ab agente frigido, ita ut tanta illius intensio remitteretur per vincum instantis, quantam intensionem in sequenti instanti recuperaret, si enim agens calidum in instanti producit tres gradus caloris in subiecto, & patitur duos frigiditatis, roridemque caloris amittit, tres gradus caloris producuntur in subiecto in instanti

instanti B producent in illo, à quo fluxere, duos caloris, quibus compenſabitur iactura caloris, quam agens calidum in instanti præcedenti fuit paſſum, & ita illius remiſſio nunquam poterit ultra progredi.

5 Infuper ut hic dicendi modus sustineri valeat, neceſſum est vt in quolibet instanti producas ſimil quodlibet agens ſaltem tres gradus intenſionis. Ratio eſt, quia ſi in hoc instanti A, agens calidum producit in paſſo duos gradus caloris, hi duo cūm non poſſint producere tantam intenſionem, quantam in ſe habent, tantum reagent in ſubiectum, à quo fluixerunt vnicum gradum caloris, qui gradus non poterit iterum intendere calorem ſubiecti, qui gradus, qui ſupponebantur, iam produixerunt quidquid po-terat (ago cum recentiori conſtituente continuum ex puris indiuſibilis,) gradus verò adueniens, cūm non poſſit producere effectum ſibi aqualem, neque ſi poſſibilis remiſſor alijs, nullum poterit producere, vnde ut per breuiffimum tempus duret actio agentis, & remiſſio paſſi, neceſſum eſt innumerous ferè gradus agens ſimil producere, quia in quolibet breuiffimo tempore ſunt innumerous ferè instantia, & in quolibet instanti producitur remiſſor quatas, quam in precedenti.

6 Tandem hanc ſententiam efficacissimè impugno. Agens calidum ut ſex produxit in instanti A, tres gradus caloris in paſſo: hi tres gradus caloris produci in paſſo in instanti B ſequenti produxere duos alios gradus in præcipuo agenti, quibus magis intensus illius calor potuit tres gradus caloris in paſſo productus intendere, ergo tres illi gradus caloris produci in paſſo poſuerunt in eodem instanti A, in quo fuere produci, producere duos illos gradus in ſubiecto, à quo dimanarunt, quia non repugnat effectū eodem tempore in quo producitur, producere alium, ut patet in luce Solis, qua in eodem instanti, in quo producitur, aliam producit. Secundo, gradus caloris produci in paſſo eiusdem ſunt virtutis in instanti, quo primo producuntur, & in ſequenti: ergo in primo instanti produxerunt quidquid poſtea producere poſſent.

7 Negat priorem conſequentiā hic Author. Ad confirmationem respondet. Agens poſſe producere effectum in instanti, quo primo producitur, ſi paſſum talem effectum receperunt non fit impedimentum, quia tamen agens in instanti A, quo tres produxit tres gradus caloris, eſt impedimentum duos alios recipere, idēo tres gradus caloris produci in paſſo non producunt duos alios in agenti in prime instanti, licet in illo virtutem habeant eos producendi, ſed in instanti ſequenti B, in quo impedimentum auferunt. Hoc impedimentum ſic explicat. Ponit ſubiectum nudum omni qualitate, cui applicantur duo agentia, vnum calidum, & frigidum aliud, que mutuò suas actiones retardant, quia tamen calidum fortius eſt, inducit quinque gradus caloris, frigidum verò tres ex quibus octonarius numerus compleetur, quem non poſſet excedere ſubiectum in gradibus caloris, & frigiditatis. En ſupponit in instanti A, paſſum recipere tres gradus frigiditatis, & quinque caloris: ergo in eodem instanti quinque gradus caloris non poſſunt producere alium. Probatur conſequentia. In illo instanti non poſſet expelli aliquis ex illis gradibus introductis, quia in eadem mensura non poſſet qualitas produci, & corrumpi, alia in eodem instanti eſſet, & non eſſet: ergo non poſſet produci gradus alijs caloris. Probatur conſequentia. Non poſſet produci gradus caloris, qui expellat alius frigiditatis, ſed non poſſet expelli vilus gradiſ frigiditatis: ergo neque caloris poterit produci: in instanti verò ſequenti, cilm poſſint corrumpi gradus produci in antecedenti, poſſunt quinque gradus caloris produci alium producere.

8 Sed ſibi inſtituit hic Author, & ſatis ad rem: cur quinque gradus produci in paſſo non producent aliiquid in principali in illo primo instanti ſue productionis? Respondet: nam vel in hoc tempore agens calidum perdidit aliiquid, vel non. Si non perdidit, habet expletam capacitem caloris ut octo, & ita non poſſet aliiquid caloris recipere. Si perdidit: ergo in illo instanti productum eſt in eo aliiquid frigiditatis: ergo in illo non poſſet talis frigiditas expelli, quia in eodem instanti, ut ſepe dictum eſt non poſſet exiſtere, & non exiſtere frigiditas: ergo non poſſet introduci calor, quia hic non poſſet non expulſa frigiditas te introduci.

9 Ne videar huic recentiori impegiſſe in doctrinam, quam ipſe tradit de prioritate signorum, quod ipſe de multis

conqueritur, fateor certissimam eſt doctrinam, quā docet gradum frigiditatis ſupponit in hoc instanti in eodem non poſſe expelli, quia quod ſupponit in aliquo instanti, exiſtit in illo, & id quod expelliſtur non exiſtit in illo, in quo expelliſtur, ſed eadem entitas non poſſet exiſtere, & non exiſtere in eodem instanti ergo non poſſet in eodem instanti ſupponi, & expelli. Deinde certum eſt entitatem ſupponi exiſtentem in instanti, in quo prodiſtur, ac proinde non poſſe in eodem expelli. Hac doctrina Magistro indiget, non propugnatores, paucis enim ad prima principia reducitur, ſed his poſſit hinc recentiorē ſic impugno.

Afferit quinque gradus caloris non poſſe producere alium, qui prodiſtunt tres frigiditatis quos in eodem instanti non poſſet expelli. Fateor admittā temel productione trium graduum frigiditatis euidenter, respondere, ſed inquirō, cur illi quinque gradus caloris non impediunt productionem trium frigiditatis prius natura, quam prodiſtunt, ſi enim in instanti ſequenti B valent illos expelliſtre: ergo instanti A, quo fuerunt primo produci, poſtuerunt illos impidiere, non enim maior via requiriſt ad impidiendam frigiditatem, quam agens producere intendit, quam ad illam iam prodiſtunt expelliendam.

Dices quinque gradus caloris ſupponere productionem trium frigiditatis, ac proinde non poſſe illam impediare. Contra tamē. Quinque gradus caloris non ſupponunt productionem trium frigiditatis priorem natura, quia gradus caloris non dependet à productione trium frigiditatis, vt per ſe pater, neque priorem tempore, quia ſimil prodiſtunt omnes, ergo nullo modo ſupponunt quinque gradus caloris productionem triam frigiditatis. Dices productionem quinque graduum caloris, & trium frigiditatis eſt ſimil tempore, ſed ego inquirō cur quinque gradus caloris non impediunt hanc ſimultatem temporis impidiendo productionem trium frigiditatis, qualitas enim in primo instanti in quo producitur, poſſet impidiere productionem qualitatis, quam in illo instanti intendit producere agens contrarium, & conſequenter ſimultatem temporis, quam cum illa haberet qualitas, que producere, ſi illius productionem permitteret alia qualitas prodiſta in eodem instanti. Ego ſanè affererem, quinque gradus caloris prodiſtunt in paſſo non poſſe producere alium gradum caloris in illo instanti, neque in ſequenti, quia nihil poſſunt producere in ſubiecto aſſimilato, ſeu habente intensiore qualitatē, ſicut eſt agens, neque in ſubiecto, in quo ſunt, à quo expelliſtre frigiditatem inhären-tem non valent.

Venit iam ad rationem quam affignat, propter quam quinque gradus caloris non poſſunt aliiquid producere primo ſue productionis instanti in ſubiecto, à quo fluixerunt. Illius memoriam excitoſic paulo antea dicebat. Agens in illo instanti, vel perdidit aliiquid caloris, vel non perdidit, &c. Respondeo perdiſſe aliiquid caloris, que deperdiro non poſſuit impediſtr introductio frigiditatis, quae ſupponit ad expulſionem caloris, neque frigiditas expelli, quod ſemper libens huic recentiori concedo, ſed adhuc integra manet impugnatio. Inquirō enim, Cur perdiſerit calorē, & introducta fuerit frigiditas in instanti. Cur totum hoc fuit impedimentum calore productu, vel conſeruato in paſſo in eodem instanti, quia ut paulo antea dicebam calor valens in instanti immediato ſue productionis instanti cumdem impidiere, qui, neque prius natura, aut tempore ſupponit productus?

12 Respondeo secundo, agens in illo instanti nihil perdiſſe, poſſe tamen augeri, qui à principio non fuit ſummè intenſum, ſed tantum calidum ut ſex, ſicut enim ille ad ſuam conſtruacionem explicandam ſupponit calum, in quo applicetur agens calidum ut octo, ſic ego ad meam impugnationem aperiendam calum ſuppono, in quo applicetur calidum ut ſex, quem admittere debet.

Deinde ut appareat quā inefficax sit ſolutio tradita ab hoc Authorē, animaduertas, quā ſo, eodem modo poſſe applicari ſecundo instanti conſeruationis caloris, ac primo ſue productionis. Dico enim, ſecundo instanti quinque gradus caloris nil poſſe producere in principio, à quo fluixerū, quia vel tale agens in illo ſecundo instanti perdiſt aliiquid caloris, vel non perdiſt: ſi non perdiſt, et expleta capacitate, ſicut in primo, & non poſſet augeri: ſi perdiſt, non poſſet non deperdere, neque non introduci frigiditas, neque produci calor, quia in eodem instanti non poſſet

potes expelli, & introduci frigiditas. Dices, agēs perdidisse calorem, & acquiūsse frigiditatem in primo instanti productionis quinque graduum, ac proinde in secundo posse hanc iacturam refarcire, eodem modo dicam ego, agens perdidisse calorem destrutum ab alio agente in instanti precedenti primam productionem, horum quinque graduum, & applicationem huius pafii.

**15** Has omnes difficultates fugiunt hic Author, si doceret dum illi in hac re alia difficultatem fugiendi via non apparebat, calorem non conseruari à causa producente, sed à Deo, sic enim res è explicetur successio qualitatis, licet enim hic philosophandi modus minus philosophus virus fuerit, non tamē esset aliquibus spectatoribus destitutus, multi enim illum insequuntur, & sanè magis alienum est à Philosophia afferere agens remissum posse agere in passum intenſum, postquam agens, & passum secundum eandem qualitatem ad inuicem reagere, & se mutuā ſouere, quæ omnia communis sententia negat, & efficacissimè impugnant rationibus ſuprā factis. Alia mihi ſuperest via, qua prædicto argumento facile ſatisfaciam, etiam ſi aſſertam qualitatem conſeruari à primo producente, illam aperiam, dum in hac quæſtione meam ſententiam explicem.

### S. III.

*Cauſam ſucceſſionis intenſiue in alteratione ſecundum propriam ſententiam aſſigno.*

**16** **D**iplici modo potest alteratio esse ſucceſſiva, primò per accidens ratione applicationis agentium, quia ſucceſſiuē agens applicatur paſſo, ſicut ſucceſſiuē producitur lux luminofa ſucceſſiuē applicato ad homine illum vehente qui ſe ſucceſſiuē mouet, & ad ſuum motum lu-minofum. Non loquimur de hac ſucceſſione, ſed de ſucceſſione, quæ ſub eadem agentis, & paſſi applicatione cadit, quia agens non agit in primo instanti totum quod in ſe habet; neque extenſiue, neque intenſiue. Agam prius de ſucceſſione intenſiue quæ explicata facile ſucceſſionem extenſiōnis explicabo.

**17** Successionem non oriri ex reſiſtentia actiua remota, & impropria, quia agens ſuum contrarium diminuit certiſſimum eſſe puto, & ferè omnes fatentur, quod enim frigidum in hoc instanti corrumptat aliquos gradus caloris non potest eſſe impedimentum, vt reliqui gradus permanentes in eodem instanti non producant quidquid poſſunt, & conſequenter gradus illos, quos in instantibus ſequentibus producent.

**18** Deinde aſſero ex reſiſtentia actiua proprie dicta præciſe, & ſecundūm ſe conſiderata non poſſe oriri ſucceſſionem iotenſiue in communi opinione afferente calorem, & quemcumque aliū effectum conſeruari à primo producenti, dum hoc eſt applicatum, quod effiſaciter probat argumentum factum à recentiore ſuprā impugnato, quia ex hoc capite præciſe agenti in primo instanti aget id, quod in ſecundo poterit agere preſente eodem contrario, licet non totum id quod ageret illo deficiente, exempli gratiā, pono paſſum nudum applicatum calido agenti, & frido: hęc duo mutuā inter ſe reſiſtentia attemperantur, & agens producit quinque gradus, & frigidum tres, quodlibet illorum octo producturum, ſi contrarium agens illius actionem non impedit in primo instanti, ſeu in primo congreſſu actionis, poſtea verò agentibus inuariatis, & reſiſtentia formalis ſecula, neutrū illorum aliud amplius produce. Idem dico de ſubiecto quod aliā ſupponeretur cum qualibet qualitate, quod in primo instanti recipere a quolibet agenti quidquid poſſet ab illo produci, ſi tantum reſiſtentia actiua daretur.

**19** Ratio à priori hęc eſt. Agens calidum intendens producere octo partes caloris in paſſo, reſiſtit ne frigiditas producatur in ſubiecto, & hac producta reſiſtit eodem modo ne conſeruerit, & vt expellatur: petit enim vt in ſubiecto non sit frigiditas, ſeu carentia frigiditatis, ſive producitur, ſive non producitur, vnde frigidum non vincit reſiſtentiam agentis calidi, dum primū producet frigiditatem, ſed dum illam conſeruat, quia tam productio, quam conſeruatio eſt contra exigentiam agentis calidi reſiſtentis productioni, & conſeruationi frigiditatis, quapropter ratione contrarij eadem virtus requiriunt ad producendum, & conſeruandum, ſimiliter ratione effectus, vt fatentur ferè omnes ergo agens potens in aliquo instanti preſente con-

trario ſimul producere vnu gradū, & conſeruare aliū poterit vtrūque ſimul producere: ergo ſi effectus producatur ab eodem eft conſeruandus in primo instanti poterit produci quidquid in ſecundo potest produci, & conſeruari.

Dices, minorem virtutem requiri ad conſeruandum vnum gradum caloris, & ad producendum aliū, quia quando producuntur ſimul duo, expelluntur duo contraria, quando verò vnu conſeruatur, & aliū producitur, tandem expellit vnu gradus contrarius. Contra hanc ſolutionem ſi argumentor, quando conſeruantur duo gradus caloris, impeditur agens contrarium ne producat duos alios frigiditatis, quos produceret, ſi non conſeruerentur gradus caloris, qui contra exigentiam contrarij conſeruantur, ergo ex parte contrarij eadem eft reſiſtentia ad conſeruationem, & ad productionem, quia in vroque cauſa actio, ſive conſeruativa, ſive productiva eft contra eandem exigentiam agentis contrarij, & impedituſ effectus, quem contrarium intendit producere, quod autem respectu forme informantis ſubiectum ſit minor reſiſtentia ad conſeruationem, quia nullam qualitatem expellit, quād ad pri-mam productionem expultricem formam contraria, hoc ad reſiſtentiam formalem non ad actiuan pertinet. Hac iuxta opinionem que afferit calorem productum conſeruari cauſa ſecundo illum producere.

In opinione quæ afferit calorem non conſeruari ab agente etiam applicato, quod illum produxit bene poterit ſecula reſiſtentia formalis oriſi ſucceſſio reſiſtentia actiua, quia agens quod tantum potest contrarij reſiſtentia producere vnicum gradum, poſquam illum in hoc instanti produxit, poterit in ſecundo cum cefſet ab illius conſeruatione aliū producere, & aliū in tertio, pluresque ſucceſſū, nunquam tamen duos ſimul, quia illius virtus non vale contra reſiſtentiam contrarij duos ſimul producere, vel conſeruare.

Dices poſſe oriſi ſucceſſionem alteratione, quia ſucceſſū corrumpit virtus actiua reſiſtentis, & quo minor eft reſiſtentia maior eft effectus à contrario productus, cum autem ſucceſſū minuat virtus reſiſtentia ſucceſſū creſcit productus effectus. Rem non foliū virtus actiua reſiſtentis non potest ſucceſſū corrumpi ratione virtutis reſiſtentia illam conſeruantis ergo ſi ſucceſſū corrumpit, vt ratione reſiſtentia formalis, vel quia agens illam corrumpens ſucceſſū applicatur. Si ratione reſiſtentia formalis, ab hac oriſtur tota alteratione ſucceſſio. Si ratione agentis ſucceſſū applicati, hęc ſucceſſio erit per accidens, de qua non eft quæſtio. Omnes illationes ſunt legitime: pri-mum antecedens probatur ratione ſuprā facta.

Successionem oriſi ex reſiſtentia formalis ex dictis clare constat, quia cū non oriſi reſiſtentia actiua pura neceſſum eft oriſi ab hac. Deinde quia calor conſeruari à Deo ſucceſſū corrumpit, vt patet experientia in aqua calida ſucceſſū ſe reducere ad pristinam frigiditatem, ſed respectu caloris conſeruari à Deo non datur reſiſtentia actiua ergo ratio ſucceſſionis oriſit ex reſiſtentia formalis.

Rationem huius conclusionis ex doctrina tradita facile dabo. Poſta eadem virtute, quo minor fuerit reſiſtentia, intenſior producetur effectus, ſed in ſecundo instanti eft minor reſiſtentia formalis in paſſo, quam fuerat in primo instanti, & minor in tertio, & ſic in quartō. Ergo maior calor ſucceſſū producetur in ſingulis instantibus. Totus difficultatis caro in probatione Minoris veritatur, pro qua in memoriam reuoco id, quod docui Punto 2. videlicet agens producens primum gradum caloris in instanti, in quo illum producit, & corrumpit octauum frigiditatis, vincere reſiſtentiam frigiditatis præcedentis in instanti antecedenti, verbi gratia, frigiditatis vt octo, tria in illo instanti non fit talis frigiditas. Ex quo infero calorem producunt in primo instanti, quo agens applicatur ſubiecto quod independenter ab illa applicatione fuerat, & illa non intercedente eft in hoc instanti frigidum vt octo, eft contra reſiſtentiam octo gradum frigiditatis præcedentium, quam agens tantum potest vincere duobus gradibus, v.g. quos producet in primo instanti, quibus prodicit iam in illo instanti tantum existunt ſex gradus frigiditatis: poſtea verò idem calidum producens in ſecundo instanti calorem, tantum vincit ſex gradus qui immediatè præcesserunt, corrupſis enim in primo instanti duobus frigiditatis, tantum ſuperfuere ſex reſiſtentis calor producendo, vnde in ſecundo, cum calor producatur tantum, producitur contra reſiſtentiam ſex gradum frigiditatis, & calidum

calidum illum producens tantum vincit sex gradus inimicos ergo in secundo instanti minorem resistentiam habet, quam in primo, ac proinde poterit producere, & conservare effectum, quem non potuit in primo instanti simul producere.

**26** Obiicies gradus qui præcessit, & corrumpitur in hoc instanti, non est in hoc instanti: ergo non potest retardare actionem contrarij. Respondeo distinguendo antecedens; gradus qui præcessit non est in hoc instanti supponit actione illum expellente, concedo: independenter ab actione illum expellente, nego; deinde nego consequentiam. Hec enim est differentia inter non esse in hoc instanti gradus præcedentis, & non esse gradus non præcedentis, quod non esse in hoc instanti gradus præcedentis in immediato supponit in hoc instanti formam contraria introductam contra exigentiam gradus expulsi cum conatus agentis, in quo suas exercet vires, & quasi in hoc occupatum non potest ad aliam actionem transire: non esse autem gradus non præcedentis non supponit in hoc instanti actionem aliquam vincentem gradum, qui non fuit, cuius modo est non esse independenter à quacunque actione vincente contrarium.

**27** Obiicies secundum. Si Deus in hoc instanti independenter à quacunque actione corrumperet gradus frigiditatis immediatè præcedentes, eodem modo introduceretur calor, ac si non præcessisset in instanti antecedenti, ergo gradus non existentes in hoc instanti non retardant actionem contrarij ex eo quod immediatè præcesserint. Resp. concedendo antecedens, & distinguendo consequens; gradus præcedens non retardant actionem agentis quando in hoc instanti non sunt, seu est illorum non esse independenter ab actione, que modò est, sicut contingit in hoc casu, concedo consequentiam, quando illorum non esse est dependenter ab actione, quæ est in hoc instanti vincente exigentiam præteritam, nego consequentiam.

**28** Rem totam pro doctrina tradita, & argumentorum solutione paucis accipe. Applicato agente calido passo frigido prius natura, quam Deus decernat concurrendre ad productionem caloris, considerat exigentiam agentis intendenter producere duos gradus caloris, in quo priori, neque calor est productus, neque frigiditas consuetuta in passo pro illo instanti, quia si Deus decernat producere calorem, non conservabitur, si verò illum non producat, frigiditas durabit in passo; sic inspeçta agentis exigentia incipit Deus, an ex parte passi frigiditas præcedens in instanti antecedenti petat in hoc conservari, & momenta huius exigentiae perpendit, illaque confert cum exigentia agentis, & illi annuit quæ fortius petit. Unde vt calidum producat calorem in hoc instanti, necessum est, ut per propensionem ad productionem vincat exigentiam, quam habuit frigiditas passi ad sui conservationem, quam si non vincit nihil agit, sed illius actio impediet à contrario. Si verò Deus tantum incipiat exigentiam agentis ad productionem caloris, & nullam cognoscat exigentiam frigiditatis in passo ad sui conservationem, quia nulla frigiditas in illo præcessit, vel si cognoscat hanc exigentiam aliunde esse viçtam, semper cum agente concurrerit sine collatione sua præpositionis, seu exigentia cum alio contrario, quod non est, seu supponit deūctum. En in uno casu agens in priori naturæ propendens in effectum impeditur à contrario, & non in alio, in nullo autem in illo priori, in quo impeditur, seu Deus decernit non concurrendre, cum illo, supponitur, neque videtur contraria existens pro illo instanti, quia existentia frigiditatis v.g. conservata in hoc instanti, supponit non productionem caloris in eodem, quia si hic producetur, illa non existeret, & omni priori, in quo causa prima, vel secunda est indifferens ad productionem caloris, in hoc instanti est indifferens frigiditas, vt pro illo instanti conservetur, & non conservetur, & non potest intelligi existens ex quo infertur manifestè ipsam non prout existentem in hoc instanti, sed prout existentem in instanti antecedenti impedit productionem caloris in hoc instanti faciendam, ac proinde plurimum conducere, vt calor producatur, vel non producatur in hoc instanti, frigiditatem præcessisse, vel non præcessisse in antecedenti.

**29** Probaui iam successionem non posse prouenire à resistencia actiua præcisè sumpta, & dimanare à resistencia formaliter. Addo modò in expulsione qualitatis resistentis formaliter, cuius agens actiua resistit pro conservatione illius, successionem qualitatibus contraria introductæ prouenire à

resistencia formaliter, & actiua, quia licet hæc sine consortio formalis non possit causare successionem, illi tamen adiuncta maiorem successionem alteratio inducit, quam haberet alteratio si tantum fieret contra resistencia formaliter. Ratio est manifesta. Frigidum agens intendenter producere frigiditatem contra resistentiam formaliter caloris expellendi, & actiuan ignis cōseruantis minorem frigiditatem producit in hoc instanti, quam producet, si tantum qualitas formaliter resisteret, quia idem est conatus, eadèque actiua propensio magis producet, quod minor fuerit resistencia, vt per se patet; ergo alteratio erit magis successiva. Probo consequentiā, quo remissior qualitas in singulis instantibus producitur simul, eo est alteratio magis successiva, sed remissior qualitas producitur simul in singulis instantibus, quando est resistencia formalis, & actiua, quam si esset tantum formaliter, ergo est magis successiva alteratio positivis duabus resistentiis, quam esset si una tantum formalis vincenda obiceretur. Pater doctrina tradita experientia, quæ videmus maiorem successionem habere alteratiōnem qualitatibus, cuius opposita conseruat à causa secunda actiua resistente, quam illa, cuius contraria qualitas expellenda conseruat à Deo actiua non resistente, facilius enim frigus producitur absente igne conferuante calorem, quam illo præsentē actiueque resistente produceretur.

**30** Obiicies: tanta potest esse resistencia formalis, vt non permittat produci simul duos gradus contrariae qualitatibus: ergo tunc resistencia actiua non potest esse causa, vt alteratio sit magis successiva, quia illa est summè successiva, in qua nihil simul producitur. Respondeo admisso antecedenti, non esse inconveniens concedere illo casu qualitatem actiua non esse causam majoris successioneis, quia nulla maior successio possibilis est. Existimo tamen data resistencia formalis contra quam tantum potest prævalere agens per productionem vniuersi indiuisibilis nulla resistencia actiua intercedente, hac posita agens nil facturum, quia posita maiori resistencia agens minus producit, sed posita resistencia formalis sine actiua tantum producere poterat indiuisibile qualitatis: ergo posita formalis, & actiua nil producitur.

## §. III.

*Causam successionis extensiuæ secundum propriam sententiam explicabo.*

**31** Tonus fui in successione intensiuæ explicada, hac enim posita successiva extensio, illiusque causa facile percipitur, cum enim agentia agant uniformiter disformiter per suam sphærā, ad hoc vt extensio qualitatis perueniat ad partem passi distante per sex partes, necesse est, saltem sex gradus intensiois esse productos in parte immediata agéti, alioquin ad partem sextam passi nulla poterit qualitas peruenire, quia si in prima tantum producuntur quinque gradus in secunda producuntur quartus, in tercia tres, in quarta duo, unus in quinta, & nullus in sexta: ergo rectè inferatur successio extensiuæ ex intensiuæ, quia si probemus non produci in primo instanti applicationis sex gradus caloris in prima parte passi, rectè inferatur non produci in illo instanti gradum aliquem in sexta parte, ac proinde successiuæ intendi.

Id quod dixi de sexta parte de omnibus aliis ulterioribus eodem modo rem explicat, in eadem enim mensura, in qua crescit intensio in partibus proximis crescit intensio in remotis: ergo extensio ad has erit successiva, si ista rūm intensio successiva sit.

Ex dictis inferes successionem alterationis oriri non tantum ex resistencia qualitatibus contrariae existentibus in parte passi, ad quam in hoc instanti non extenditur alteratio, sed ex resistencia partiū proximarum agentium, quia successio intensiois illis contigit, quia si intensio partis proxime, quæ sit in tempore fieret in instanti, extensio partis remote, quæ sit in eadem mensura in qua compleetur intensio partis proxima fieret in instanti absque illa mora, & non teneretur expectare tempus, in quo cōpletur intensio partis proxime nihil recipiendo in partibus temporis præcedentibus ultimum terminatum in quo compleetur intensio.

**32** Dixi extensionem non oriri tantum ex resistencia qualitatibus contrariae existentibus in parte passi, ad quam in hoc instanti non se extendit qualitas, quia etiam resistentiam huius existimo conducere, vt in hoc instanti qualitas non se extendet ad partem subiecti, quam informat; Rem probo, &

R r explicabo.

explico. Qualitas existens in ultima parte sphæra, ad quam protenditur actio in hoc instanti, licet ratione remissionis sufficiens non sit, aliam similem producere in parte passi immediata informata qualitate opposita, & hæc remissio proueniat ex modo, quo agens operatur uniformiter difformiter, ac proinde originem trahat ex resistentia, quæ fuit in parte immediata agenti ad tantam intentionem simul recipiendam, nihilominus eadem qualitas remissa, que modo non valet aliam producere in parte proxima passi formata contraria qualitate sufficiens est illam producere, si nullam inueniret resistentiam ad illam producendam, quia minor virtus requiritur ad qualitatem producendam absente contrario quam illo presente.

35 Concludo successionem extensionis oriū ex resistentia ad intentionem in partibus proximioribus agenti, & ex resistentia qualitatē existēti in parte passi, ad quam in hoc instanti se extendit actio, diuīsco tamen modo, quia ablatā resistentia à parte ad quam non se extendit actio, adhuc extensio fieret successiū, quia licet in illo instanti extensio perueniret ad illam partem immediatam, & forsitan ad aliam, non tamen posset vtrā pregori, quia etiam absente cōtrario agens ageret uniformiter difformiter, ablatā tamen resistentia partium anteriorum nunquam extensio retardaret præcisē ex resistentia qualitatē existēti in parte, in qua proximè fieri potest extensio, quia agentibus omnibus eodē modo se habentibus, nulla est ratio cur non possit recipere in hoc instanti qualitatem, quam potest recipere in instanti sequenti, si in hoc nihil recipisset, quare enim rebus eodem modo se habentibus non inciperet alteratio in hoc instanti inceptura in sequenti in eadem parte subiecti.

36 Ex hac doctrina deduces totā successionem alterationis ex latitudine graduali, & modo agēdi uniformiter difformiter oriū, quapropter si daretur passum secundum omnes partes æquā applicatum agenti, extensio qualitatē fieret in instanti, neque esset ratio propter quam in aliquo instanti retardaret extensio ad aliquam partem subiecti, quod bene notarunt recentes afferentes passum valde exigū vndique cinctum igne in instanti secundū omnes sui partes esse calefactiū, quia omnes partes æquā distarent, cum omnes extimessent æquā approximatā agenti, & cētrum (idem dico de aliis partibus intimis) æquā esset approximatū agenti adæquato cum partibus extimis, quia licet magis distaret ab hac parte agentis, quam pars extima illi immediata, minus distaret à parte agentis opposita, ac proinde distaret vnius partis aliis approximatione suppleretur, & omnibus perpenſis, æquā approximatū esset cētrum, & quālibet pars intima agenti adæquato, quā esset pars extima eiusdem corporis.

## P V N C T V M V.

An alteratio sit adæquate successiva.

I A dæquate successiva dicetur alteratio si nihil qualitatē simul producatur, sed singulis indiuisibilibus illius singula indiuisibilitas temporis in prima productione corresponeant: si vero in aliquo indiuisibili temporis aliud indiuisibile qualitatē producatur, alteratio non erit adæquate successiva, sed aliud indiuisibile illius permanenter producetur, quod enim in eodem indiuisibili tempore producitur, non potest non simul, & permanenter produci, quia in eodem instanti non potest esse simul prius, & posterius.

2 Neotericus ille, qui totum successionis negotiū ad agentia reducebat quem ad satietatem impugnauit Puncto precedentē §. 1. consequenter docet alterationem non posse esse adæquate successivā, quia postea passo frigido vt octo, & applicato calido vt octo fortius est agens calidum ad producendum quinque gradus caloris, quā frigidum ad conseruandum quatuor frigiditatis: ergo in primo applicationis instanti producet quinque gradus caloris, quos intendit producere, & agens frigiditatis cessabit à conseruatione quarti gradus frigiditatis incompossibilis cum quinto caloris. Probat antecedens: calor ex se est magis actiuus quam frigiditas: ergo cateris paribus intensiorem effectum producit. Idem assert de agenti remissiori, vel minus fortis, scilicet frigido vt octo quod etsi minus actiuus sit, quā calidum, fortius est ad producendum tres gradus

frigiditatis, quā calidum ad sex conseruandos, & calidum vt quatuor fortius est ad producendos duos gradus caloris, quā frigidum ad septem frigiditatis conseruandos. Hunc discursum insequitur quibus probare intendit agens in primo instanti applicationis producere quidquid in se habet.

Nos vero qui præter resistentiam actiūam formalem aliam inuenimus, hac ratione non premūr: concedo enim calidum vt octo maiorem virtutem habere ad producendum quinque caloris, quā frigidum ad quatuor conseruandos; affero tamen frigidum minori virtute conseruare quatuor frigiditatis, & calidum maiori non producere quinque gradus, quia frigidum conseruat sine resistentia formalī qualitatē contraria, calidum vero si productum est calorem, illum debet producere contra resistentiam formalem frigiditatis, quā supponit ex parte subiecti.

Contra hanc doctrinā sic obiicit: Calor existens in hoc instanti non opponitur cum frigiditate præcedenti in instanti antecedenti: ergo idem calor producetur in hoc instanti, siue frigiditas præcesserit, siue non præcesserit. Relpondeo distinguendo antecedens: calor existens in hoc instanti non opponitur cum frigiditate præcedenti ratione illius vt præcedens concedo, ratione illius præcedentis secundum id, quod petit in ordine ad hoc instanti, nego antecedens: deinde nego consequētiā. Rem explicui Puncto precedentē §. 2. Frigiditas existens in instanti præcedenti petit durationem lui in hoc instanti: frigiditas autem in hoc instanti non opponitur cum calore in eodem existente, ex quo manifeste infertur frigiditatem existentem in instanti A, exigere rem incomp̄ossiblem, cum calore existente in instanti B, ac proinde ex instanti A, (vt sic loquar) impedit productionem caloris in instanti B, si agens calidum fortius non vineit in instanti B, resistentiam præterit in instanti A, de re facienda in eodem instanti B.

Affero alterationem terminatam ad calorem expellentem frigiditatem conseruatam à Deo vt causa prima non esse adæquate successivā, quod sic probō. Si hoc alteratio fieret contra resistentiam formalem, & actiūam in indiuisibili tempore producetur, saltem indiuisibile qualitatē: ergo quando sit tantum contra resistentiam formalem, produci debet aliud indiuisibile. Probo consequētiā, quo minor est resistentia, agens intensorem effectum producit, sed minor resistentia est quando tantum est formalis, ac quando est formalis, & actiūa: ergo major effectus producetur quando frigiditas expulsa conseruat tantum à Deo sine resistentia actiūa, quam producetur, si frigiditas conseruat ab aqua actiūa resistente: ergo producetur aliud indiuisibile, qualitas enim excedens aliam, est indiuisibile, necessariō est indiuisibilis, dicit enim totidem ac alia excessa, & aliud amplius.

Affirmo similiter alterationem factam contra resistentiam formalem, & actiūam non esse adæquate successivā. Hanc conclusionem suader maxima aliquorum agentium celestis, que etiam in praesenti contrarij brevissimo tempore effectum maximoper intendunt. Deinde nulla appetit ratio neque experientia, que cogit ita religiosē successionem alterationis defendere, ut etiam in contrarij praesenti non cōcedamus aliud indiuisibile produci, imdē ratio oppositum suadet: si enim resistente frigiditate, deinde cause conseruatiū illius, hoc calidū vincit in uno instanti temporis utramque resistentiam per productionem vnius gradus, cur agens fortissimum non vincet productionem duorum, vel triū? quo enim fortius est agens, intensorem effectū producet in eodem tempore, ceteris partibus.

## P V N C T V M VI.

De continuatione alterationis iuxta continuum  
Aristotelicum.

Nihil non obscurum, molestem, atque prolixum in hac continui compositione: nihil non explicari difficile, nec pauca occurruunt in hac materia, que non ex aliqua ratione qualitatē, seu alteracionis speciali, sed ex infinitate partium trahunt originem; quapropter libens omnibus abstinerem, ne tamen in hac re multa, & manca disputatione nostra videatur, stricto calamo cingam, que prolixē satis multi diffundunt.

§. I.

*Aliorum placitare referuntur, & refelluntur.*

**A**nte omnia notandum est duo esse genera indiuisibilium, iuxta hanc opinionem, quadam diuisibili secundum extensionem, & diuisibili secundum intentionem, alia diuisibili secundum intentionem, & diuisibili secundum extensionem. Hæc subiectantur in diuisibilibus quantitatibus, quæ ratione subiecti diuisibili sunt, neque illam habent mensuram extensuam, tamen intensibilia sunt, quæ in eodem diuisibili subiecto plures qualitatis gradus possunt esse, & idem diuisibile fit magis calidum per additionem gradus ad gradum, cui gradus vniatur mediis aliis diuisibilibus extensi ratione subiecti, & intensis, quæ vniunt partes intentionis, & omnia diuisibili debent carere illa diuisibilitate, quam vniuere. Hæc vocantur omnino diuisibili, diuisibili intentionis, diuisibili secundum extensionem sunt in triplici differentiæ, quia cum habeat diuisibilitatem ratione subiecti, illa gaudet, quæ pollet subiectum, cui inhæret, & ita diuisibile intentionis subiectatum in linea, est diuisibile extensionis secundum longitudinem, non verò secundum latitudinem, neque profunditatem subiectatum in superficie secundum longitudinem, & latitudinem, non verò secundum profunditatem, id est diuisibile intentionis subiectatum in parte corporis est diuisibile extensionis secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem: hæc enim intentionis diuisibili subiectantur in linea, superficie, & in parte corporis, quia cum haec omnes in se habeant partes intentionis, debent illas habere vnitatis aliquo vnitatu, alia omnes essent omnino diuisibiles, & continuum constaret puris diuisibiliibus, & hoc vnitatum debet esse diuisibile secundum intentionem, si enim esset diuisibile, haberet in se alia vnitia, & sic in infinitum procederetur.

**2** Fuit opinio aliorum afferentum alterationem non extendi continuè, quia nihil illius in partibus temporis dianamat ab agente, quod in his passum disponit ad qualitatem recipiendam in se initianti temporis, in quo tantum producitur. Hanc opinionem refert Rub. i. de generat. titul. 3. quæst. 2. ubi aliam adducit Capreol. Soncinnatis, & Ferrariensis, afferentum intentionem non fieri continuè, sed tantum in singulis instantibus, partibus verò quiete mobile ad intentionem, & disponi ad illam in instanti recipiendam. Vraque sententia omni fundamento est deputata, eisdemque argumentis à me impugnabitur.

**3** Ignis eadem virtutem habet ad producendum calorem sive in eadem parte subiecti per intentionem, sive in diversis per extensionem in parte temporis, ac habet in instanti, & eadem est resistentia contrarij in hoc, ac in illa, ergo sicut producit intentionem, & extensionem in instanti temporis, utramque producit in parte. Id verò quod afferit in parte temporis disponi subiectum, vt calor extendarit ad illud secundum priorem opinionem, & vt extendarit secundum posteriorem falsissimum est, quia ad recipiendum calorem nulla supponitur dispositio ex parte subiecti: sed esto, dispositio supponatur: Producit dispositio erit alteratio, per illam enim subiectum aliter se habebit ac ante, & fieret in partibus temporis: ergo iam alteratio fieret in partibus temporis. Virgo: In eadem mensura, in qua producitur dispositio ad formam producitur forma, sed ultima dispositio ad calorem producitur in parte temporis: ergo in parte temporis producetur calor. Cösequientia est legitima. Minor tradita ab Authoribus vtriusque sententia. Maior in aliis formis ab omnibus admissa, & probatur facile, quia si in parte temporis est quidquid requiritur ad productionem caloris, ad quid expectaturum est agens venturum instans, vt calorem producat. Deinde dispositio per se ipsam necessariè determinat formam: ergo vt primum est determinata, sed est in parte temporis: ergo in illa ad formam determinabit. Mitto rationem aliam, quam num. 13. adducam contra Doctores, afferentes totam alterationem fieri in partibus, sed non in instantibus, quia probabo non posse alterationem à partibus secerni, si fiat in instantibus, neque ab instantibus, si fiat in partibus.

**4** P. Rub. suprà, quæst. 3. docet in instanti temporis produci diuisibili omni, videlicet diuisibili continuatum partis intentionis producta in diuisibili quantitate, cum parte intentionis immediate in eodem producen-

da, reliqua verò diuisibili, videlicet intentionis extensum, & extensionis intensem non posse produci in instanti, sed in tempore. Prior pars huius sententiae præ se fert impugnationem quam expendo. Essentia vnitatu est actu esse exercitium vniuersitatis, & actu vniure: ergo implicat esse in aliquo instanti, in quo non vniat: ergo implicat esse in aliquo instanti, in quo non fit vtraque pars, est enim vtriusque modus, & ab vtraque essentialiter dependens. Respondet Rub. sufficere partem vniendam esse immediatè futuram, quia vniunt modo successivo, & hæc est natura vniuersitatis successuum, vt illa vniuantur, quæ immediate fluunt vnum post aliud. Adhuc manet integra obiectio, quam suprà dedi. Essentia continuatiui est actu vniure, ex eo autem quod pars fit futura non potest vniuum illam modo vniure: ergo modo esse non potest: implicat enim esse in mensura, in qua non vniat.

Quod addit Rub. vniure modo successivo, & natum successivorum esse vnitum per intermediatum successuum fluxum, in successu per se, & essentialiter ægredi intelligitur, in his verò de quorum essentia non est successu fieri, est omnino falsum, motus autem alterationis non est successivus natura sua, idem enim, qui fit in mensura temporis diuisibili, posset fieri in instanti, & de facto ita fieret ni qualitas contraria illum retardaret. Ex hoc inferatur diuisibile alterationis vniure partes ex natura sua permanentes, quæ licet ratione contrarij primo successu fluant, postea verò inter se coexistunt, & non desinet esse vna ad aduentum alterius, sicut accidit in successu per se ferendo vno illarum illas respicit coexistentes, & inter se vniuntur: ergo implicat esse in mensura, in qua vtraque non fit.

Eadem ratione Rubius premo in termino alterationis: si vnitum alterationis est prius tempore parte vnienda: ergo vnitum qualitatis est prius tempore parte qualitatis vnienda, sed qualitas est natura sua permanens: ergo implicat dari vnitum illius sine partibus vniendis. Dices qualitatem esse natura sua permanentem in conservari, non in fieri. Contrà: qualitas in instanti, quo fit, & quo conseruatur, est eadem omnino intrinsecè invariata, sed in instanti in quo conseruatur est natura sita permanens: ergo in instanti, in quo fit: quod verò ratione resistentia agens illam successu producat illius naturam minime immutat pro mensura, in qua producitur, semper enim permanet eadem. Deinde sicut in hac opinione afferitur calorem successu productum esse successuum in fieri, ac proinde in fieri hoc est instanti in quo fit posse dati vnitum sine partibus vniendis, sic posset dici hominem successu produci, & esse successuum in fieri, ac proinde posse produci vniuem inter materiam, & formam in instanti precedente productionem formæ, sicut enim calor successu producitur propter resistentiam contrarij, sic posset homo successu produci propter resistentiam formæ contraria existentes in subiecto (dico successu non prius producta hac parte formæ, & illa postea, sed prius producta visione, & postea forma) vel quia Deus liberè illum successu producere volebat.

Vtlimò ad hominem conuincitur Rub. Ipse afferit in motu successu non posse produci initiatuum ante partem: ergo neque continuatum, sicut enim initiatum est modus partis incepturæ, sic continuatum partis vnienda. Mitto hac vnitum producenda esse cum priori parte, si ante secundam possent produci, quam rationem contra alias sententias statim expendam.

Secundam partem sententiae Patris Rub. videlicet diuisibile intentionis, extensem non posse produci in instanti sic impugno. In hac parte temporis producitur pars intentionis in sphera diuisibili secundum extensionem simul in omnibus illius partibus: ergo in instanti sequenti poterit produci diuisibile intentionis in omnibus illis. Probo consequiam. In eadem mensura diuisibili litter sumpta agens agit in partes propinquas, & distantes passi: ergo in eadem mensura diuisibili potest produci diuisibile intentionis in partibus inter se distantibus, quia pro omnibus agens est applicatum, ac proinde extensio non potest retardare actionem, hæc enim tantum illam retardat ratione applicationis: ergo extensio non obesse, quod minus diuisibile intentionis producatur in instanti. Intensio obesse non potest, quia non est: ergo ex omni parte diuisibile intentionis extensem potest in instanti produci.

Rr. 2. Respondes

9 Responder Rub. indiuisibile intensionis extensum non posse produci in instanti, quia agens magis agit in propinquum, quam in distans: ergo si in distans agit indiuisibile intensionis, in propinquum ager diuisibile intensionis; ergo indiuisibile intensionis non potest simul produci in subiecto diuisibili habente partes propinquiores, & distantiores. Contra hanc rationem isto manifeste. In eodem instanti agens producit indiuisibilia omnino subiectata in indiuisibilibus quantitatis, quorum vna sunt proximiora, & alia remotoria, quin agat intensus in propinquu quām in distans: ergo in eodem instanti poterit producere indiuisibile intensionis in partibus quin pro illa mensura intensus agat in distans, quām in propinquum. Ratio est manifesta. Quando effectus producendus non recipit magis, nec minus agens illum producens simul in partibus propinquioribus, & remotoribus non magis agit in propinquum, quam in distans, sed indiuisibile intensionis etiam si extensum non recipit magis, & minus versus intensionem: ergo etiam si simul producatur in partibus proximioribus, & distantioribus agens non intensus operabitur in propinquum, quam in distans.

10 Dices hoc verum esse supposito, quod agens producat indiuisibile intensionis in tota sphera, inferri tamen ex eo quod producat indiuisibile intensionis in parte distantia, eadem mensura productorum partem diuisibilem intensionis in parte propinqua; Nihil dicens. In sententia Patris Rub. repugnat produci partem intensionis in instanti: ergo eo ipso quod operetur agens in instanti supponitur non productorum partem intensionis: ergo etiam si in parte distantia producat indiuisibile intensionis nihil diuisibile producet in parte proximiori.

11 Alij recentiores affirmant, in instanti temporis produci indiuisibilia terminativa, & in parte partem, & continuum illius cum parte producta in parte temporis precedenti, quo continuatio producto corrumptur terminativum productum in instanti precedenti, quia eadem pars non potest esse terminata, & continua, & quia terminativum, & continuum eiusdem partis non possunt esse in eodem subiecto, videlicet in eodem indiuisibili quantitatis, alias in indiuisibile quantitatis haberet maiorem intensionem, quam habet pars, aferuntque hæc terminativa produci, ut qualitas sit tanta, & non indeterminata.

12 Ab hoc ultimo incipiet impugnatio. Qualitas in mensura diuisibili, in qua producitur, est sine hoc terminatio, ergo in instanti sequenti poterit esse sine illo, sicut enim in parte temporis, in qua primò producitur est quin sit tanta, & sine hoc terminatio, cur non poterit esse eodem modo in instanti sequenti? Deinde si hac continua sunt necessaria, cur non producuntur simul cum partibus in parte temporis antecedenti? agens enim erat applicatum, & paucum non resistebat, quia corrupta intensione vt octo, in parte quantitatis per corruptionem partis qualitatis corrumperatur intensio vt octo in indiuisibili immediato per corruptionem indiuisibilis continuatio, & in eadem mensura in qua corrumperatur intensio vt octo in parte, corrumperatur in indiuisibili immediato, ergo in eadem mensura in qua producitur qualitas vt unum in parte quantitatis per productionem partis qualitatis, potest produci in indiuisibili quantitatis per productionem indiuisibilis terminatiū qualitatis.

13 Propter has rationes alij recentiores affirmant produci indiuisibilia terminativa simul cum parte precedenti, & continua cum subsequenti; & nihil in instanti. Hæc sententia impugnanda est ratione, quam suprà dandam promisi contra Doctores afferentes totam alterationem fieri in instantibus, quam iam exhibeo. In illa mensura, in qua agens operatur, vel est indiuisibile temporis, vel non; si est, ergo operatur non tantum in parte, sed etiam in instanti non est, ergo non operatur in mensura diuisibili. Probo consequentiam. Illa mensura nullum habet vnitium, ergo non est diuisibilis, quidquid enim diuisibile est includit indiuisibile variens partes diuisibles. Eodem modo sit argumentum contra sententiam modo relatum, quia mensura in qua quiescit agens, vel habet indiuisibilis, vel non; si illa habet agens quiescit in instantibus; si non habet non quiescit in partibus, sed in instantibus. Secundò impugnatur eadem sententia, quia postea probabo agens in instanti posse qualitatem producere. Tertiò quia sine necessitate tantis expensis productionum, & corruptionem indiuisibilium terminatiuum singitur alteratio.

## §. II.

## Explicatur propriā sententia.

Dicendum est agens posse producere in instanti qualitatē diuisibilem. Hæc conclusio probanda est, eadē modo in sententia constitutive continuum ex infinitis partibus, & in sententia Zenonis cum de hac disputem puncto sequent, illam pro vtraque sententia probabo.

Dicendum est secundò, in parte, temporis produc qualitatē non solum diuisibilem, sed etiam indiuisibilem. Probo hanc conclusionem. Agens in parte temporis est in actu, & paucum in potentia ad indiuisibile qualitatē producendum, & nulla est repugnatio ex parte indiuisibilis producendi, vt in parte temporis producatur, ergo producetur. Agens esse in actu, & paucum in potentia facile probatur, quia nulla virtus accrescit agenti, neque passo, neque conditio aliqua reperitur in hoc instanti, quæ non fuerit in parte praecedenti temporis; in illa fuit agens in actu, & agens in potentia eodem modo ac est in hoc instanti. Posteriorē partem antecedentis probabo. Entitas indiuisibilis potest conseruari in mensura diuisibili; ergo & produc. Probo consequientiam, productio, & conseruatio est eadē met indiuisibilis actio: ergo actio, quæ est productio potest esse in parte temporis saltem quando præcessit in instanti: ergo eodem modo posset esse etiam si non præcessit: ad existendum enim in hac parte temporis impeditus est exitus ante, vel non exitus. Rem indiuisibilem posse conseruari in parte temporis diuisibili stolidus negabut nullus.

Secundò probatur eadem conclusio: indiuisibilia vnitua non possunt produci antequam vtraque pars vnienda producatur, vt probauit supra: ergo producuntur cum partibus vniendis ultimò productis, sed pars vnienda produc potest, & in communī sententia de facto producitur in parte temporis; ergo illius vnitium in eadem parte temporis produceretur.

Dicendum est tertio, indiuisibile qualitatē non posse primo produci in parte aliquotam temporis, sed in parte indeterminata proportionali, ita vt nulla poterit quantumvis exigua assignari, in qua fuerit adequate productum. Rationem accipe. Qualibet pars assignata quantumvis minima, habet prius & posterius: ergo si in priori illius sit productum aliquid indiuisibilis qualitatē, si productum totum indiuisibile, quidquid enim c. aliquid indiuisibilis est totum illud, quia in illo non est vnum, & alterum ergo in posteriori illius partis nihil indiuisibilis fuit primo productum, sed conseruatum. Ex quo infertur in productione rei indiuisibilis in mensura diuisibili non posse assignari productionem, prout distinctam à conseruatione, quia quelibet mensura assignata est diuisibile, & habet aliquid posterius, in quo entitas indiuisibilis iam non primò producitur, sed conservatur, quia in priori illius mensura fuit producta.

Video hoc difficile componi in opinione afferente easam secundam non conseruare calorem, sed tantum illum primo producere, quia si actio causa secunda nihil sit habitura conseruationis implicat esse in mensura diuisibili propter rationem dictam. Dices implicare esse in mensura determinata, non autem in mensura indeterminata. Semper agere rei physice à parte rei [existente] indeterminationem assignari, loquor tamen cum multis, quod forsitan pauci intelligent, & me numquam intellexisse ingenue fateor, & adhuc terminis bona aliorum fide acceptis, vrgeo. Quelibet pars temporis quantumvis indeterminata habet aliquid prius, & posterius: ergo in illo posteriore indeterminato iam indiuisibile non primò producetur, sed conserbitur, quia in illo fuit totum productum, non enim potuit in illo produci, & non totum in ipso produci. Hæc component qui simul afferunt causam secundam non conservare suum effectum, & has partes diuisibles in tempore admittunt, meum enim non est difficultates opinionum quas impugnai dissoluere.

Dicendum est quartò, in parte proportionali temporis posse produci partem aliquotam qualitatē, dummodò motus successivus non sit continuus per partem temporis aliquotam. Probo priorem partem conclusionis. Agens potens est producere qualitatem diuisibilem, & determinatam in instanti: ergo melius poterit illam in parte temporis producere. Secundam partem eiusdem conclusionis

conclusionis sic ostendo: motus successivus per partes aliquotas durat per infinitas proportionales; ergo si in qualibet proportionali producitur noua pars aliquota, producentur infinitae partes aliquotae: ergo qualitas producta erit infinita, sed nullum agens potest produceret qualitatem infinitam; ergo nullum potest successivum producere qualitatem per partem temporis aliquotam producendo aliquid determinatum in qualibet proportionali.

Instabis idem argumentum fieri posse contra partem proportionalem, in qua producitur qualitas determinata, quia eodem modo constat infinitis proportionibus. Respondeo disparem esse rationem, quia pro parte aliqua qualitas producta in parte proportionali temporis, non debet assignari aliqua pars proportionalis in qua adaequatè duret motus successivus alterationis, sed in minori, quemque assignata dicendum est illam qualitatem fusce productam, & quamlibet quantumvis minimam inuoluere aliquid conseruationis. Qui verò affereret motum esse continuum per partem aliquotam, teneretur assignare aliquam, in qua adaequatè fuisset ille motus successivus, de ratione enim partis aliquotae est esse assignabilem, & tantam habere extensionem, & non minorem aliam, neque maiorem. Non teneri assignare partem aliquoram, qui ad proportionales configuntur, in qua adaequatè sit motus successivus facile probatur in doctrina has proportionales admittente, quia sicuti propagatores huius sententiae non tenentur, neque possunt assignare partem aliquoram adaequatè immediata indiuisibili precedentem, ita non tenentur assignare partem aliquotam, in qua adaequatè sit ille motus, ut enim in mensura diffinisibilis immediata indiuisibili praecedenti, nulla est mensura, in qua hic motus terminatus ad qualitatem sit adaequatè successivus. Non nego hec intellectu esse difficultatum, sed difficultatum subtiliter, ut loquamur de tempore successivo ex infinitis partibus constituto, ex quo difficultates in hac materia insurgunt, illa eam ex se nullam habent supposita continuo compositione.

Obiectio: pars aliquota qualitatis producitur in parte proportionali temporis, & non in aliquotam ergo iam assignatur pars proportionalis temporis, quæ sit extra aliquotam, & ab illa adaequatè distincta. Idem argumentum fieri potest de Angelo in tempore producto. Respondeo negando consequentiam, quia qualitas producta in parte proportionali conseruator in aliquota, & sicuti non potest assignari vt supra dixi mensuras, in qua adaequatè producatur illa qualitas, & non conseruetur, ita non potest assignari pars proportionalis ab aliquota distincta, neque ab illa secerni.

Dicendum est quinto; in opinione afferente agens agere uniformiter disformiter per partes aliquotas, & non per proportionales motum successivum alterationis non posse esse continuum. Ratio est manifesta. Agens eadem intentionem producens in palmo non prius agit in dimidia priori parte palmi, quam in posteriori, quia dum qualitas productus in parte posteriori illam producit in anteriori cum aequali intentione: ergo si quando incipit agere in posteriori aliquid in priori efficiat, semper prior posteriore vincet intentione: ergo non aquæ ageret in totum palnum, cuius contradictorium supponit opinio. Hoc posteo sic argumentor. Ageam non excedit suâ qualitatem per partes proportionales, sed per aliquotas: ergo si in singulis partibus proportionibus infinitis extenderet suam qualitatem in singulis illam extenderetur per partes aliquas, sed partes proportionales sunt infinitæ: ergo extensio qualitatis sit per infinitas partes aliquotas subiectæ: ergo infinitè extenderit. Hæc ratio est valde efficax, & ex illa inferatur motus successivum non posse esse continuum per partem aliquotam temporis determinatam quantumvis minimam, quælibet enim includit infinitas alias in quibus per infinitas partes aliquotas extenderetur qualitas. An verò hæc ratio probet in hac opinione motum non posse extendi successivum adhuc per partem proportionalem dicam Punct. 7. n.2.

Dicendum est sexto; motum successivum non esse continuum quad extensionem, etiam si agens agere uniformiter disformiter per partes proportionales. Hæc conclusio probanda est eodem modo iuxta sententiam Aristoteles, & Zenonis, rationem illius adducam puncto sequenti

vbi de continuatione motus iuxta Zenonias questionem instituam.

Dicendum est septimo; intentionem fieri continuè in partibus proximis agenti, & non in aliis remotioribus. Hanc conclusionem cum præcedenti probabo puncto sequenti: est enim ipsa ipsiusque ratio communis Aristotelis, & Zenonias.

Obiectio: Intensione sit continuè in partibus proximi agenti; ergo sit per infinitas partes; ergo crescere intensione per partes infinitas. Respondeo, intentionem crescere per infinitas partes proportionales, non per aliquotas, quia in singulis partibus proportionibus temporis producitur pars proportionalis qualitatis, non verò aliquota. Idem dico de correspondencia ad indiuisibilem temporis, quia licet in quolibet illorum pars qualitatis producatur, haec non est aliquota, sed proportionalis.

Dicendum est octavo, casu assignato puncto præcedenti, in quo dixi extensionem motus non esse successivam quando scilicet paucum æquum distat ab omnibus partibus agentis secundum omnes sui partes, neque in hac opinione fore successivam, eadem enim est ratio in vtræ sententia. Ultimum concludo motum non dici continuum secundum doctrinam traditam, quia in instanti temporis producatur indiuisibilis motus vniuersaliter partibus temporis productus, sed quia nullum est instantis, neque vla pars temporis in quibus non detur motus sive diuisibilis, sive indiuisibilis,

### §. III.

#### Explicatur Aristoteles.

**C**ontra conclusionem, in qua diximus in instanti posse produci aliquod diuisibile, obiecti potest Aristoteles. Physic. cap. 2. text. 55. vbi aferit ante quodlibet mutari præcedere mutatum esse, quæ simul coexistere nequeunt, hoc est, ante quamlibet partem motus, quam moueri appellat, præcedere indiuisibile illius, quod vocat mutuam esse. Verba sunt Aristotelis: *Non solam autem id quod mutatur necesse est mutatum esse, sed etiam mutatum necesse est mutari prius; omne enim quod ex quedam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim, in ipso nunc ex A in B mutatum, ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso A, non mutatum est, simul enim erit in ipso A, & in ipso B.* Respondeo Aristotelem loqui de motu essentiale litem scilicet, cuius partes inter se coexistere non possunt, sicutem naturaliter, sicut contingit in motu locali, in quo per productionem vniuersaliter partis corruptitur alia, ex quo manifestè inferitur non posse duas partes simul produci, quia in mensura, in qua producitur vna, corruptitur alia quæcumque sit ab ipsa distincta; ergo si in eadem mensura alia distincta produceretur, produceretur & corruptetur simul, quod implicat. In motu verò alterationis, etiam successivo, alteres se habet, producendo enim partis posterioris non inducit corruptionem prioris, ac proinde possunt simul dimanare ab agente. Aristotelem loqui in sensu applicato constat manifestè ex inconvenienti ab ipso adducto ad probandum suam sententiam, scilicet fore mobile simul in instanti A, & in instanti B, hoc est, fore simul duas partes motus, quod tantum est inconveniens in motu essentiale successivo, non verò in successivo per accidens, in quo sicuti partes termini, scilicet partes qualitatis productæ coexistunt, etiam si vna producatur prior alia, sic partes motus actionis videlicet terminatae ad qualitatem coexistunt, etiam si ordine prioris, & posterioris primò fuerint productæ.

Contra aliam conclusionem quæ diximus extensionem alterationis, & intentionem in partibus remotioribus passu non fieri continuè adducitur Aristot. 3. Physic. text. 1. vbi hæc habet: *Videatur autem motus continuorum esse, & Physic. text. 99. vbi hæc tradit: Nonnam autem quod mouetur ex quodam in quodam & omnis magnitudo continua est sequitur magnitudinem motus, quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus, quia vero motus, & tempus, quantus enim motus est, tanquam & tempus semper videatur suffisse.* Respondeo, Aristotelem lib. 8. Physic. cap. 1. text. 23. afferuisse motum non fieri continuè, & oppositum afferere, esse contradicere rebus valde manifestis. Hæc sunt verba: *Quare dicere continuè alterari valde manifestis est aduersari, in contrarium enim alteratio est.* Constat ergo ex Aristot. alterationem non

Franc. de Oujido, Philosoph. Tom. I.

R. 3. fieri

fieri continuè, quod si oppositum videatur afferuisse locis citatis, componi potest in mea sententia afferente intentionem fieri continuè in partibus passi proximis agenti, cui conclusioni fauent testimonia ab aduersariis adducta, & de illa Arist. explicò locis citatis, & motum non fieri continuè in partibus remotioribus, pro qua conclusione adduco Aristotelem cuius iam do verba.

Non me later nonnullum explicuisse Arist. afferentem motum non fieri continuè, hoc est non perpetuò durare, sed finem habere, absque ratione tamen, in contra ipsum Arist. ibidem afferentem, motum habere diuisiōnem, quæ formaliter opponit continuationem, quam probare intendunt aduersarij. Verba sunt Aristotelis: *Manifestum est igitur quod non est necessarium semper aliquid abire, quia dividitur (nota verbum dividitur) ipsa diminutio in infinita, sed totum aliquando abire.* Similiter autem in alteratione qualibet, non enim si patibile est infinitum id quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul, uniuersa sit sepe sicut congelatio. Quibus verbis expresse docet Arist. motum aliquando habere diuisiōnem, ac proinde non semper esse continuum, aliquando vero illius partes simul fieri, sicut in congelatione, ac proinde non semper successuum quod nota pro explicacione testimoniorum, que supra adduximus contra conclusiōnem, qua tradidi posse qualitatem diuisibilem in instanti produci.

Difficilius potest obijici ex eodem Philosopho s. Phys. cap. 2. text. 41. vbi tria requirit ad unitatem specificam partium, unitatem subiecti, & temporis continuationem, illius sunt verba: *Quapropter necesse est eu dem in specie esse & unius, hoc est subiecti, & in uno tempore simpliciter continuum motum, & unum.* Tempore quidem ut non immobilitas interfit, intermitente enim quiete necesse est. Multi igitur & non unus motus, inter quos quies est, quare, si aliquis motus statu intercipitur, neque unus est, neque continuus, intercipitur autem, si in medio tempus est. Respondeo, motu quiete interruptum quoad extensiōnem posse dici continuum, ex nullo tempore, neque instanti intercepto, si simul in illo extensiōne & intentione inspiciamus, quia nullum est instantis, neque pars temporis aliqua, in quibus non producatur extensio, vel intensio qualitatis in aliqua parte subiecti, cum vero in extensiōne intentione inspiciamus, ex utriusque resultat idem numero motus nullo interruptus tempore, neque enim motus intentionis ad qualitatem distinguatur a motu extensiōnis, quia qualitas ex qua resultat intentionis in hac parte vnitur qualitati, per quam sit extensio ad aliam, eadēque unio proportione seruata, quæ est in termino, reperitur etiam in alteratione ad illum terminata.

Secundo, Respondeo motum essentialiter successuum requiri continuacionem temporis, ut simpliciter unus dicatur: in successu enim per se continuus fluxus partium immediatè succendentium, vel est tota unio ratio, vel saltē essentialiter illius unio dependet ab illo immediato fluxu, cum enim partes non permaneant, non potest haec unio parti, que tempore mediato praesertit, & immediate non fuit, nihilominus adhuc in his motibus vnitatem quandam, eti non physicam, moralem reperi mus, quando interruptio temporis tanta non est, ut sensibus percipi valeat, sic unum motum dicimus quo quis mouetur à domo in templum, licet nunquam pedem solo fitat, quin aliquo tempore hæreat. In motibus vero non per se successu adhuc maior unio potest reperi, etiam si maxima fuerit temporis interruptio, quia ultima pars motus alterationis, qui non ultra prograditur, etiam potest non permaneat cum illa denominatione motus, physique tamen intrinsecè permanet tempore sequenti, actio enim productiva quarti gradus caloris ultimo producti, eti tantum in illa mensura, in qua gradus primo producitur motus dicatur, postea vero toto tempore, quo gradus ab eadem causa conservatur, permanet eadem actione, quia primo fuit productus, & quæ antea motus dicebatur, hac denominatione amissa postea dicitur conservatus, eadēque intrinsecè manet; postea vero quocumque tempore interruptio, cum quintus gradus producitur, & vnitur quarto, qui multo ante fuerat productus, actio productiva quinti quo in prima sui mensura motus dicitur, vnitur actioni conservanti quartum gradum caloris, eti iam haec mutatio non dicatur. Ex quo inferitur motum alterationis adhuc physicè interruptum, posse esse unum secundum omnem suam rationem intrinsecam actionis, etiam fuerit interceptus, ita ut tempore media nihil

qualitatis, neque secundum intentionem, neque secundum extensiōnem fuerit productum, tantum enim continuatio requiritur ad unitatem illius extrinsecè denominationis motus, quam concedere non reperiri in motu alteracionis absurdum non est, licet necessarium non sit proper solutionem supra datam. Deinde, quia interruptio, que contingit adeo est exigua, ut moraliter nulla reputetur, & motus continuus moraliter dici possit, licet valde crebro interruptio contingat.

### P V N C T V M VII.

*Continuatio alterationis iuxta Zenonistam explicatur.*

Dicendum est primum, alterationem non posse esse continuum adhuc per breuissimum oculi ictum quam ad extensiōnem, in opinione constitutive continuum ex puris indiuisibilibus. Hanc conclusionem à posteriori reat probat Arriag. disp. 2. sect. 3. subsect. 2. quia in ictu oculi sunt tot temporis instantia, quot puncta in extensiōne unius leucæ, quod probatur ex motu Solis, qui in ictu oculi percurrit spatium, maius forsitan, quam unius leucæ, & necessario in quolibet indiuisibili adquirendi spacijs vnum instantis temporis insumit. Ex quo inferitur quod si agens applicatum passo in quolibet instanti temporis nullo intermissio, suam actionem extendet per vnum indiuisibilem subiectum, subiectū æquè extensem immutaturum, ac extensem est spatium, quod percurrit Sol in eodem tempore, ac proinde alterationem continuam quoad extensiōnem breuissimo temporis spatio per totum orbem esse extendandam, cuius oppositum docet experientia, cum videamus calefactionem durare multum temporis, & toto clappo tantum attigisse spatium iactus unius lapidis.

Hæc ratio adduci posset ad eandem conclusionem probam in sententia Arist. video tamē infinititudine partium multis eludendam esse, dicent enim in extensiōne unius palmi qualitas esse infinitas partes proportionales potentes correspondere partibus proportionalibus reponit, in quo mouetur Sol per vnam leucam, licet hæ partes temporis correspondentibus partibus proportionalibus unius lucæ. Hæc tamen illius est non solutio, licet enim, quodlibet continuum conseretur ex infinitis partibus negari nequit vnum esse maius alio saltem materialiter, & in manu non esse tor partes proportionales, quot sunt in rotu brachio simul, & in manu, neque duo infinita quorum singule ciuiuslibet partes proportionales correspondent singulis partibus aliis tertij non posse se extendere in partibus proportionalibus, & consequenter neque in aliquotis, haec enim ex illis consurgunt: ergo si singulæ partes proportionales motus cali, & singulæ motus extensis alteracionis correspondent singulis proportionalibus temporis motus alteracionis, & motus cali correspondentibus vni tercio in extensiōne, & consequenter inter se. Negabis correspondentiam inter infinita, quod facilius dices, quād percipies, sed non in his immoror.

Cognita à posteriori conclusione in sententia Zenonis illam proba à priori in utriusque opinione Aristotelica, & Zenonistica. Agens producit uniformiter dissimiliter in primo instanti, videlicet in prima parte subiecti calore ut sex, in secunda calore ut quatuor, in tertia ut duo, & nihil in quarta, quia duo gradus caloris, eti vnum excedit non excessu sufficienti ad agendum, qui hic debet esse status, & determinatus, v.g. ut duo. In secundo instanti cum agens conseretur gradus productus in primo, non potest tantum calorem producere in secundo, quantum produxit in primo, licet hunc aliquantulum possit intendere, quia iam minorem inuenit resistentiam iuxta dicta Puncta, quapropter in secundo instanti producit in prima parte subiecti calorem ut quatuor (ut rem explicitem non cura de octonario numero à Philosophis assignato) in secundo, ut duo, in tertio vero nihil, quapropter in hoc instanti non potest qualitas extendi ad quartam partem subiecti, quia tertia non fuit aucta propter parum excessum, quem adquisivit secunda respectu illius, in tertio vero instanti etiam in secunda parte vnicus tantum gradus producatur, cum duobus in instanti precedentibus productis, excessus sufficiens constitutus ad agendum in tertia, quæ duobus gradibus, quos in primo instanti adquisivit, & alio in tertio productis

potest ad quartam partem subiecti calorem extendere. Re ita composita recte assignatur à priori ratio conclusionis à posteriori cognite in Zenonis sententia, que ratio conclusionem probat eodem modo in opinione constitutive continuum ex infinitis partibus.

4 Dicendum est secundū, intentionem partium distantiarū ab agente praecipuo non esse continuum. Hanc conclusionem pro Zenonitis, & Aristotelicis probat ratio facta in precedentē, ex qua illam eidem in infero. Ad hoc ut intentionē fiat in parte distantia per additionem vnius gradus necessum est fieri in partibus proximioribus per additionem plurim, que non potest simul ab agente produci: ergo ut producatur unus gradus in parte distantia, spectandum est tempus, quo intentionē plurim gradum fuerit producta in partibus proximioribus agenti, & quo excessus determinatus sit productus in parte anteriori immediata illi, in qua intentionē est facienda; cum vero hic excessus, & illa intentionē sicut in tempore diuisibili, necessum est ut pars remota subiecti illud expectet ad qualitatem in se recipiendam.

5 Dicendum est tertius, intentionem fieri continuū in partibus proximis passi. Hanc conclusionem trado pro Zenonitis, & Aristotelicis, quam sic probo. In parte proxima agenti nulla potest assignari ratio propter quam agens producat intentionem in instanti sequenti quam non potuit in hoc producere in quo nihil producit; ergo si illam poterit producere in sequenti potest in isto ergo in hoc producere intentionem, vel in isto illam producere nequit, neque in sequenti; illam efficere valebit. Quod docet Arriaga contraria qualitatē exigere conseruari in praesentia contrarij pertantum tempus, quo cessat actio agentis, & illo transtacto de novo incipere, quia iam expletum fuit tempus, quo qualitas contraria petebat durare, absque fundamento, & sine necessitate dicuntur.

6 Obiicies ex Arriaga: Intentionē qualitatis in parte proxima agenti est continua; ergo in iectu oculi tota diuisibilitā qualitatis intentionē adquirit pars subiecti, qui diuisibilitā spatij percurrit Sol in eodem tempore. Respondeo concedendo consequentiam, nullum enim est inconveniens assertere manum mediocriter calidam, habere tota diuisibilitā intentionis qualitatis quod extensionis spatium vnius leuce, quia hæc diuisibilitā cum sint naturæ exilis in magna multitudine leuiter immutant subiectum, ac proinde maximus illorum numerus requiritur, ut mediocriter pulsent potentiam, & sensationem, notabiliter dissonam, vel consonam pariant. Si obiicias intentionem parti propinqua agenti durante per spatium vnius horæ fore penē infinitam, dicam ego nullam intentionem talis parti propinquæ durare per spatium vnius horæ, quia minori alio agens producet, quidquid potest producere, neque experimentum aliquam contra me poteris inuenire.

7 Dicendum est quartū, agens producens simul in parte proxima maiorem intentionem excessum requisito ad operandum continuè extendere qualitatem vique ad partem illam, in qua intentionē in instanti adquisita minor sit excessus requisito ad operandum. Rem explico, produxit calidum in primo instanti per quatuor partes subiecti, in prima quatuor gradus qualitatis, tres in secunda, duos in tertia, vnum in quarta: quibus productis, prima produxit quidquid potuit in secunda, & secunda in tertia, &c. quapropter requiritur ut postea agat qualibet pars anterior in subsequente, excessus aliquis determinatus, pono esse trium graduum, si agens in secundo instanti tantum producit duos in prima, nihil in secunda producet in illo instanti, si vero produxit tres in illo instanti, producentur duo in secunda sed nihil in tertia, quia secunda non habet excessum requisitum ut agat in illam. Si vero in secundo instanti quatuor produxit in prima parte, in eodem producerentur tres in secunda, duo in tertia, & nihil in quarta, propter eandem rationem. Eu quo maior intentionē simul producitur in prima parte subiecti, per partes plures illius intentionē est continuascēdū vero non possumus assignare intentionem quam simul producit in prima parte non possumus partes annumerare, in quibus intentionē est continua, sed tantum afferimus eo per plures partes fieri continuē, quo fortius est præcipuum agens, & intentionem qualitatem simul producere in parte illi immediata.

## CONTROVERSIA VII.

### De raro & denso.

**V**ASTIO est an raritas, & densitas ad qualitatem pertineant, & consequenter an rarefactio, & condensatio ad alterationem spectent: deinde non desunt aliqui, qui existimarent viuentia per rarefactionem tantum augeri, & per condensationem minui, ideo controversiam instituī distinetam ab illis, in quibus de nutritione, & alteratione differui.

### P V N C T V M P R I M V M.

Definitur rarum, & densum, rationeque rei difficultas proponitur.

**R**arum definitiū Aristoteles: *Quod sub magnis dimensionibus parum habet materia: densum vero, quod sub parvis dimensionibus multum materia habet.* Vtrumque inuenies in corpore nunc calido, & postea frigido, oleū enim quod frigescit parum spatij occupabat, nunc calefactum magnum spatium implet, ex hoc in fero idem corpus eodem modo, se habens posse dici rarum respectu vnius, & densum respectu alterius, vel virumque respectu sui ipsius, secundum diuersos status. Hoc inspicies si ponas tria corpora entitatiē æqualia secundum substantiam, & quantitatem, quorum vnum occupat tres vlnas spatij, aliud quatuor, & quinque aliud: corpus occupans quatuor vlnas spatij ratum dicitur respectu corporis, quod tres tantum replet, & denum respectu aliis, quod quatuor adimpler. Idem dicitur de eodem corpos quatenus potens est ad tres spatij vlnas contrahi, vel ad quatuor extendi. Hæc dixerim iuxta propriam sententiam, quam postea tradam, & iuxta sententias aliorum, qui raritatem, & densitatem non formaliter in qualitate constituant, hi enim possunt afferre has qualitates specie distinguiri, & corpus occupans quatuor spatij vlnas differe a corpore quinque repletis, quia remissiorem habet raritatem, & vtrumque differe a corpore, quod tres rantum attingit, quia hoc habet densitatem & illa raritatem qualitates inter se species differentes.

Suppono in omnium opinione rarefactionem, & condensationem fieri non posse, sine motu locali, & sine acquisitione nouæ præsentie, sive rarefactio, & condensatio in tali motu, sive raritas, & densitas in præsentia per talem motum acquista constabit, sive non in præsentia, sed in alia qualitate, seu alia quacumque entitate constituenda sint. Ratio est manifesta, ut corpus densum rarefact, extendi ad maius spatium necesse est, & ut condensetur debet contrahi ad minus spatium, quam antea occupabat, sed non potest corpus maius spatium acquirere, & acquisitum relinquere, & minori contineri sine motu locali: ergo in rarefactione, & condensatione motum localem intercedere necesse est. Dixi rarefactionem, & condensationem fieri non posse, sine motu locali, quod intelligendum est, quando corpus acquisitum raritatem, & densitatem, quæ prius tempore priuatum processerat. Si vero in eodem instanti, quo corpus creatur, vel productur rarefact, vel densetur, tunc illa rarefactio, seu densatio non includit motum localem, sed dicit productionem præsentie quæ motus diceretur, si subiectum in instanti precedentē extitisset priuatum tali præsentia. Ex his colligor raritatem & densitatem semper præsentiam importare corporis rari, aut densi, & rarefactionem, & condensationem huius præsentie productionem.

His positis totum difficultatis negotium est, quomodo idem corpus habens easdem partes quantitatis possit modo pauciores, & postea plures spatij partes occupare, sine replicatione partium in eodem spatio, & sine repetitione eiusdem partis in diuersis spatij partibus. Ratio dubitandi desunt uix ex eo, quod corpus quantitatuum habet partes, sive finitas, sive infinitas, in se certas & determinatas:

R 1 4 suppone

Suppono claritatis gratia, has esse viginti quæ viginti aliis spatijs partibus respondebunt nulla facta condensatio, aut rarefactione. Rarefacta hoc corpus: tunc respondebunt illius partes viginti & quatuor spatijs partibus: ergo cum partes occupantes sint tantum viginti, & partes spatijs occupati viginti & quatuor necessarium est partes aliquas, scilicet quatuor occupare duplum spatijs partem, & consequenter duplum præsentiam habere. Rursus si supponamus corpus illud occupans viginti partes spatijs condensari, illius partes occupabunt sex supra decem spatijs partes: ergo cum partes corporis sint viginti, & partes spatijs tantum decem & sex, necessarium est quatuor partibus spatijs correspondere octo partes corporis, quod sine penetratione non contingit, quia duæ partes occupantes idem spatiū necessarium sunt penetrare, cum penetratio nihil aliud sit, quam replicatio corporum in eodem spatio. Hoc opus hic labor est.

## PUNCTVM II.

Nonnullæ sententia reiiciuntur.

**1.** Resurit sententia aliorum, afferentium in corpore raro reperi cœnates quasdam, ratione quarum maius spatiū occupat corpus, quasi extensiù, quia extenditur ad partes magis inter se distinctas, non vero entitatis, quia idem numero spatiū occupat, sine raro, sive densum, quia quando corpus densatur replet illas cœnates, & relinquit partes extraneas spatijs, quas occupabat, eodem modo ac accidit in corpore habente poros aere repletos, quando expulso aere claudantur. Dicitur etiam secundum hanc sententiam inconveniens non esse minima aliqua spatia vacua concedere, his enim non impeditur influxus cœlestis in corpora sublunaria.

**2.** Nescio fuisse hanc opinionem alicuius probati auctoris, & cuiuscumque sit à nullo sustineri potest, sunt enim frequentes experientiae, quibus suadetur naturam vacuum etiam minimum abhorre, si enim aliquid, eti minimum permitteret, nunquam unum corpus aliud traheret, ad replendum vacuum: quia posset per brevissimum spatiū ab illo separari, quin illud moueret, cum parum illud vacuum natura non abhorret, semel tamen illo vacuo quantumvis minimo interposito, nullo modo posset idem corpus influere in aliud, illudque mouere. Dices, unum corpus, posse separari ab aliquo, secundum aliquas partes, non vero secundum omnes. Contra: omnes partes corporis quanti (pono hoc non esse viuens organicum) sunt eiusdem rationis. Ergo si hac pars potest ab alia separari nullo corpore interposito, illa poterit eodem modo separari, & sic de aliis.

**3.** Secunda sententia est Scotti in 4. dist. 22, quæst. 4. vbi afferit, in rarefactione nouas partes quantitatis produci, & in condensatione nonnullas ex antiquis corrupti. Scotum sequuntur Godfredus, & alij apud Conimbric. lib. 1. de generat. cap. 3. quæst. 17. art. 2. Reiciuntur à plerique hac sententia: quia nulla potest assignari causa nouæ productionis, & corruptionis quantitatis, ac proinde utraque immerito, in condensatio & rarefactione adstruitur. Rationem, quam probo, virgo in condensatione. Nullum agens naturale, per se intendit corruptionem alicuius entitatis, sed per productionem, & ratione rei productæ secundario corruptiones contingit: sed nihil potest produci ratione cuius quantitas corruptatur: Ergo quantitas à nullo agenti naturali corrupti potest. Minorem probo: quatuor primæ qualitates, & reliqua accidentia, que huc sive nouimus non opponuntur cum quantitate, sed rectè illi coherent: ergo ex eo, quod hac accidentia producuntur, non potest secundario sequi corruptio quantitatis, quia ex productione alicuius terminantium secundario sequitur corruptio alias formæ incompossibilis cum illo: Ergo quantitas, quæ cum nullo accidenti incompossibilis est non corruptitur ex eo, quod hac velilla accidentia corrumpanter. Robur rationi addit sententia, affirmans quantitatem esse subiectum accidentium, quam probauit, Controuers. I. Punct. 1. ex hac sententia argementum fortius instauratur: accidens supponit quantitatem tanquam subiectum: ergo non potest esse destructuum illius, implicat enim aliquod destruire existentiam, quam supponit, & exigit, vt per se notum est. Dices, quantitatem esse diuilibilem in partes

diversas, & secundum partes illas, quæ remanent facta condensatio recipere accidentia, & corrupti secundum alias, in quibus accidentia non recipiuntur quorum existentiam non supponunt, sed destruant. Contra: partes illa quantitatis, quæ corrupti dicuntur in condensatio, non recipiebantur, neque informatiæ, neque inherens, in partibus, quæ remanent dicuntur, in quibus accidentia subiectantur: ergo partibus quantitatibus, quæ corrupti dicuntur, & accidentibus à quibus corrupti dicuntur, non erat commune subiectum. Ergo accidentia non possunt corruptere partes illas quantitatis, quia corruptio fit per expulsionem unius entitatis ab alia, cui est commune subiectum, & vbi subiectum commune non est, expulso non potest intercedere.

Secundò eandem opinionem reiicio, quia etiam admittatur in rarefactione produci nouam quantitatis partem, difficultas huius materiae non exhaustur, sed que erat in partibus quantitatibus respectu spatijs, transferitur ad easdem partes quantitatibus respectu materiae. In quo enim in rarefactione producuntur cum nouis partibus quantitatibus, partes nouæ materiae, vel partes materiae antiquæ accrescent nouas quantitatibus: si dicas produci nouas partes materiae, dices rarefactionem includere creationem materiae, & generationem formæ, & illam substantiam augmentationem ego appellabo, tantum enim differet ad augmentationem, quam agnoscit Philosophia, ex eo quod in augmentatione illa non noua creatur materia, sed materia alimenti materiae alito vniatur in haec vero rarefactione, seu noua augmentatione, non vniatur alito materiae alimenti, sed noua illi vnienda creatur, quia non minus augebit, neque minus substantialiter, quam augetur materia alimenti sibi unita, eadem enim erit augmentatio, & idem auctor resultabit, sive materia, que illi accrescit, antea fuerit sub formâ alimenti, sive in illo instanti creetur, impertinens enim est omnino ad augmentationem hinc, & nunc factam materiam ex qua fit tempore præcessisse, vel nunc primo incipere. Si Deus non producit nouam materiam, in totam huius materiae difficultatem, & tensum modum assignare: quo materia, qui modo his partibus quantitatibus respondet cum correspondentia adequata ex parte utriusque extremi, & iuxta undeque pars distincte materiae cum parte distincta quantitatis, & totus materiae cum tota quantitate, eadem cum eidem partibus perseverans possit respondere eisdem partibus quantitatibus, quibus respondet antea, & alii deinceps producunt, ab illo quo duplex pars quantitatibus simplici parti materiae, vel simplex pars materiae duplice parti quantitatibus correlative. Hac est tota huius materiae difficultas, que admissa productione partium quantitatibus eadem remaneat in rarefactione, vt ostendit discursus suprà factus, & in condensatione admissa corruptione partium quantitatibus, eadem discursu eadem subsistere coniunctur, in utroque enim motu totum fundamentum difficultatis defundit ex eo, quod componi nequeat extrellum uniarium secundum multitudinem partium posse commensurari cum alio modo pauciores partes habente.

Dices forsitan materiam nullas habere partes à se, sed tantum ratione quantitatibus, ac proinde facile posse difficultatem hanc componi, quia cum materia partes habeant à quantitate, quo plures pauciores sunt partes quantitatibus, eo plures pauciores erunt materiae partes, & ita semper iustè commensurari poterunt. Multis impetum in Metaphyl. Controu. 7. Punct. 2. sententiam afferentem substantiam non habere partes à se, sed à quantitate, quibus solutionem euertunt. Verum adhuc illius doctrina de partibus quantitatibus admissa difficile rarefactio, & condensatio componitur, per productionem, & corruptionem partium quantitatibus: arguo ex principio ipsa solutione traditis. Substantia ex se vt præcisâ à quantitate, partes non habet, neque est diuilibile: ergo vt præcisâ à quantitate, neque est parva, neque magna: Sed vt informata est à quantitate tota pars habebit, ac ipsa quantitas, licet ab hac mutuata: ergo substantia informata magna quantitate, magna erit, & informata parva quantitate parva erit: ergo non poterit dici in rarefactione parvam quantitatatem habere magnam dimensionem, hoc est, magnam quantitatem: quia substantia præcisâ à quantitate, vt modo dicebam, neque est parva, aut magna, & vt informata quantitate, neque magna est, ac ipsa quantitas, & quantitas ex quæ magna est, ac ipsa præsentia cum secundum hanc sententiam, quoniam

Punct. II. *Aliorum sententia.*

47

cumque additur noua pars præsentia, ad nouam partem spati, additur noua pars quantitatis, & consequenter substantia æquæ magna erit cum præsentia; quia que sunt æqualia vni tertio sunt æqualia inter se, ergo in nullo sensu dici poterit secundum hunc dicendi modum per rarefactionem partium substantiam magnas habere dimensiones. Ultimè reiatio sententiam Scotti, quia ex illa inferatur ad corruptionem partis quantitatis in corpore densato debere produci aliam partem quantitatis in alio corpore, ut replaret spatium relatum à quantitate corrupta, cuius productionis nulla causa potest alignari.

Longius à veritate aberrauit Marsilius in Metaph. q. 9. art. 2. cuius potest tercia annumerari sententia docens in rarefactione, & condensatione totam quantitatem antimquam corrumpti, & aliari totalem produci. Hæc opinio habet in se rationes omnes, quas contra Scotum adduximus, quibus aliam, haud inefficaciter addito. Quantitas per rarefactionem producta, vel habet tot partes, quot habebat precedens, quæ fuit corrupta, vel plures: si tot partes, sive sit eadem, sive distincta, eadem remanet difficultas, quomodo idem numerus partium quantitatis possit maior, & minori numero partium respondere spati. Si habet plures, ad quid omnes denuo productas esse configit Marsilius, sufficiunt produci partes illas, secundum quas quantitas rarefacta, excedit seipsum condensata. Idem argumentum fit in condensatione, in qua neceſſum non erit totam quantitatem corrumpti, sed partes illas, quibus quantitas densa minor est se ipa rarefacta.

Quarta opinio est aliquorum recentiorum afferentium in condensatione dari aliquam penetrationem partium inter se, quæ naturaliter non repugnat, dum non sit adæquata omnium partium. Hi recentiores planè succumbunt oneri, desuata tora schola in explicanda rarefactione, & condensatione salua quantitatis impenetratione, & magnū aliquod fecisse putant, & fūglare per acutamque excogitaſſe sententiam absque labore vlo admittentes, quod omnes Philosophi renuent concedere: est ergo hec lis inter Philosophia terminos dirimenda, si enim illos semel transſiliamus, facile erit aſſerere vnum corpus in dupliciti loco per rarefactionem præsentari, vel duo in eodem spatio per condensationem penetrari. Fortius eamdem sententiam impugno: omnes partes quantitatis sunt homogeneæ: ergo si pars A. potest penetrari cum parte B, pars B poterit penetrari cum parte C, & sic de omnibus aliis: ergo si partes aliquæ possunt inter se penetrari, poterunt omnes inter se penetrari, & ingens corpus ad exiguum reduci spatium, ergo si semel admittatur partialis penetratio, debet admitti penetratio totalis vnius corporis cum alio, quod concedere Philosophicum non est, neque nimis Catholicon, sequeretur enim Deiparæ partum purissimo illius vero illatio miraculosum non fuſſe.

Respondebis, non inferri hanc totalem penetrationem, quia linea, & superficies, in sententia omnium, qui defendunt continuum Aristotelicum, penetrari possunt, nonquam tamen ad indiuisibilis reduci. Ad rationem addam, dices omnes partes quantitatis esse homogeneas, nullam tamen adæquatè penetrari, sed inadæquatè, & ita non posse omnes, neque illarum aliquam penetrari. Diccam postea de consequenti illato, nunc solutionem adhibitan impugno: pars illa, quæ inadæquatè penetratur est intra aliam secundum illam particulam sui, in qua sit penetratio; sed secundum illud inadæquatum ratione eius penetratur cum alia, & secundum aliam particulam ratione cuius non penetratur, est eiudem rationis: ergo sicuti penetrata fuit ratione illius particulae inadæquata, potuit penetrari ratione illius; quod eiudem partis penetratum non est. Virgo: illud quod est penetratum, aut distinctum ab alio quod penetratum non est, sive adæquatum, sive inadæquatum, sive determinatum, sive indeterminatum, sive aliquotum, sive proportionale, est eiudem rationis cum alio, quod penetratum non est: ergo sicuti potuit illud penetrari, sic poterit aliud eiudem rationis, quod penetratum non est. Redeo ad consequens quod supra inferem, quod non inferri suadebat ex eo, quod linea possit penetrari secundum alias partes, non tam secundum omnes ita ut ad indiuisibile reducatur. Non in tali supra, corpus ad indiuisibile spatium reducendum esse sed ingens corpus posse redigi ad spatium valde exiguum, ne ex prædicta linea aditus solutione patet: lineam non posse ad indiuisibile reduci, deo est, quia diuisibilis est in

sempre diuisibilia, ac proinde, si hæc medietas penetretur cum alia medietate, & duplo minor euadat linea, & iterum similiiter penetratio contingat, qua iterum duplo minor euadat, & sic in infinitum, semper diuisibilis permanebit, quod eodem fore modo si partes corporis inter se posset penetrari propter eandem rationem admitto. Verumtamen infero hoc corpus penetrandum esse adæquatè cum alio à se distincto, sicuti hæc superficies cum alia à se adæquatè distincta, adæquatè penetratur. Secundò hæc est optima consequentia. Hic palmus linea, vel superficie penetratur cum alio palmo: ergo si partes corporis non obſtent, omnes palmi linea poterunt inter se penetrari, quia omnes sunt eiusdem rationis: ergo quantumvis longa linea, poterit ad spatium vnius palmi reduci. Simile argumentum conficio, in corpore illo inadæquatè penetrato: pars vna, sive digitalis, sive semidigitalis, vel cuiuscumque extensionis sit, penetratur cum alia digitali (pono partem penetratam digitalem esse) ergo omnes partes digitales possunt inter se penetrari: ergo totum corpus quantumvis maximum sit, poterit ad spatium digitale reduci, quod absurdum est, & contra manifestam experientiam. Ultimè in sententia quæ continuum ex puris indiuisibilibus componit, claram infert totum continuum posse ad indiuisibile reduci, si aliqua admittitur penetratio, quia quantumvis inadæquata fingatur, debet esse vnius indiuisibilis cum alio, & si vnum indiuisibile potest cum alio penetrari, illud aliud poterit cum alio penetrari, & sic de omnibus.

PUNCTUM III.

*Iudicium fertur de alia recentiorum sententia.*

Inuenio apud Hurtad. disp. 15. Physic. lect. 5. sublect. 4. & I apud Arrag. disp. 16. lect. 9. initio, relatam sententiam quandam, cuius primum inuentorem fuisse quemdam suum Magistrum, ait Hurtadus, quāmque amplexi sunt nonnulli recentiores afferentes dari quedam indiuisibilia inflata in corpore raro, ratione cuius inflationis, vnum idemque indiuisibile potest maius, minusve spatium occupare, & consequenter corpus his indiuisibilibus inflatis, quod rarum dicitur maius spatium occupare, quam idem denum constans eidem indiuisibilius non adeo turgidis, sed etiam compresiſ. Itaque aiunt isti recentiores; punctum indiuisibile, & inextensem formaliter, esse virtualiter diuisibile, & extensem in ordine ad spatium; quia potest spatium diuisibile & extensem occupare: consilite ergo secundum hunc dicendi modum raritas in hac indiuisibiliū inflatione, & densitas, & in carentia inflationis, & quo minus inflata sint indiuisibilia corpus densius erit, ita ut illud corpus sit summè denum, cuius quodlibet punctum indiuisibile tantum vnum spatij indiuisibile occupat.

Huius sententie Authores modestè afferunt idem indiuisibile posse esse præfens in spatio diuisibili eo modo, quo Angelus secundum suam entitatem indiuisibilis præfens est toti huic cubiculo diuisibili, sive per præsentiam diuisibilem, cuius partes partibus spatiij correspondent, sive per præsentiam indiuisibilem, quæ indiuisibiliter secundum se totam, quamlibet spatij partem, & omnes simul totumque spatium respicit. Quod si alio quocumque modo hæc sententia explicetur, omnino erit commentaria, & excogitata punctorum inflatio in aēream fictionem resoluti necesse erit. Ratione probo prædictam sententiam puncto tribueri præsentiam supra explicatam similem Angelorum præsentia: indiuisibile inflatum occupat spatium, quod anteoccupabant duo indiuisibilia non inflata: ergo occupat spatium diuisibile conitans saltē duobus indiuisibilibus: cum ergo secundum suam entitatem sit indiuisibile, secundum suam entitatem occupat quodlibet indiuisibile spatij ex duobus quibus correspondet tanquam spatio adæquato; ergo secundum se totum est in uno indiuisibili spatij, & secundum se totum est in altero: ergo reperitur idem indiuisibile corporis in duobus indiuisibilibus spatijs: ergo reperitur in spatio diuisibili, sicuti est Angelus totus in hoc indiuisibili spatijs, & totus in alio indiuisibili. Si dicas vnum indiuisibile corporis inflatum non occupare duo indiuisibilia spatijs, sed vnum inflatum, constitutus spatium mobile, & viam occludis toti Philosophi in materia præsentia

presentiarum, & motus, implicat enim de his loqui, nisi per ordinem ad spatum immobile, aliquin dicere poteris, me habitum eandem presentiam Matriti, & Romæ, & poteris fingere spatum Matritanum migrasse Romanum, sicuti concipis indiusibile spatiū inflari, & extendi.

Sed quidquid de spatio neges, in loco reali eodem modo arguo: pono duo corpora inter se non multum distantia, quorum intercapidem replent octo indiusibilia corporis densi, si hæc indiusibilia rarefiant quatuor sufficient ad hanc intercapidem replendam: ergo quodlibet indiusibile iam rerum substituitur loco duorum indiusibilium occupantium spatum diuisibile: ergo constituitur in duplice spatio, totum in quolibet, ergo per hanc inflationem eodem modo constituitur indiusibile quantitatuum in spatio ac constituitur Angelus. Rem clarus intueberis, si ponas tibi duo corpora supernaturaliter penetrata, quorum unum habeat indiusibilia inflata, per quorum inflationes rarum constitutatur, aliud vero habeat indiusibilia compresa, seu non inflata, & sit densum: quodlibet indiusibile inflatum corporis rari penetrabitur cum duobus indiusibilibus non inflatis corporis densi. Deinde cum quidquid consideretur in puncto, indiusibile, si totum, indiusibile rarum erit penetratum cum hoc indiusibili denso, & totum cum illo; ergo idem indiusibile, secundum eamdem indiusibilem entitatem erit penetratum cum duobus indiusibilibus non penetratis inter se: ergo erit in duplice spatio: nullum enim fundamentum habemus ad probandum Angelum secundum suam entitatem indiusibilem esse in spatio diuisibili, nisi quia est penetratum cum corpore diuisibili, cuius partes inter se penetrare non sunt.

Male animati in hanc sententiam Hurt. & Arriag. multa congerunt, ut illam expugnet: Hurtad. §. 94. illam appellat paradoxam, & n. 104. eiusdem leuitatem facile videri affirmar. Rationes quibus principiū author agit contra hanc sententiam petuntur ex eo, quod illa adhuc admissa non satisfaciat pluribus difficultatibus circa continuū compositionem, propter quas eneuandas inuenta est, & ut hoc ostendant, multa Hurtadus, & Arriaga scribunt. Ceterum quia prolixum satis est ad continuū compositionem iterum redire, & quia illius difficultates, sine his turgidis indiusibilibus, ut fera materia difficultas iam explicui, nolo modo cum his Authoribus contendere, an horum indiusibilium tumor vtilis sit ad has difficultates complanandas, unum tantum affirmo vtilissimum fore, si admitti liceat, ad difficultatem de qua nunc agimus penitus exauriendum: si enim supponatur idem indiusibile posse modo minus, postea maius spatum occupare, facilè explicatur, quomodo possit idem corpus constans eisdem indiusibilibus modo minus, postea maius spatum replere, ideoque non ut inutilis hic dicendi modus reiciendus est, si alia non aliis rationibus impugnetur, licet enim reliqua omnia, quæ ad continuū compositionem spectant, & difficultas his indiusibilibus admissis remaneant, hæc vna illaque ex prolixioribus totius Philosophie difficultas complanata remanebit, quod emolumenut ex horum turgentium indiusibilium admissione percipi sat erit.

Afferit Hurtad. §. 104. huius sententia leuitatem vide ri, quia illius authores tenentur sateri unum indiusibile posse occupare spatum vno vlna: nam late rarefente aīunt puncta occupare octuplo maius spatum, & replicant singula puncta in decem spatia. Quod adeo absurdum esse ait Hurtadus, ut pudeat impugnare. Nam in horum sententia unum punctum erit maius alio, quia maiorem habet extensionem. Quia palmus ideo est maior alia semipalmi mensura, quia porrigitur ad maius spatum, sed in hac sententia unum punctum porrigitur ad maius spatum: ergo est maius alio puncto. Rogo Hurtad. an indiusibile quantitatis Eucharistia occupans spatum diuisibile maius sit indiusibili aliis quantitatibus occupante indiusibile spatum, vel se ipso antequam definitiū in toto illo spatio præsentaretur. Similiter Rogo an Angelus existens in toto spatio huius cubiculi major sit Angelo existente tantum in dimidio eiusdem spatiū? Negatiū respondebit: ergo non recte infert Hurtadus: hoc indiusibile occupat maius spatum: ergo est maius alio. Respondebis pro Hurtado indiusibile Eucharisticum esse in spatio diuisibili definitiū totum, in hoc spatiū indiusibili, & totum repetitum in alio indiusibili spatiū, & sic fieri præsens maiori spatio, quam aliud indiusibile, quin sit maius illo, idemque contingere

in Angelo. Hæc ita sunt, sed eumdem exiliendi modum tribuant prædicti recentiores indiusibili inflato, respectu illius spatiū, cui per inflationem correspondet, quem Angelo Theologi adscribunt; vt fatis ostendi, dum prædictam sententiam explicui. Neque cum illis contendendum est, an illa præsentia definitiū, vel circumscriptiua dicenda sit, quia etiā in ordine ad spatum, quod indiusibile occupat eodem modo se habeat respectu eiusdem in indiusibili, ac se habet præsentia Angelū respectu eiusdem Angelū in ordine ad suum spatum, & ob hanc rationem instar definitiæ se habeat, tamen absolute definitiū non est, quia præsentia definitiū corporea constituit, omnes partes corporis inter se penetratas, quod non habet hæc præsentia, quam recentiores tribuant inflationis indiusibili, ex vi cuius unum indiusibile non penetratur adæquatē cum indiusibili immediatis, neque adhuc inadæquatē cum mediato. Inflabis hunc modum præsentandi propriū esse rei spiritualis, & non corporeæ, nihil enim corporeum potest repeti in duplice spatio naturaliter, & si miraculum Eucharisticum non intercederet, adhuc supernaturaliter idem corpus posse existere in duplice loco frequentius negaretur, quod adhuc multi per præsentias circumscriptiias fieri posse constanter negant. Respondeo nullum ens spirituale, aut corporeum posse existere naturaliter in duplice loco adæquatō, quod omnes fatentur, posse tamen Angelum spirituale esse in duplice loco, inadæquo, & hunc præsentia modum, non adē propriū esse rei spiritualis vi non possit rei corporeæ conuenire, fert enim tota Thomistarum schola formam corpoream viventis sensuī indiusibilem esse, & in loco diuisibili præsentari totam in hoc spatio, & in illo totam, quem præsentia modum gratis dicit recentiores tribuant indiusibili inflatis, in quo impugnanda tota Hurtadi opera insuenda esset non in inferendo unum indiusibile esse maius alio.

Arguit Hurtadus admissis his indiusibilibus inflatis, 6 esse non esse, ut unum punctum esset extra spatum aliud, quia hæc puncta penetrari possunt, secundum spatum inadæquatum: ergo penetrari possunt secundum spatum adæquatum: ergo sicuti spatum inadæquatum, quod virum que occupat, est utriusque communis, sic spatum adæquatum communis esse posset. Vim addo illationis, eo ipso quod duo indiusibilia penetrantur secundum aliquod spatum quantum inadæquatum, penetrantur secundum se tota, quia totum hoc indiusibile, & totum illud sunt in illo inadæquo spatio utriusque communis: ergo si penetrantur secundum se tota poterunt penetrari adæquata, ita ut non extat aliquod spatum, quod utriusque communis non sit. Dicces præsentias, non secundum se totas penetrari, ratione quarum repugnat penetrari indiusibile secundum se tota. Contra, præsentia indiusibile spatiū respondens spatiū diuisibili, vel est diuisibili, vel indiusibile, si indiusibile tota penetratur secundum se totam, sicut penetratur totum punctum ob eamdem rationem: si diuisibili partes sunt eiudem speciei, & eiusdem omnino rationis; ergo si penetratur hæc pars præsentia poterit alia penetrari, & sic penetrari tota præsentia.

Recentiores, qui hanc indiusibilem inflationem inueniē, quia negare non sunt aut unum indiusibile alteri immedium cum illo penetrari, & alias volvere defendere indiusibile additū indiusibile facere maius, tenentur hanc penetrationē, inadæquatam indiusibilem concedere, imo vīllā inueniēt hæc indiusibilia inflata defendenda sufficere, quos aliquantum premit ratio facta. Verumtamen adhuc possunt aliquo modo respondere, proprium esse quantitatis extensionem fundare, ad quam requiritur, indiusibile, quibus componitur, non adæquata penetrari; & ideo illic hæc adæquata penetratio naturaliter repugnat, licet non repugnat penetratio inadæquata, quia hæc admissa adhuc indiusibilia possunt extensionem fundare.

Secundum prædictum dicendi modum inadæquata penetratione potest corpus condensari, & rarefacte fine noua punctorum inflatione, sed præcisè per maiorem, minorem penetrationem densius, rarius constituti, quo enim indiusibile sunt minus penetrata, maius spatum occupat corpus, & rarius dicitur, & quo magis penetrantur indiusibilia, minus spatum replebit corpus, & erit magis densum. Secundum hunc dicendi modum necesse non erit modo magis, postea minus tumentia indiusibilia concedere, sed semper cum eadem tumoris mensura, quam naturaliter

naturaliter exigant, & cum maiori minorive penetra-

tione.

Ceterum ad explicandam difficultatem, quam nunc tractamus, si alia, quae ad concinui compositionem spe-  
ciant, aliunde explicitur, necessum non est hanc inadæ-  
quatam penetrationem tumentium indiuisibilium conce-  
dere, sed illa omnino non penetrata constitui possunt, &  
rarefactio, & condensatio recte defendi poterit, ex eo,  
quod eadem indiuisibilia magis, minusve intumescant ra-  
tione tempermentorum, seu diuersorum accidentium,  
cum quibus diueras vbiaciones magis, minusve extensas  
in ordine ad spatium exigunt indiuisibilia, sicut enim An-  
gelus indiuisibilis pro sua libertate intra certam latitudi-  
nem potest se in maiori minorive spacio constitui, sic  
punctum indiuisibile intra latitudinem determinatam: v.g.  
intra octo indiuisibilia spaci poterit ratione diuersorum  
accidentium in pluribus paucioribus spatiis indiuisibili-  
bus constitui.

Arguit Hurtad. disp. 4. de generat. §. 26. haec indi-  
uisibilia inflata porrigitur esse versus dimensionem, &  
effectu impenetrabilitatem lineas superficies, & corporis,  
& illum, qui videtur corpus rarum non visurum, nisi unum  
indiuisibile, & illud tantum tacturum: in modo nunquam diu-  
idendum esse id, quod manu tangitur, in corpore rarefacto,  
cuius singula puncta occupant palmum loci, neque  
terram secundum esse, quantumvis geminatur ictus, quia  
indiuisibile nunquam fecari, aut diuidi potest quia si ita  
essent nulla alia parva utrilibet esset ad excipienda vul-  
nera, quam indiuisibile ignis, quod cum rarissimum sit mul-  
tum spatiis occupabit, & nunquam diuidi poterit. Haec om-  
nia littera sunt, ad tumorem horum indiuisibilium repre-  
mendum, quia nulla opera disoluam: concedent recentiores  
indiuisibile inflatum etiam illam dimensionem fundare in  
ordine ad spatium, quod prima arrepta via conclusione  
tradunt. Negabant attacko corpore rarissimo tantum tangi  
vnum indiuisibile, quia licet punctum indiuisibile sit sum-  
mè turgendum, & summè rarum, non excedet octo indi-  
uisibilia spaci, quae non facient maiorem extensionem mini-  
ma acie, quia plusquam in octo indiuisibilia poterit diuidi.  
Negat punctum indiuisibile ita potest turgescere:  
ut repleat spatiis palmum, in quo forsitan plus quam decem  
millia indiuisibilia continentur. Ecce quo modo non bene  
clypeatus quis abiret ad excipienda vulnera arrepto indi-  
uisibili quantumvis raro, exiguum esset ad minimam cor-  
poris particulam cooperiendum. Sed demus indiuisibile  
posse intumescere donec palnum repleret, inconveniens  
non esset tunc nulla arte scindi posse, quia semper manet  
indiuisibile, & divisionis incapax, neque ideo pars illa  
corporis, quae indiuisibili sic inflato esset operata ab immi-  
nenti ictu fatis esset tutta, quia posset huius indiuisibilis  
tumor, qui in praesentia illi superaddita conficit, deprimi  
alius corporis compressione, quae posse condensacionem  
sieri etiam contra proprij temperamenti exigentiam mul-  
ti defendant.

Eadem indiuisibilia inflata Hurtadus, & Arriaga impug-  
nant à paritate durationis, & temporis realis. Horum im-  
pugnatione forsitan erit ad probandum non hac ratione  
recte defendi indiuisibile additum indiuisibili facere ma-  
ius, cum in duratione successiva diuisibili, illius extensio  
defendenda sit, sine indiuisibilibus durationis inflatis, de  
quo non disputo, haec enim omnia aliter ergo compono.  
Verumtamen ad rem nostram nullum potest defumus argu-  
mentum ex duratione rerum successuarum, in qua non  
admittenda haec instantia inflatio, ad indiuisibilia spa-  
tium diuisibile occupantia impugnanda. In primis enim,  
qui negant durationes superadditas facile dicent instantis  
temporis intumescere non posse, quia nihil illi reale super-  
additur, per quod intumescat, & punctum quantitatis in-  
tumescere, quia illi aduenit praesentia superaddita, per  
quam constituitur intumescens, seu occupans spatium di-  
uisibile. Secundò etiam si admittatur duratio superaddita,  
nullus concedit posse corpus, aut Angelum per durationem  
superadditam simul coexistere duplice spatio tempori-  
ris adhuc inadæquato, & omnes admittunt posse eandem  
entitatem per presentiam superadditam constitui in dupli-  
ci spatio loci inadæquato. An vero ex suppositione, quod  
præsentia esset superaddita possit dari aliqua, quae eadem  
indiuisibilis indiuisibiliter perseverans idem corpus succes-  
sive in diversis temporis partibus durans constitueret, non  
est huius loci examinare. Non nihil de hac re dixi Contr. 6.

Physic. Punct. i. & iterum dicam Controuers. 6. de anima  
Puncto 5. §. 4.

Dixerat Arriaga disp. 18. Physicæ iam citata num. 136: his indiuisibilibus inflatis vni tantum difficultati satisfie-  
ri, postea num, i.e. dolet se id dixisse, afferitque, neque huic  
qua in praesentiarum agitur de raritate, & densitate posse  
predicari indiuisibilibus inflatis fieri satis, quod sic probat.  
Supponit in primis ut rem omnino certam, non esse nec-  
esarium in rerum natura, ut si aliquod corpus rarefactum aliud  
ei æquale condenserit. Quis enim dicit, at ille, si butyrum  
calore ignis, vel Solis dissoluatur eo ipso iam aliud corpus  
in aliquo angulo existens condensari? Quis hoc enunciabit?  
Aut quomodo butyrum dissolutio in distans condensationem  
operabitur? Sic quando quis stupam in ignem proicit, qua  
accensa rarefactit, aliud corpus procul condensari nemo di-  
cet. Neque illa, quae sunt prope ignem poterunt dici con-  
densari, cum illa potius calore ignis rarefiant. Quid qua-  
dum magna sylva accenditur, & omnia calore dilatantur, vbi  
inueniuntur æquales alia sylvae, quae denseruntur? Hoc posito sic  
arguit. Non potest raritas explicari per maiorē puncto-  
rum inflationem: ergo per hanc illius difficultati non fit fa-  
cis. Antecedens probat: non possunt puncta magis intu-  
mescere quam antea, nisi alia tantundem strigantur, si  
antea non aliqua vacuitas, quam modo repletant, vel si  
modo non penetrantur cum aliis corporibus: neutrū  
fieri potest ergo indiuisibilium inflatio omnino inutilis est  
ad rarefactionem explicandam. Hoc argumentum non  
specialiter pugnat contra hunc dicendi modum, sed contra  
omnes sententias, quæ rarefactionem, & condensa-  
tionem non explicant per intromissionem, & expulsionem  
corpusculorum; quapropter idem fieri poterit contra sen-  
tentiam Hurtadi, & aliorum omnium, qui cum Arriaga  
non sentiunt in rarefactione, & condensacione sic explican-  
da per hanc corpusculorum intromissionem, & aggrega-  
tionem, quapropter non ex illo peculiaris hic dicendi mo-  
dus peculiariter inuisus esse debet. Secundo existimo nul-  
lius esse momenti, facile enim dici poterit condensacionem  
contingere non ratione temperamenti, sed ratione com-  
prehensione aliis corporis, quod per dilatationem sibi, & mo-  
tum localem in rarefactione exercitum impulsuim imprimit  
aliis corporibus, medio quo, illa comprimit, & violen-  
ter contra proprium temperamentum facit condensari, &  
ad angustiora loca reduci. Quem impulsuim imprimit ignis,  
& omnia corpora, quae prope illum rarefiant, vicinis cor-  
poribus, quae per hunc impulsuim comprimuntur ad minus  
spatium, vel recedent, & impulsuim impriment aliis cor-  
poribus, quae comprimuntur, vel recedant, & alii corpora  
comprimi cogant, quae non possint vicina alia amouere à  
proprio loco, vel intra proprium ad minus spatium co-  
cere. Ex his infero omnino falsum esse quod tanquam cer-  
tum supponit Arriaga videlicet, necessarium non esse con-  
densari aliquod corpus, cum aliud rarefit, & facile ratio-  
ne redi huius condensacionis, corpus eniama rarefactum  
impellit sibi immediatum quod si aliud non potest mouere  
intra se ipsum colligitur, & condensatur, vt locum exhibeat  
corpori vicino, rarefacto, si vero corpus, quod à rarefacto  
impulsu patitur, aliud moueat, illud aliud condensabitur, vel aliud mouebit, & sic diuersa corpora mo-  
uebuntur, vnum medio alio, quoque peruenientur ad ali-  
quod, quod non possit corpus sibi vicinum mouere, & ita  
necessarium sit illud condensari.

Omnia, quæ contra indiuisibilia inflata, & virtualiter in  
ordinem ad locum diuisibilia apud alios inueni, adduxi, &  
solui, quia plures recentiores vidi maximoper stomachantes  
in hunc dicendi modum, apud quos nullam efficacem  
rationem reperi, quæ directe illum impugnet. Quapropter,  
etsi mihi non placet modus iste philosophandi, non  
illum alia ratione impugno, nisi quia nullo nititur funda-  
mento, neque illa est ratio, seu conjectura, quæ illum sita-  
deat, sed tantum ad hanc difficultatem, aliasque similes fu-  
giendas argumentorum vi extortus est. Neque illa, quæ  
nulla fulciuntur auctoritate, neque ratione aliqua propu-  
gnantur maiori indiget impugnatione. Secundò, quia etsi  
modus indiuisibiliter existendi in spatio diuisibili aliqui  
entitati corporis conuenire possit, vt de facto formis ma-  
terialibus perfectorum animalium conuenire Thomistæ  
defendant, tamen nulli entitati corporeæ de facto conce-  
dendus est, sine aliqua speciali ratione, que illum suadat,  
cum omnes, quas sumus experti, videamus diuisibiliter  
existere absque repetitione eiusdem entitatis in dupliciti  
spatio.

satio. Et si hac lege non adstringimus liberum cuique erit defendere totum Luna cælum esse indivisibile secundum substantiam, & tantum diuisibile virtualiter in ordine ad spatium diuisibile, in quo constituitur per repetitionem eiusdem entitatis secundum se totam in quolibet punto spati. Quod si obiectas secundum has partes esse lucidum, & non secundum illas, & diversa accidentia in diversis partibus sortiri: Responderi licebit hæc accidentia eandem indivisibilem substantiam in diversis locis inter se distingua comitari, sicut intellectio afficit animam in cerebro vel visus corpora in pupilla oculi, & sensatio eandem indivisibilem animam rationalem in pede comitur, & informata cum distantia harum operationum inter se, & distantia earumdem ab anima.

## P V N C T V M IV.

*Alia communis sententia impugnatur.*

- C**ommunis sententia docet raritatem, & densitatem confondere in qualitate quadam quantitati inherente ratione cuius quantitas contrahitur, vel extenditur ad maius, vel minus spatium. Iuxta hanc sententiam duo repertuntur in raritate, qualitas quæ est radix dilatationis, & extensis localis, & ipsa dilatatio, seu localis motus ex vi cuius producitur præsentia per quam corpus constituitur formaliter extensem, & occupans maius spatium. Similiter in densitate reperitur qualitas, quæ est radix compressionis, & compresionis, seu motus localis ex vi cuius producitur præsentia per quam corpus in minori spatio formaliter constituitur. Ita Patres Conimbric. lib. i. cap. 5. q. 17. art. 1. & alij plurimi, quos ipsi referunt, & P. Hurtadus dñp. 4. lect. 4. & 5. An verò formalis ratio raritatis constat in motu locali orto ex qualitate, an in ipsa qualitate non omnes eodem modo explicant. Patres Conimbric. art. 1. citato affirmant raritatem aliquando significare partium positionem, aliquando qualitatem sensibus subiectam. Vtramque partem docent tradi à D. August. in suis categoriis c. 12. & ab Arift. variis in locis, & ab aliis plurimis, quos ipsi referunt. Hurtadus lect. 5. §. 45. docet motum localē completere effectum secundarium raritatis, & densitatis, non tamen in illo formaliter confondere, sed in qualitate, quam docet non distinguui in corporibus sublunaribus à temperamento primarum qualitarum; in cælis verò hoc temperamento carentibus in alia qualitate specie distingua.
- 2.** Non multum contenderem cum his authoribus de hac qualitate si semel admisi de medio tolleret difficultatem, quæ in hac re nos premitt, quomodo videlicet eadem quantitas cum eisdem numero partibus, possit modò plures, & postea pauciores spatijs partes occupare sine penetratione ipsarum inter se bilocatione. Hæc est enim difficultas, quæ vnicè in hac re premitt, in qua soluenda imponendus est labor, non in assignanda causa motus localis, quo corpus rarum ad maius distractur spatium, vel ad minus contrahatur, quod tantum præstat hæc qualitas, neque in opinione, quæ in illa raritatem, & densitatem formaliter constituit, quidquam aliud subiecto præstare potest, quam esse causam motus ex vi cuius parva substantia magnum replet spatium, & substantia magna exiguo definitius spatium sine repetitione partium in duplicitate loco, neque earumdem penetratione.

- 3.** Ingenuè fatetur Hurtad. hanc difficultatem esse fere insuperabilem, respondet nihilominus corpus occupare idem spatium, quod antea occupabat, nullam verò partem retinere idem spatium cum rarefit, quod antea replebat: sicuti cum mouetur totum cælum permanet in toto spatio in quo antea erat, & quilibet pars illius spatium antiquum relinquit, & aliud acquirit. Ex hoc prouenire ait Hurtadus partes corporis iam rari, & antea densi non occupare duplex spatium, sed vnu maius illo, quod antea occupabant. Laborat Hurtadus in argumento soluendo, & sanè sine sue qualitatis ope, hæc enim nihil iuvat ad præsentem solutionem, quam sic impugno. Quando corpus densum rarefit, spatium quod occupabant omnes partes corporis dum erat densum occupatur modo medietate earumdem partium, sed antea correspondebant omnes partes corporis partibus spatijs, quilibet pars corporis distincta distincte parti spatijs, ita ut adæquatè commensuratur.

rarentur partes corporis cum partibus spatijs: ergo modo cum eisdem partes corporis paucioribus spatijs partibus correspondant, non poterunt adæquatè commensurari, ita ut cuilibet parti corporis ab aliis distincte distincta pars spatijs distincta à reliquis spatijs partibus correspondere.

Confundere forsitan difficultatem prætendes dicendo in partibus proportionalibus infinitis non posse reperi plures, neque pauciores cum omnes sint infiniti, & non sit unum infinitum maius alio. Doctrinam hanc nullo modo sustinédam impugnauit Contr. 14. Physic. Punct. 5. luce enim clarius apparet esse plures partes in tota manu, quam in uno digito, quantumvis in digito infiniti sint, quia manus comprehendit totam multitudinem infinitam partium pertinat in digito, & insuper infinitas alias partes in eadem manu contentas, quod negabit nemo, qui aperte non neget totum esse maius sua parte. Deinde idem argumentum ad partes aliquotas determinatas transfero: pauciores partes aliquotæ spatijs correspondentibus aliquotis corporis iam densi, quā ante respondebant eisdem numero partibus corporis rari: ergo ante correspondebat duplex pars aliquotæ spatijs, eidem parti aliquotæ corporis vel modo eadem pars aliquotæ spatijs correspondet dupli-ci parti aliquotæ corporis: ergo vel ante dabatur partis bilocation, vel modo datur earumdem penetratio. Fugies ad praesentias, & dices hoc prouenire ex eo quod corpus rarum maiorem præsentiam habeat, quam densum. Inanis fuga semper enim te fugientem eadem inequivocabilis, illam tibi iterum in præsentia obicitur. Partes præsentiae, & partes subiecti debent commensurari cum correspondentiæ distinctæ partis præsentiae, vel ad distinctam partem subiecti: ergo non possunt eisdem numero partes subiecti densi correspondere paucioribus præsentia partibus eademque numero partes subiecti iam rari pluribus præsentia partibus responderesi ante non respondebatur duplex pars subiecti eidem parti præsentiae, vel si modo non respondebatur eadem subiecti pars duplice parti præsentiae: illud primum diuersarum partium penetrationem cum hoc secundum bilocationem dicit. Redibis iterum ad maiorem magnitudinem partium, quam constitutis in præsencia corporis rari, & non maiorem numerum. Contrà: non potest eidem parti corporis maior, & minor præsentia respondere, nisi per maiorem aliiquid parti replicetur in duplice spatio, vel per minorem aliiquid parti penetretur cum alio eiusdem partis: ergo non possunt eisdem partibus corporis maiores & minores præsentiae partes respondere. Secundò: non possunt esse partes maiores, quin sine plures: ergo si correspondent corpori raro maiores partes præsentiae, quam corpori denso, correspondent etiam plures partes. Antecedens probo: quo pars est maior, et magis diuisibilis, quo magis diuisibilis est, continet in se plura membra diuidentia, in quæ diuidatur: ergo quo maior est pars continet in se plura membra diuidentia in quæ possit diuidi: sed haec membra diuidentia sunt partes, quibus pars illa magna componitur: ergo quo partes sunt maiores, partes quibus totum componitur plures sunt. Sicuti plures partes absolute, & non solidū maiores partes continent totum quod componitur tribus vlnis, quam totum quod componitur tribus palmis, licet comparatione facta palmarum ad vlnas tot sint partes palmares in uno toto, quoniam vlnas in alio.

Aliqui cum præcipuo arguento petuntur ex correspondentiæ earundem partium quantitatibus ad plures, & pauciores spatijs partes, respondent spatijs imaginariū esse puram chimaram, & quid fictum, quod concipiatur instar corporis, quod repleri dicimus, & ita si partes eiusdem corporis non sint plures numero, sed tantum extenses, idem de partibus spatijs dicendum est. Spatiū imaginariū quid est fictum tradidimus cum communī sententia: verumtamen sèpè dixi quod in præsentis locis Hurtadus, & Arriaga, nihil posse de præsentis disputari, si spatiū imaginariū fixum, & immobile non apprehendimus corpori, que repletum, ita ut non possit duplex corpus eodem spatijs contineri. Non tamen necessarium est argumentum de spatio imaginario confidere, ut possimus tota huius materiæ difficultate aduersarios opprimer. Idem enim fit de præsentia reali facta comparatione inter partes subiecti, & partes præsentiae ut nuper arguebam, & eadem ratione fieri potest, facta comparatione locati ad locum realem, idem enim locatum modo densum responderet his partibus loci reali sibi contigui, & postea ramis,

his, & aliis respondet, & semper retinenda est commensuratio partis locati ad partem loci, neque una pars locati potest duabus loci partibus respondere, ne duplci afficiatur presentia, neque potest eidem loci parti duplex locati pars respondere, ne utraque penetretur.

6 Neque censeo bene dixisse Hurtadum rationem formalem raritatis constituantem esse in qualitate, seu in primorum qualitatium temperamento, quia etiam tali qualitat daretur, non in illa, sed in praesentia, seu extensione actuali formalis raritas constitueda esset, quod si suadeo: Qualitas secundum illos, qui dari affirmant, tantum esset radix extensionis localis, ratione cuius corpus, maius, minusve occuparet spatium: sed ratio formalis rari, & denisi, vt conatur ex utriusque definitione est occupare sub parua quantitate magnum spatium, & sub magna quantitate minus spatium: ergo ratio formalis rari, erit forma illa, ratione cuius parua quantitas magnum spatium occupat, & ratio formalis denisi erit forma, ratione cuius magna quantitas paruum occupat spatium: sed haec ratio est praesentia localis per motum producta: ergo in hac formaliter constituenda est raritas, & densitas, & radicaliter, & quasi efficienter in qualitate, quia hanc extensionem exigeret.

7 Video posse respondere Hurtadum non definitissime Aristotelem, & densum per conceptus primarios, sed secundarios, & ita conceptum primarium rari non esse sub parua materia magnam habere dimensionem, sed habere qualitatem, seu temperamentum, cui haec magna dimensione sub parua quantitate debetur, id tamen absque fundamento dicetur, neque de illo multum contendendum est. Est enim questio de nomine tantum, quia siue dicatur raritatem confidere in qualitate, siue in praesentia orta ex ipsa qualitate, easdem qualitates physicas cum eiusdem effectibus formalibus, & omnino eodem modo se habentibus in ordine ad se, & in ordine ad subiectum, uterque dicendi modus admittit. Iuxta sententiam afferentem rationem formalis raritatis confidere in temperamento primarium qualitatum, seu in qualitate, dicendum est corpus Christi in Eucharistia definitius existens esse formaliter rarum, & tantum esse impedimentum effectum secundarium raritatis. In sententia, quae entitatem constituit in extensione actuali, dici debet corpus Christi in Eucharistia existens esse rarum radicaliter, & non formaliter: nisi velit aliquis defendere adhuc esse formaliter rarum, quia praesentia definitiva, & circumscripcta specie non distinguuntur, sed definitiva dicit plures circumscriptiones, quas Christus habet in Eucharistia, quarum qualibet seorsim sumpta Christum constitutum praesentem eodem modo, quo est in caelis; vide, quae de his praesentibus dixi Controu. 15. Physic. Punct. 6. & caue ne occasionem praebeas, vt aliquis sinistre hunc dicendi modum interpretetur, est enim fide sanctum Christum esse secundum se totum, & secundum quamlibet sui partem in tota hostia, & in quolibet puncto illius, quod omnes vocant esse inextensem, id est caute loquendum est, si dicendum est Christum in Eucharistia esse extensem, quia id sonat non esse totum in tota hostia, & totum in qualibet parte, & in quolibet puncto illius, & ita nunquam haec propositio absolute proferenda est: Christus est extensus in Eucharistia, sed si modus ille sustinendus esset, dici debet: Christus in Eucharistia habet extensiones semel, & iterum in Eucharistia repetitas ex vi quarum est præsens definitio totus in toto, & totus in qualibet parte, & in quolibet spatiu puncto.

## P V N C T V M V.

Verior eligitur sententia.

I Affero cum Ochamo opusculo de Eucharistia, Gabriele in Canone sectione 45. Vallefio 4. Physic. text. 84. & in Contr. ad Tyrones, Arriaga disp. 6. Physic. sect. 9. subsect. 2. & plurimi recentioribus rarefactionem fieri per intromissionem corpusculorum in partibus intimis corporis cum separatione locali continui, & condensationem confidere in negatione intromissionis horum corpusculorum, seu in expulsione ipsorum, cum partium continua conjunctione. Vnde corpus illud, quod intra se pauciora corpuscula diuersa rationis, seu non unita continet, maius parum dicetur, & magis rarum, quod plura includit, quod

Franc. de Oviedo, Epitoph. Tom. I.

autem nullum incluserit illud erit summè densum, & occupabit minus spatium, quod non penetratum potest occupare, nulla enim comprehensione, neque qualitate poterit ad pauciores redigi partes absque penetratione partium inter se. Hac sententia eodem omnino modo explicanda est ab omnibus, qui illam amplectuntur, continet enim materiam valde physicam nullis rationibus metaphysicis, neque subtilibus distinctionibus subiectam. Dixa rarefactionem fieri cum separatione partium continui, & condensationem cum coniunctione eamdem partium, non verò cum divisione, & vnione, quia non quotiescumque datur noua rarefactione, datur noua divisione, licet haec necessaria sit ad rarefactionem, quia non possunt partes localiter separari si divisione non sit, possunt enim partes divisione esse localiter coniunctae, & postea separari sive noua divisione, quod sufficiens erit ad rarefactionem. Similiter quando expelluntur corpuscula, sufficiunt partes illas, quae anteā erant separatae, & divisione, localiter coniungi, etiā non vniuersit inter se, vt corpus densum constitutatur. Vnde non probo, quod docet Arriaga num. 196, videlicet condensationem ex communī apprehensione dicere maiorem partium unione, tantum enim importat maiorem partium localem approximationem, quam iuxta quamcumque sententiam in corpore denso reperimus, id est non ex maiori unione, quae necessaria non est in corpore denso, neque ex maiori approximatione, quam statuit omnis sententia, recte Arriaga nostram opinionem deducit.

Mouet ad hanc sententiam ex aliarum impugnatione, iuxta quas insuperabilis est huius materia difficultas, quae in hac sententia optimè explicatur (quod illius praecipuum fundamentum esto:) recte enim intelligitur, quomodo idem corpus maius spatium occupet, quando est rarum, ac quando est densum, quia rarefactione hoc modo constituta corpus rarum non occupat plures, neque maiores spatij partes, sed magis distantes inter se, quarum distantia repletur alii corpusculis occupantibus spatium interiacens. Quae omnia sine partium penetratione, neque repetitione praesentiarum optime intelliguntur, quae maximoper angusti aliarum sententiarum autores. Hanc corpusculorum intromissionem possibilem esse, & de facto dari efficaciter suadent experientiae, quas adducit Arriaga, ex aqua, quam seruentem videmus bullas quasdam facere, que aere replentur: ergo sicuti intromittitur aere in illa spatia intra bullas contenta, poterunt alia corpuscula, vel idem aere intromitti in oleum, lac, & alia corpora rarefacta, quibus introductis occupabunt corpora illa in se includentia corpuscula alia partes spatij distantiiores, & maius spatium occupare dicuntur. Secundū negari nequit carnes viventium, papyrum, ligna, & alia quam plurima corpora habere poros plenos minutulis aliis corpusculis fanguinis, vel aeris, aliis rationis, in terra durissimo poros aliquos communis statuit sententia, & plerique assumunt ferrum candens habere portiunculas aliquas substantiae ignis inclusas in poris. Et P. Hurt. acris horum corpusculorum in hac difficultate impugnat illa concedit intromissa in quocumque alimento, illum legitio disp. i. sect. 10. sub. 4. S. 135. vbi assertur omne alimentum habere poros repletos aeris, terrestrisque vaporibus, & neque nomen ipsum corpusculorum exhorruit, illius sunt verba. *Hi vapores, & corpuscula poros repletant impudenti, &c.* Neque specialis alia ratio invenire poterit Hurtad. propter quam haec corpuscula in alimentis propugnet, & in aliis corporibus impugnet. Nil ergo obest, sed multa iuvant ut dicamus, papyrum, lac, oleum, viventium carnes, & alia corpora, rarefieri per intromissionem aeris, sanguinis, aliorumque corpusculorum repletum poros corporum, quae rareficiunt, & hac ratione carnem infantis humore plenam raram esse, carnem verò senis iam siccam hoc humore vacuum clausos habentem poros densam constitui: hos enim poros, quos omnes autores admittunt, & ipsis oculis cernimus in his corporibus plenos aliis corpusculis, possimus in quibuscumque aliis corporibus rarum absque ullo inconvenienti concedeare, & clarè naturam rarefactionis explicare.

Rursus secundum hanc opinionem expeditius assignatur corpus, quod replet spatium relictum à corpore, quod ex raro fit denum, corpuscula enim ab illo expulsa in spatium relictum succedunt sine noua vicini corporis rarefactione. Insuper iuxta hanc opinionem ratio redditur, propter quam corpora calida rareficiunt, & condensentur frigida, calor enim poros aperit, vt illa corpuscula ingrediatur, &

Sf idem

ideò Medici dum medicamento aliquo per iuxtapositionem videntur partem illam in qua medicamentum exercetur calore furent, ut illius pori aperiantur, & tenues medicamenti partes in intimos poros se insinuant. Frigus vero partes corporis inter se coniungit, & corpuscula intro-missa pororum compressione expellit, viamque alii, eisdemve iterum ingressuris occludit. Vltimò iuxta hanc sententiam optimam ratio redditur propter quam corpora valde dura, v.g. ferrum eti minimam calorē concepiant, nūquā rarefiant. Quia cum hec corpora divisionē resistant, & illius partes difficile separantur, & rarefactio facienda sit per separationem partium, & earundem divisionē, si haec non supponatur iam facta, sit rarefactionem in his corporibus contingere non posse; quia illorum partes separare non valet calor, neque corpusculis extraneis viā aperiuntur.

## P V N C T V M VI.

## Argumenta soluta.

- 1 **C**ontra opinionem modo traditam acriter inuehitur Hurtad. sc̄t. 3. omnia argumenta ab ipso adducta eodem ordine referantur, & haud difficile mihi erit claram adequatamque illorum adhibere solutionem.
- 2 **O**bicit primò Hurtadus, sequi ex praedicta sententia corpus denfari, & rarefieri quoties aërem attrahit, & expellit ridiculumque esse consequens, quis enim dicet os rarefieri, eo quod infletur, & vtrem fieri rarū cum aëre repletur, & densum cum ab illo aëre excutitur, & folles similiiter rareficiuntur, & denfari cum aëre mouentur. Consequentia patet, quia per attractionem aëris intericitur aës inter partes oris, vtris & follium. Resp. has aëris attractiones non esse rarefactiones, quia rarefactio non est, que cūque aëris attractio, sed illa quæ per minutula corpuscula in partibus internis corporis excipit, talia corpuscula, & quasi per intus positionem seu intímam corpusculorum aspersione. Quando verò aës attrahitur ore, vel intra vtre vel folles continentur non per corpuscula, sed per magnam aëris quantitatē receptam vtre, vel ore trahitur aës.
- 3 **O**bicit secundò nimio frigore disrumpit vas plenum aqua, quia haec glaciatur, quod non fieret si corpuscula intra aquam inclusa ponebantur extra illam: ergo non datur in condensatione talium corpusculorum expulsio. Minorem probat: corpuscula, que à se expellerent aqua per condensationem effient sufficientia replere spatiū illud, quod intra vas relinquent partes aquæ, que per coniunctionē, & earum vniōnem condensatur: ergo etiam si vas non disrumperetur non daretur vacuum. Sed disrumpit, ne detur vacuum; ergo nulla sunt corpuscula, quæ possint replere spatiū, quod relinquit aqua iam densata. Respondeo vas frangi præ nimia frigiditate, quæ partim illius dissoluit vniōnem, non quia imminet vacuum, neque quia hoc datur, etiam si non disrumperetur. Vas non disrumpit, ne detur vacuum efficaciter probat Arriaga, ex eo quod non confringatur vas, in quo oleum, & butyrum, & alijs liquores condensantur, quantumvis illius os si coopteret. Quod si vas ne daretur vacuum disrumperetur, cum condensatur aqua, disrumperetur similiiter cum butyrum condensatur, quia butyrum spatiū vacuum relinquit, & natura non minus abhorret vacuum relictū ab butyro, olio, & alijs liquore, quam relictū ab aëre. Deinde si vas frangeretur, ne daretur vacuum, vt primum minutula aqua gutta condensaretur, confringeretur, quia tunc daretur aliquod vacuum, quod, eti minima abhorret natura. Constat autem experientia vas non infringi, quovsque tota aqua, vel certa maior illius pars condenseretur. Adde, quod si haec efficit fractionis causa, frangatur etiam vas æreum, ne in illa vacuum daretur, quia fortior est natura ad vitandum vacuum quam æs ad conseruandam suarum partium vniōnem, sūl quā tamē visum fuit vas ferreum contractum propter aquæ condensationem in illo contentum. Hæc omnia omnino certum reddere existimmo non frangi vas prædicto casu vacui vitandi causā.
- 4 **O**bicit Hurtadus: corpuscula per quæ sit rarefactio possent rarefieri cum constarent temperamento primarum qualitatū: vel ergo rareficiunt sine intromissione aliorum corpusculorum, vel per alia corpuscula. Si primum dicimus, iam assignamus aliud rarefactionis genus, quod omnibus corporibus poterit esse commune. Si secundum illa

corpuscula per quæ sit rarefactio, poterunt iterum per alias rarefieri, & sic in infinitum procedemus. Oblitus est Hurtadus se arguere contra Recentiores, qui continuum ex puris indiuisibilibus componunt, contra quos processus in infinitum inutiliter infertur; quodlibet enim corpus cōstat ex indiuisibilibus finitis, & rarefieri non potest, nisi per alia corpora illo longè minorā, quæ si rursus rarefiant per alia minima rarefieri debent, ac proinde antequam perueniant ad rarefactiones infinitas peruenient ad aliquam factam per corpuscula adeo paucis indiuisibilibus composta, ut non possit per alia minorā corpuscula rarefieri, & si rarefactio illi continget per pura indiuisibilia esse debet, ret quia rursus rarefieri non possent. Neque contra eos, qui continuum Aristotelicum assignant, quidquid probat argumentum, quia etiā quodlibet corpus ex se posset referi per aliud, cum in rerum natura non dentur infinita corpora, existentia non poterunt infinita dari rarefactiones, quia nulla rarefactio sine nouis corporibus contingere potest. Secundò ex corporibus, que de facto existunt aliqua sunt omnium minima saltu negatiæ, hoc est adē exigua, vt nulla alia illis minorā de facto existant, que nū modo poterunt rarefieri, cum non sint alia per quorum intromissionem rarefieri possint. Item sunt alia corpuscula adē minutula, & adē dura, vt etiam alia minorā perierint non possint rarefieri, quia divisionē non cedunt, non enim quodcumque corpus minus alio ad intromissionem per quam sit rarefactio sufficiens est, quia corpus intromissum, non vtcumque minus sed notabiliter alio minus debet esse.

Arguit quarto Hurtadus: quando homini applicatur vī trea ampulla ( vulgo ventosa ) cùm flupa concipit ignem aër rarefacti, & postea extincto igne denfatur aës, & minus spatium occupat, ad quod replendum attrahitur caecorē cōdenfatio non fit per intromissionem corpusculorum, quia si ita fieret, corpuscula expulsa possint occupare spatiū relictū ab aëre, & non esset necessarium carnem retrahidi ad aliquod replendum spatium. Resp. carnem non attrahi, quia aër minus spatium occupet, sed quia calore ignis excitati intra ampullā pori carnis hominis aperuntur, & per illos tenues aliquæ partes aëris, vel alios corpusculorum ingrediuntur ad cuius spatium replendum accedit caro. Hac solutio via præcludo multis, quæ in confirmationem huius argumenti Hurtadus adducit.

Tandem obicit sequi ex nostra sententia lac rareficiens in omnes sui partes diuidendum esse. Consequens est contra experientiam, & rationem, ( quod ego facile concordam) sequelam, quam efficacius ostendere debuerat, sic proba Hurtadus. Cum lac rarefacti, omnes partes accipiunt temperamento raritatis, & omnes ebulliunt, atque rafescunt, quia non est major ratio vnius quam alterius, sed quilibet pars rarefacta secatur alio corpore interiecto, ergo omnes partes secantur, & illarum quilibet ab alia dividitur. Rursus parum latetis cum rareficiunt totum craterem implet, ita ut occupet spatium octuplo maius: ergo quilibet pars ab alia diuiditur corpore alio interiecto, vel singularia binaria ab alijs separantur per interpositionem corpusculorum. Respondeo lac feruescens aliquas formare ampullas, quarum spatium aëre repletur, per quas non dicitur rarefieri, quia aës intromissus non est corpusculum, sed notabile corpus, per quod in communī modo loquendi non dicitur fieri rarefactio, quod tantum ex communī modo loquendi, & applicandi rarefactionis nomen dependet, licet per has ampullas aës dicatur occupare multo maiorem partem lebetis, quam antea occupabat. Ceterum per plures partes, quæ vicinis corpusculis secantur rareficiunt non tamē per omnes. Quæ contra hoc adducit Hurtadus nullius sunt momenti, quod facile ostendam. In primis, quod omnes ebullient non arguit omnes diuidi, quia plures partes vñitæ possunt moueri, & inter se non separari, lvs per se notum est. Neque maioris est pondus quod addit videlicet non esse maiorem rationem cur vna diuidatur, quam alias quia quando pori aliecius corporis aperiuntur, vt crebro contingit præcipue in videntibus aliquæ partes separantur ab alijs, non tamē omnes: omnes ergo tenentur rationem redire, cur haec partes separantur localiter, & non illæ, cum aperiuntur pori corporis, quæ vtar ego ad reddendam rationem cur rarefactio secundum has partes, & non secundum illas contingat. Hæc ratio poterit esse diuersum temperatum ex parte subiecti, vel diuersus effectus ab agente producitur,

productus, non enim omnes partes subiecti habent temperamentum in eadem indivisibili mensura. Ultimè optimè dici poterit non omnes partes separati, etiamque quælibet habeat temperamentum sufficiens, ut separetur ab alia: quia nulla pars potest separari ab alia, quovsque habeat corpusculum aliud applicatum, quod occupet intercapidem relictam, ne detur spatum vacuum. Inter utræque, & cù non sint infinita corpuscula quæ possint applicari infinitis partibus continui ad replendas infinitas intercapidem, quæ resulant si infinita partes separantur; hinc est, quod non possint omnes infinita partes simul separari, sed illæ tantum, quibus sunt applicata corpuscula. Hæc ratio re dicitur in opinione, quæ continuu ex infinitis partibus componit & magni momenti est in sententia, quæ illud construit ex punctis finitis, quia licet secundum hanc sententiam puncta, quæ reperiuntur in quocumque corpore finita sint, tanta est illorum multitudo, ut mortaliter impossibile sit dari aliam multitudinem æqualem corpusculorum, per cuius corpuscula singula, possint singula indivisibilia continuab alii separari.

Obiiciunt alij: Cælum habet partes quasdam raras, & alias densas, sed calum non habet aliqua corpuscula intromissa: ergo rarefactio, & condensatio saltem in corporibus caelestibus non sit per intromissionem, & expulsionem corpusculorum: ergo neque in aliis corporibus, cum in omnibus eodem modo fieri debeat. Responde corpora caelestia, non esse propriæ, & strictè rara, aut densa, sed impropiæ dici partes raras illas, quæ habent admixtas alias particulas aliquo modo, in qualitatibus, seu accidentibus ab aliis distinctas, & partes illas dici densas: quæ constant partibus inclusis omnino similibus, sine hac accidentium diversitate in particulis, quas includunt. Itaque, id quod præstant extranea corpuscula intromissa in corporibus sublunariis, quæ propriæ per illa rarescunt, id dicuntur præstare particulæ diversæ rationis ab aliis, cum quibus notabiliter cæli partem constituunt, ratione quarum particularum dicuntur partes cæli notables, satis impropriæ rarefactæ, & densæ dicuntur partes cæli, quæ particulas ita in se non habent.

Ultimè aduerto pro solutione plurium argumentorum non esse id, corpus esse subtile, & esse rarum: raritas enim consistit in intromissione corpusculorum iam explicata, subtilitas vero in eo quod corpus parum divisioni resistat, & facile secundum sui partes diuidi possit. Ita contingere potest corpus esse minus subtile nullo admixtum corpusculo, & consequenter summè densum, aer enim si purus sit enim subtilis, & nihil raritatis haberet. Eodem modo distinguetur duritas de densitate, hæc enim dicit approximationem partium, & negationem corpusculorum interiacientium, illa vero resistentiam per modum actus primi ad partium separationem, & difficultatem remotionis unius partis ab alia, quod à densitate nimium distinguitur.

## CONTROVERSIA VIII.

### De elementis.

PVNCTVM PRIMVM.

Quid sit elementum.

**E**LEMENTVM vulgari significatione sumi sollet pro primis cuiusvis rei principiis. Sic litteræ scripturæ elementa dicuntur, quia ex illis primò constitutur, & in eadem ultimè refoluitur. Et principia entis naturalis propter eandem rationem totius elementa dicuntur. Solet enim nomen elementum ad materiam primam distingui, quia ex hac primò omnia sunt, formæ enim (si rationalem excipiās, que creator) sive substanciales, sive accidentales, ex materia educuntur, & ex illa tanquam ex prima origine nascuntur, strictius nōmen elementum sumitur pro illis corporibus, quæ non constant admixtione qualitatum contrariarum, sicuti sunt ignis, aqua, & terra.

Elementum definit Aristot. lib. 5. Metaph. cap. 3. text. 4.  
Franc. de Ouedo, Philosoph. Tom. I.

id ex quo primum insit, ac indivisibilis specie in aliam speciem aliquid componitur. Alio modo lib. 5. de Cœlo cap. 3. text. 21. elementum est id, in quo cetera corpora dividuntur, in quibus inest, aut potentia, aut actu. Definitio secunda in primam relabitur, tantum addit by cetera corpora, quibus verbis clarius exprimitur elementum debere esse corpus de predicatione substantiae, ac proprieate materiam & formam his definitionibus non comprehendendi. Ceterum hæc definitio satis difficultis est, & perobscura, nihilominus propter Philosophi authoritatem, & illorum, qui definitio has admittunt, in quibus est Angelicus Doctor aliquo modo definitio hæc explicanda sunt, quod breuissime præstabo. In illa potest aliquid diuidi, quæ in se continet, & quibus cōponitur, & eodem modo, quo est continentia, seu cōpositio, eo modo est diuisio in illa extrema, non enim poterit diuidi totū aliquod in aliquid formaliter sumptu, quod formaliter sumptu in illo non continetur. Deinde eo modo dicitur aliquid indivisibile, quo nulla extrema distincta in se continet. Sic materia prima, qua partes, quibus essentialiter componatur non habet, dicitur essestialiter indivisibilis, licet integraliter diuisibilis sit. Ultimè elementa ut probabo Puncto 4. non sunt formaliter in mixto.

Ex his facile est definire quomodo omnia corpora cōposita seu mixta possint in elementa resoluti, cùm enim elementa in mixto formaliter non sint, sed tantum virtuiter hoc est, manent virtutes, quæ proprie sunt elementorum, sic tantum extrinsecè, tantum diuidi possunt in elementa quatenus qualitates præexistentes in mixto diuiduntur in elementa, quæ succedunt, post corruptam mixti formam compotiti ex materia mixti, & formis elementalibus productis. Dicuntur sic diuidi, quia non omnes qualitates, quæ erant in mixto remanent in aliquo elemento, sed tantum aliqua illarum. Ex his notum fiet quo modo elementum indivisibile dicatur, quia cùm non possit resoluti in aliud compotitum, quod paucioribus gaudeat qualitatibus: hinc sit adhuc ratione harum non posse in alia elementa diuidi, neque alia mixta, quæ possunt pluribus qualitatibus, & nunquam paucioribus constanter. Dicuntur mixta diuidi in elementis, non quia quotiescumque mixtum corruptitur in elementa resoluta, in quibus sint diuisæ qualitates, quæ erant in mixto, ferè semper enim mixtum corruptum in aliud resolutur, quod earumdem qualitatum gaudet temperamento, quia tamen post variis corruptiones ultimè ad elementi formam ruris indivisibilem potest deueniri, dicuntur omnia corpora in elementa diuidantur, & quomodo cetera corpora in elementa diuidantur, & quomodo elementum indivisibile sit secundum speciem.

Posset clarius, breviusque definiri elementum, *corpus, quod ex primis qualitatibus duplice tantum gauget.* Quod si vera esset Arriagæ opinio, quæ afferit elementa vnicā tantum potiri qualitate, definiendum esset, *corpus, quod ex primis qualitatibus vnicā tantum potitur.*

Circa elementorum numerum communis sententia ratum est, elementa quaternaria attingere, illūmque non excedere. Verumtamen hujus conclusionis rationem reddere difficultissimum est, nonnullas referam, ex his qua pro hac conclusione circunferuntur. Ignis est levissimum: terra est grauissima: ergo debent dari duo alia elementa media, vnum quod habeat prope summam grauitatem, & aliud prope summam leuitatem. In eadem recidit ratio alia desumpta ex elementorum positione: Ignis est in loco supremo, aqua in loco infimo: ergo debent dari duo alia, vnum quod sit prope terram, & aliud quod sit prope ignem, quibus quaternarius numerus compleetur. Confirmatur eadem ratio, inquit cælum tantum sunt quatuor spatia, vnum quod cælum attingit & hoc est summum, aliud maximè distat à cælo, quod est terra centrum, & omnium infimum, aliud prope infimum, & aliud prope summum: ergo tantum possunt dari quatuor elementa, quæ repleant haec quatuor spatia, siquidem nullum potest dari commune spatiū distinctis elementis. Rationes hæc parum roboris habent, quia dato igne summè leui, & terra summè graue non ex eo infertur duo alia elementa media danda esse, sed possint tria, vel vnum, vel nūl. Lumen: quia immediatè collocari elementum summè leue, & elementum summè graue, non implicat, neque ratio est aliqua, quæ cogat in quatuor partes, seu quatuor spatia diuidere totam cælorum intercapidem ut quatuor elementa illis spatiis corrispondant, possit enim diuidi in

tria spatia summum, infimum, & medium, seu in quinque summum, infimum, prope summum, prope infimum, & medium.

**6** Alij probant elementa esse quatuor, ex quaternario primarum qualitatum numero, quarum singulae singulis elementis in summo respondent. Secundò quia binæ, & binæ haec qualitates absque contrariarum consortio tantum possunt diuersis quatuor modis comparari calidum in summo, cum sicco prope summum, humidum in summo cum calido prope summum, frigidum in summo cum humido prope summum, siccum in summo cum frigido prope summum. Hæc ratio multis claudicat, in primis supponit numerum primarum qualitatum quaternarium esse, quod nonnulli negant. Secundò gratis supponit qualitates binas, & binas esse constituendas in singulis elementis, quod si quis neget, & afferat posse dari elementum unicam qualitate contentum difficile poterit impugnari. Tertiò possunt qualitates illæ, binæ, & binæ multis aliis modis disponi; posset enim dari elementum gaudens summum calorem, & summam siccitudinem, & aliud includens siccitudinem in summo, & calorem prope summum, qui duo modi comprehendunt qualitates contrarias annumerari non sunt in quatuor adductis ad quatuor elementa defendenda. His similes, possunt alij plures comparari, quibus elementorum numerus possit augeri. Porest etiam dici quatuor illas qualitates dupli elemento contentas esse, in quibus distribuuntur absque contrariarum mixtione calor, & siccitas in uno elemento, & in altero humiditas, & frigiditas. Una in summo gradu, & alia prope summum, vel utraque in summo, si necesse est quamlibet qualitatem in aliquo subiecto summe intèsam repertiri. Frigidius alij ex quatuor humoribus viventis quaternarium elementorum numerum inferunt. Sed hæc ratio non potest mouere Philosophum, est enim pura congruentia, seu quædam similitudo, quæ extremis cognitis videlicet quatuor elementis, & quatuor humoribus, à Medicis circumfertur.

**7** Censeo nullâ efficaci ratione posse probari elementum numerum, sed tantum hoc experientia communique Doctorum autoritate suadendum esse: id enim expressè multis in locis tradit Philosophus, quem sequutus est D. Thomas, & tota Theologorum, & Philosophorum Schola à quibus sine ratione urgente in re aliquid momenti recedendum non est, id etiam suader experientia quæ terram, aquam, aerem, & ignem cognouimus, & non alia corpora, quæ non constent temperamento omnium quatuor qualitatum, & quæ mixta non sint.

## P V N C T V M II.

De situ elementorum.

**I** DE siue aëris nullus est dubitandi locus, constat enim aërem suprà terram, & aquam situm: ignis, si aliquis est determinatus locus in quo ignis conseruetur, esse omnium supremum nullus ambigit, an vero detur ille locus necne, definitam postea. Terram infimum occupare spatium, & aquam super terram esse, est enim omnino certum, inferunt ex illo Genesis 1. Congregentur aquæ, que sub celo sunt in locum unum, & appareat arida. Ex quo inferunt terram creatam fuisse aquis cooperatum, illisque inferiore, non super aquam constitutam, sed subiectum innitentem iuxta illud Psalmi 103. Fundati terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi, est tamen inter Doctores valde dubium, an de facto terra sit altior aqua, vbi adverte questionem non de tota terra, & de tota aqua procedere, certum enim est aquam quæ est in fluminibus esse inferiore montibus, sed de parte illa terra, & aqua, quæ ceteris omnibus altior est. An videlicet facta copiaratione inter partem terra reliquis omnibus altior, & inter partem aquæ altiorum reliquias omnibus aquæ partibus, altior sit terra quam aqua. An videlicet mons omnium altissimus altior sit altissima maris aqua. Aquam terram esse altiorum defendunt Canis in commentariis prima partis, Burgensis, & Catharinus ad 1. cap. Genes. Hos sequutus est Arriaga distinct. 4. sectione 4. Partem hanc probabilem esse tradit D. Thomas i.p. quast. 29. art. 1.

Terram altiorum esse mari docet D. Aug. D. Hieronym,

Diu. Damasc. Lippomanus, Caier, Honcalia, & Egild, quos sequuntur & referunt Patres Comibricenses lib. 2. de Cælo cap. 14. quæstione 4. art. 2. Idem tenent Caetan. in illud Genesis, congregentur aquæ, qui oppositam ridet sententiam, P. Pereira ibidem, P. Soarez lib. 2. de opere sex dierum, quibus ego libens asserior. In primis terram, & aquam vacuam confidere globum, & vitrumque elementum in idem centrum propendere multis demonstrat P. Clau. c. i. Sphæra: id efficaciter suadetur ex eo quod aqua, & terra idem centrum petat, & per eandem lineam, si enim ex eodem indivisiibili spatio pars terræ & pars aquæ successuè dimittuntur impedimentis ablatis per eandem spatiū lineam in eundem terminum cincturæ ergo terra, & aqua idem centrum respiciunt, etiam si terra ratio ne majoris gratuitatis spatium infimum occupet. Ex hac doctrina vires desumunt argumentum quod fit ad probandum aquam non esse altiorum terra: si aqua esset altior terra, pars aquæ terræ eminentior statim dilaberetur, & totam terram irrigaret: sed sic est, quod certis contingit terminis: ergo eminentioribus terra partibus coegeretur.

Respondent nonnulli aquam etiam terræ eminentiorem non diffluere: quia in se globi figuram retinet, quam naturaliter appetit, & in qua naturaliter conseruat, solutione hac impugnatur ex doctrina tradita, quæ diximus aquam cum terra eundem confidere globum. Secundum etiam aqua figura illam appetere, & obtinerent, non illam adeò pertinaciter retinerer, vt in tantam altitudinem sublata virginea possit, & quæ pendere retinet globi figura absque eo quod effueret. Quod certum in aque guttulis se rotantibus, que tardius globi speciem seruant quandiu appetitus ille, qui petit rotundatorem non vincitur accessu gratuitatis quam secum afferat noua aquæ portio, & ita numquam pars aliqua notabilis aquæ figuram rotundam valet retinere. Respondent alij aquas coegeri ex peculiari prouidentia Dei coegerent aqua intra certos terminos, quos natura sua transflent, si naturæ authore non detinerentur. Sic inferunt ex capite 8. Proverb. Quando cœra lege & gyro Vallabat abyssos, & legem ponebat aquis ne transflent fines suos. Ex quibus verbis inferunt aquam terræ esse sublimiore, quia si depressior esset, necessaria non esset lex, ne proximos transgredieretur terminos. Rectè contra hanc solutionem obiciunt nostri Comibricenses testimonium D. August. 7. lib. de ciuitate Dei cap. 30. vbi inquit: sic Deus administrat omnia, quæ creavit, ut ipsa proprios motus exercere, & agere sinat. Quod ratio ipsa demonstrat, ad quid enim creandum erat elementum semper contra propriam naturam, & propensionem conseruandum? Seu ad quid nobis dicendum est aquam semper violenter detineri in mari, ne totam abluit terram, cum possimus illam naturaliter intra praefitos terminos circumclusam constitutre. Neque testimonium ex 8. Proverbiorum relatum ad rem facit, quia vt bene interpretantur P. Pereirus, & iidem Comibric, non commendatur in illo summi artificis potentia, quod aquas terræ imminentes coegerat, ne terram absorbant, sed quod eas terræ cavitatibus circumscriberet, cum in primis sui conditione, & iuxta ipsarum naturam toti terræ circunfundí deberent.

Secundò certum est, nauti nativa sua gratuitate addatam velocius descendere ceteris paribus, quam ascendere proprii eiusdem nauis gratuitate reluctante: ergo si mare altius esset terra, nauis cùm è porta discedit segnus cieretur, cùm tunc ascenderet, quā cùm portum petret, cùm tunc descendenter: sed hoc est contra manifestam experientiam: ergo mare non in modum globi effertur, ita vt supra terram emineat. Rursus si aqua sic affugeret in modum globi profecta omnes cooperari insulas, & nulla apparerent salebrosa loca aquis non sepulcrata, qui nō ita se res habent: ergo aqua non ita supra terram affluit. Rursus rectè arguit nostri Lusitani ex experientia, quia cōpertū esse restantur ab his, qui ē Lusitania in nouam navingant Hispaniā, postquā per quindecim gradus è portu discessere vna hora ciuius oriri, & occidere Solē in Lusitanis existentibus. Quod non ita continget si mare terra effet eminentius: ciuius enim in mari sol appareret, quia semper eminentiora loca ciuius, quā depressiona suis ferit radis, & ciuius videtur ab his qui supra loca incolunt, quam ab aliis, qui in depressionibus demorantur, vt patet in iis, qui montes descendunt, quia licer plus distent ab

ab Oriente, ortum Solis prius intuentur. Rationes ha-  
vt bene vidit P. Soarez cap. 6. iam citato num. 6. non  
probant terram esse superiorē mari, sed saltē non esse  
inferiorē, seu esse aqualem. Superiorē esse probant  
Conimbricenses ex eo, quod videmus flumina nativo cur-  
su in mare tendere, quod fieri non posset si terra non effet  
mari eminentior. Eandem conclusionem confirmant idem  
Conimbricenses cum Pereira ex sacris litteris Psalmi 23.  
Ipse super maria fundauit eam nempe terram & Psalm. 135.  
Qui firmauit terram super aquas, & Psalm. 105. Qui defendunt  
mare in nauibus. Quibus testimonis non leviter indicatur  
terra sublimiore esse aqua.

Obiecties pro opposita sententia: in altissimis montibus  
orientū fontes: ergo aqua maris altior est montibus. Con-  
sequētū probatur ex principio satis vulgari, quo fertur  
aquam non posse altius ascēdere, quam sit locus à quo  
descendit. Respondent nonnulli not omnes aquarū sca-  
turigines ex mari originem trahere, sed aquam in ipsi ter-  
ra caenari generari. Non fido huic solutioni, quia non fa-  
cile designabatur causa à qua aquarū peregrines fluxus  
nunquam interrupti procedant, si ex mari originem non  
trahuntur, neque id de precipuis fluminib⁹ dici lacræ pagi-  
nae conformatum videtur, dicitur enim Eccl. 107. Ad locum unde  
exiit flumina revertuntur ut iterum fluant. Quibus verbis affir-  
mat sacer textus, flumina ē mari exire, & iterum in idem  
recidere, neque alio modo posset per totū annū curriculo,  
non ingens incrementum mari contigisse perpetuo  
fluminū accessu. Neque potest dici tantam aquam in va-  
poribus resoluīs quanta mari fluminū accreſcit accessu,  
incredibile enim est posse tam ingentem aquæ molem in  
vapores conuerti, sufficeret enim vniuersi fluminis aqua ad  
totum aëris spatium vaporibus replendum. Melius respon-  
dent Conimbricenses aquam ē montibus emanantem per  
subterraneos meatus ascendere præter propriæ nature in-  
clinationem, quia terra huiusmodi aquas ebibunt, & ve-  
luti sponge stigunt accedētibus ad id solis, & aliorum di-  
derum influxibus, quibus incumbit sublunarī mundi vti-  
litates procurare. Vnde putauit D. Thom. in 2. distinct. 14.  
quest. 1. art. 5. huiusmodi motum violentum non esse,  
quia natura, atque ordinis corporum conformatum est, vt infe-  
riora superiorum impreſſionem sequantur. Id tamen ego  
non defendo modo, probabilis enim videtur motum hunc  
violentum esse aquis, quia natura sua petunt deorsum de-  
scendere, licet enim inferiora corpora influxibus cælorum  
subiaceant, non semper illos sine aliqua violentia patiun-  
tur. Poſte aquam attrahi à terra, & statim leuari docet ex-  
periencia, quā videmus panem, aliud corpus porosum aqua  
superpositum illam ſugere, & omnes panis poros aqua  
repleri, etiamq; vix exigua superficie primū spatium aqua  
tangebat. Ultimò poſtet aliquis dicere nulla experientia poſte  
probari in altissimis terre montibus aquas reperiiri,  
quia etiamq; videamus in altioribus montibus, ex his quos  
cognoscimus emanare, forsitan alij reperiuntur eminentio-  
res, in quibus nulla reperiitur aqua, sunt enim plures mon-  
tes, quos nondum Cosmographi cognoverunt, neque ad-  
huc ex his, qui Cosmographorum chartis reperiuntur po-  
tuit experientia comparari an ex omnī illorum emi-  
nentissimo aqua dimanet.

Circa elementum ignis nonnulli ex peruetustis arbitriis  
funt nullum dari ignem præter hunc, qui apud nos existit:  
hos sequuntur modò plures recentiores, in quibus annu-  
merandus est Ariaga ſuprà: Pythagorici teste Aristotele  
lib. 2. de caelo cap. 13. text. 73. Ignem in terra centro con-  
ſuebant, eumque locum Iouis custodian, tortuſque mundi  
in locum appellabant, vt refert Plutarchus 3. de placitis  
philosophorum cap. II. Alij quoſ refert D. Aug. lib. 2. de  
Genesi ad litteram, nullum ignem præter cæleſtem po-  
nebant, ē cuius concretione aethereos orbes confabant.  
Sententia hac modò partim arrisit perdocto cuiudicē noſtri  
Magistro, qui ad caput primum Genesis defendit pri-  
mo die creatum esse ignem significatum nomine lucis per  
illa verba fiat lux, & poſtea quarta di ex partibus puriori-  
bus, & defactioribus eiusdem ignis fecisse solem, & lu-  
nam & reliqua altra, que nihil aliud sunt, quām partes aé-  
ris, & ignis inter ſe valde deneſe atque concreta.

Fert communis Philosophorum sententia dari elemen-  
tum ignis, & ſupra omnia elementa Luna concavo imme-  
diatē infidere. Feror in hanc partem non vrgenti aliquā ra-  
tionē, quam apud authores, qui de re hac agunt non inue-  
ni, ſed communi Doctorum, & plurimorum Patrum au-

thoritate, qui rem ita tradunt. Ex his citatōs inuenies apud  
Patres Conimbricenses lib. 3. de caelo cap. 5. quæſt. 1. D. Au-  
gust. D. Hieronim. Clementem Alexandrin. Diogenem  
Aristot. Philonem Iudeum, & Plinium. Dari elementum  
ignis probat D. Basil. hom. 3. exam. quia abſque hoc ele-  
mento maſca, & mutila eſter natura, cū illi elementū  
ad eō excellens deficeret omnium actuofius, polleſque ea-  
lore omnium qualitatū p̄cipuē requiſita ad produc-  
tionem, & conſeruationem omnium corporum ſublunariorum.  
His accedit nullam rationem efficacem adduci ad  
natūram huius elementi impugnandam, vt ex ſolutione  
argumentorum, quæ ſubſiccam modō conſitabit. Propriam  
ignis ſedem eſte ſupra omnia elementa iuxta Lunę con-  
cavum ſuader experientia, quia videmus flammas conari ſem-  
per ſurſum euolare.

Obiecties contra p̄cedentem conclusionem: ſi dare-  
tur ignis elementum in quoconque ſpatio exiſteret abſu-  
meret corpora contigua, niſiaque illius voracitas totum  
orbem accenderet: ergo non datur talis ignis, & multum  
expedit vniuersi conſeruationi illum non dati. Respondeo  
ignis actiuitatem compeci; aſtrorum influxu. Nam cū  
cælestibus corporibus incubat ſublunaribus poniſſeres  
in hac influxu exhibent neceſſarios, ne mutua ipſorum  
pugna interminatur, & ne potentiorum vi alia non aequa  
potentia penitus abſeatur. Reſiftit etiam aēr innata  
humiditate, & frigiditate, ſive propriæ ſive aduentitiae, vir-  
tuti auctiue ignis, ne in illius materiam ſimilem ignis for-  
mam introducatur, & ita dum aēr patitur ſimil agit, & mu-  
tua ipſorum pugna, & actione, & reaſiōne qualitatū, ita  
acrimonia capitur ignis, vt omnibus penfatis pra longo  
tempore vix incrementum aliquod recipit leui aēris iactu-  
ra, quam poſte idem aer inſtaurat ſimili ignis iactura, & ſic  
ex aſtrorum occurſu, & mutua elementorum pugna attem-  
perantur actiones, vt nunquam notabilem partem ſuę di-  
tionis elementum aliquod amiferit.

Obiecties secundū: Ignis in propria ſphera, vel paſceret  
extrinſeco aliquo pabulo vel non? Si paſceretur, cor-  
pus aliquod in ſe conuerteret, & ita ſuccellū omnia con-  
ſumeret: ſi non paſceretur, corruperetur illi, cūm ignis  
abſque pabulo conſuari non poſſit, vt ſatis notum eſt ex-  
periencia. Respondent Conimbricenses, & feret omnes  
Doctores ignem extra ſpharam propria vndique contraria-  
torum iniuriis patere, ideoque ſtatim extingui, ac proinde  
ſi extrinſeco pabulo alia partes ignis denio genitæ non  
ſuccedant loco illarum, quæ contraria ſupugnatione  
periērunt. ſtatim totus deficit ignis, in ſphera verò propria  
cūm ignis agentibus contraria non impugnetur, poſtel diu  
conſuari, & ita neceſſum non eſt nouas ignis partes per-  
petuo conſuari, ne totus abſumatur ignis. His addit extra  
ſpharam intendere ſurſum ascendere, & ita aēre impeten-  
te illius materiam vptote valde tenueſ diſpari, & in mi-  
nutulas diuidi particulas, à quibus forma ignis facile  
ciuiſus contrarij impugnatione depelliſt.

Obiecties tertio: Si inter corpora cæleſtia, & ſublunaria  
interiaceret ignis, non poſſent ſublunaria frigefieri à cæ-  
leſtibus, quia cæleſtia non poſſent medio igne ſummè calido  
frigiditatem producere in aēre, aliisque corporibus,  
qui eandem in igne producerent, alia gerent in diſtans,  
qui gerent in propinquum. Respondeo poſſe corpora  
cæleſtia producere in igne aliquem gradum frigiditatis  
contra propriam ignis virtutem, & exigentiam, medio quo  
poſterum frigiditatem illo intentorem producere in reli-  
quias corporibus, quia non eſt contra naturam agentis na-  
turalis fortius, & intensius agere in diſtans, quām in pro-  
pinquum, quando paſſum propinquum ſpecialem reſiſ-  
tiam habet reſpectu effectus producendi. Neque miran-  
dum eſt gradum frigiditatis in igne poſſe recipi; frequen-  
ter enim experimur reliqua elementa cum qualitatibus  
contraria illis, quas exigit. Neque ſpecialis eſt ratio pro-  
prierum quām non ita contingit in igne, ex eo enim quod ſic  
fortius agens reliquias elementis tantum infertur fortius  
reſiftere agenti contrario, & ceteris paribus in minori ef-  
fectu, ſeu in remiſſione calore amiffo vincendum eſſe; non  
verò non poſſe, neque in minimo caloris ab illo expulſi,  
& frigiditatis recepta contra illius reſiſtentiam ſuper-  
ari. Imò oppofitum ſuader ratio, cūm enim calor in  
igne receptus sit diuſibilis ſuccellū poſtel ab agen-  
te naturali corrumpi, & poſtel dari agens, quod valeat  
vnu, vel alterum graduum corrumpere, & non plures, &  
huius natura eſſe corpora cæleſtia valde conſonum, &

necessarium est ad totius vniuersi conseruationem, vt hac ratione possint corpora cælestia frigiditatem in reliquis corporibus sublunaribus producere, & ex alia non ita valent ignem vicinum valde necessariò ad attemparandum frigidissimos Lunæ, & Saturni influxus penitus absorbere.

**II** Obiecties quartò: Ignis valde exiguis ex loco valde distanti valet nocturno tempore conspici: ergo si valta illa superficies immediata Luna concavum ignem contineret, saltem nocturno tempore posset à nobis videri, atqui non videtur: ergo non datur talis ignis. Vulgaris solutio est ignem præ nimia raritate videri non posse sed alia mihi necessaria est, cum enim raritatem per intromissionem corpusculorum constituam, non congrue ignem in propria regione, ubi peregrina corpuscula raro, aut nunquam accedent, raro constituam. Melius respondendum existimo lucem ignis exiguum esse, quia valde exigua est ignis grossies, seu valde exiguis ignis interstitiis inter aërem, & Lunam. Eo enim ipso quod per totam Luna superficiem sit expansus, ad modum bractæ extenditur, & ita ob tenuitatem grossicie, seu profunda mensura, quam habet ignis, non potest ex loco adeò instanti discerni. Dico non posse discerni, quia forsan ignis lux à nobis videtur per modum vnius cum luce Lunæ, stellarum, toruſique cæli, & illam non discernimus, quia lux cæli eiusdem rationis est cum ignis luce.

**III** Ex his infertur in prima conditione terram fuisse aqua undeque circumdatam, & aquam aëre, & aërem igne, postea vero terram fuisse secundum plurimas sui partes discooperata ad Deo reducente aquam ad certas cauitates, quibus concluditur, & ita superficie concava, quam modo format aer, immediate cingit secundum alias partes aquam, & secundum alias terram, circumdat enim globum quemdam compactum ex terra, & aqua, cuius extima superficies secundum vnas partes est superficies aquæ, & secundum alias est terra superficies, vt patet in aëre immediate attingente aquas maris, & fluminis, & reliquam terræ superficiem, quodammodo rotundam non esse satis ipsi oculis monstrant vallium contractus & montium superbus cacumina. An vero initio terram perfectè rotundam Deus creauerit, neceps, disputant Doctores in caput I. Genesis, seu in tractat. de opere sex dierum. Legantur PP. Conimbr. in Problemat. fact. I. vbi pro vtraque parte Patres, & Doctores adducunt.

## PUNCTVM III.

Quid sit Mixtio?

**I** Elementa per ordinem admixta explicantur, & definitur, & in mixtis virtualiter, aut formaliter, seu actu vel potentia dicuntur existere, ideo ad perfectam illarum notitiam scripsi oportet, quid sit mixtum, & quid mixtio? Mixtum ut distinctum ab elemento dicitur omne corpus constans temperamento qualitatum contrariantur, seu productum fuerit ex congressu elementorum, seu alio quoconque modo. Hac ratione mixtum diceretur lignum quod Deus modò crearet, nullà præsuppositâ materia, aut causâ creatâ quia in illud influeret. Verumtamen cum omnia corpora ab elementis distincta, ex congressu elementorum, aliorumve corporum distinctorum, ut plurimum gignantur, ideo mixta dicuntur, quia in illis remanent mixtibia, & generatio quæ ex tali congressu resultat, mixtio dicitur cuius naturam in præsenti explicandam suscipimus.

**II** Dari mixtionem statuit communis Philosophorum consensus, & ostendit manifesta experientia, cui suffragatur ratio. Experientia, quia videmus humiditate, & calore vigentibus ex congressu terra, aquæ, vaporum, & exhalationum circumfusi aëris ope digni diversa corpora, & plura animantia tam vegetativa, quam sensitiva, qualia sunt tubera, fungi, eane, aliæque huiusmodi bestiolæ, que non nisi mixtione interuenient creantur. Cause producentes dispositiones ad formam mixti sunt, partim mixtibia, quæ corrumpuntur, ut postea dicam, quæ in ipsorum materiis produxere accidentia, que disponunt ad formam mixti. Verumtamen hec mixtibia non possunt producere ultimam dispositionem ad formam mixti, quia in instanti, in quo est ultima dispositio ad formam mixti producitur forma mixti, & corrumpuntur formæ mixtibilium, quæ in-

formabant materiam in qua introducitur forma mixtib[us] non potest ab his formis ultima dispositio ad formam mixtib[us] produci, quia nulla entitas potest in instanti, in quo corruptum altam producere. Producetur hæc ultima dispositio à reliquis particibus mixtibilium, quæ superstant, in quibus non sit mixtio, necnon causis vniuersalibus per cælestes influxus. Forma mixti aliquid poterit producere ipsius elementis circulantibus materiam, in qua producitur, seu aliis extrinsicis agentibus, que applicentur, aliquid ad causam primam recurrere necessarium erit, ut in generatione animalium, quæ ex putrefactione gigantum, quæ ut potest videntia à nullo non videnti creato producunt, & cùm nullum viuens creatum superest cui illorum possit tribuvi productio necessariò recurrentem est ad Deum à quo videntia ista producuntur.

Mixtio sumi solet pro coniunctione diuersarum rerum retentis singularium naturis, siue possint separari, sicut uniticum, & horreum separari possunt, possumus sunt permitta, siue separari non possint, vel certe non sine magna industria, sicuti vinum & aqua cum permixa sunt. Hæc mixtio tantum inuoluit coniunctionem quandam localem, absque aliquius termini substantialis productione, de qua mixtione in præsenti non disputamus, neque de illa quidquam notatum dignum tradi potest. Sumit mixtio stricti, & philosophica pro vniōne diuersarum rerum è quibus tertium quoddam resultat distinctum à compositis, ad quæ pertinebant materie, que vniuntur in mixtione, quam mixtione dari perpertendimus, & est vnius valde rerum vniuersitati vniuersaque pulchritudini, que maxime accrescit multis compositis productis ex aliorum congre-

gatis. Mixtione definiuit Aristoteles lib. I. de generatione, cap. 10. *Mixtibilem alteratorum vno*: quam definitionem perobscuram, & difficilem esse nullus non videt, quam ad maiorem perspicuitatem posse reuocari nostri Conimbr. testantur cap. citato, q. 2. art. 2. ly *vno*, sumitur pro actione, quia dignitut compositum in quo vniuntur mixtib[us], quæ antea pugnauerant inter se, ut quolibet alterum in propriam naturam converteret, iam vero vni tercio producitur, quod mixtum dicitur, vnius dicuntur, itaque generatio dicitur *vno*, non quia formaliter aliqua annexat extrema, sed quia ex vi illius producitur mixtum, seu compositum, in quo extrema contraria, seu mixtib[us] vni dicuntur. Ceterum possunt dici extrema mixtib[us] vni in mixto, quia in hoc vniuntur materie mixtibilium, eo enim ipso quod ex conuentu aquæ, & terra tertium aliud compositum resultet, pars materia, quam ministrat aqua hunc tertio resultante, vnius parti materia, quam ministrat terra, & ita in hoc mixto materia mixtibilium vniuntur, quod sufficiens est, ut ipsa mixtib[us] vni duci possint. Alter ego existimandi mixtib[us] vni in mixto, eo videlicet modo, quo dicuntur in mixto permanere, ex eo enim quod in mixto permaneant qualitates elementorum dicuntur elementa manere virtualiter, seu in potentia in mixto: ergo dicuntur vni in mixto, in quo dicuntur esse, ea enim quæ sunt in illo, dicuntur in eodem vni.

Mixtione plures alij definient: *Generatio corporis resultantis ex contrariorū congressu*. Generatio quid commune est educatione elementorum, & reliquorum mixtorum, reliqua explicata, quæ sunt propria mixtionis, videlicet alternationem mixtibilium, quam importat istorum congressus, similiter vniōne materiarum, quæ erant sub formis mixtibilium, quia eo ipso quod resultet vnum tertium ex mixtibilibus contrariis, illorum materiae necessariò debent vni, ut in vtrâque iam vna per vniōne constituta recipiat forma mixti: excluditur etiam per hanc definitionem generatio quæ vnum corpus sive elementale, sive mixtum aliud convertit in substantiam sibi similem, v. g. actio quæ ignem generat, sive ex alio elemento, sive alio mixto, quia hæc actio non resultat ex congressu contrariorum, sed tantum ex virtute ignis, qui aliud contrarium impedit, ut illud in propriam substantiam convertat. De mixtione multa prolixè satis Medici scribunt, multaque conditiones illius assignant, scilicet enumerat Mercatus lib. I. class. 5. de elementis, art. 4. ex quibus nonnullæ falso nituntur principi, videlicet elementa manere formaliter in mixto, & ideo non subsistunt, aliæ ex definitione tradita facile descenduntur.

PUNCTVM

## P V N C T V M . IV.

An elementa maneant actu formaliter in mixto.

**E**lementa manere in mixto non solum in potentia, & virtualiter ratione qualitatum, sed formaliter secundum proprias istorum formas sensere ex antiquis Philosophis Anaxagoras, & Empedocles, insuper Stoici, quorum vestigiis instituta Averroes, & Averroes apud Conimbr. lib. x. de generat. cap. i. q. 3. Sententiam hanc pugnacissime defendunt quam plures Medicis, illam ex recentioribus propugnant Peramus lib. i de elementis. cap. 18. & Mercatus lib. de declaratione artis Medicæ, claf. 5. de element. art. 4.

Elementorum formas non manere formaliter in mixto defendunt Angelicus Doctor lib. i de generatione. c. 10. & q. 5. de potentia. art. 7. in corpore, & 2. contra gentes, cap. 55. & i. p. q. 76. art. 4. Scotus in 2. dist. 15. quest. vñica. Vtrumque dicunt omnes Theologi, atque Philosophi utriusque scholæ sequuntur, quos citatos inueniunt apud nostros Comib. suprà, & apud P. Suarez in Metaph. disp. sect. 10. à n. 51.

Ex Medicis eadem sententiam acutiores sequuntur, illam defendunt Vallesius lib. i. Controv. Medic. cap. 1. Segarra lib. i. de natura hominis, Commento 4. Thomas de Garuo in summa, tract. i. cap. i. Petrus Garcia lib. i. super Fen. disp. 7. c. 3. vbi latè probat hanc fuisse Galen's sententiam, dolendūmque profecto, ait, Medicos aliquos testimoniis, & rationibus iam ab aliis explicatis, & solutis, sibi opponunt sententiam persuasiss. Sententia hæc est omnino certa, & longè probabilius.

Quia tuta nulla, multæ superfluit viæ rei non veræ defendendæ, id est in diuersis distracti sunt, qui defendunt elementorum formas in mixtis formaliter permanere; affirmant aliqui formas elementorum esse in diuersis partibus materiae adeò exiguis, ut sensum subterfugiant, ita ex Medicis Vega lib. i. methodi, cap. i. Alij, qui affirmant in eadem parte materiae esse omnes elementorum formas, in duplice sententiam sunt divisi. Quidam affirunt has formas non esse in materia secundum totam suam perfectionem, sed secundum aliquos remissionis gradus: ita Commentator communicebat. Alij dicebant, formam mixti non esse specialem aliquam formam, sed commixtionem formarum elementorum, quæ omnes simul mixtum constituant. Sic sentit Aureolus in 2. dist. 15. vt ibidem testatur Capreolus & Gregorius. Alij formas secundum totam suam perfectionem in qualibet materia parte constituant, assentient tamen illis superaddi formam mixti, quæ ultimum totum substantiale completem ab solutè perfectum constituit: hic dicendi modus familiarior est recentibus Medicis.

Quomodo cumque sententia hæc defendatur ingentes patitur difficultates: in primis commentatoris sententia omnino est commentitia, quia forma elementorum substantiales sunt, nulla autem substantialis forma gradus habet intensionis, & remissionis, omnis enim substantialis forma indiuisibilis est, & infelix versus intensionem. Primum dicendi modum videlicet formas elementorum esse in diuersis materiae partibus sic impugnat: sunt plura tota mixta omnino homogenea secundum partes sui: ergo partes ille habent idem temperamentum: ergo non datur una pars gaudens forma ignis, alia forma aquæ, alia forma aeris, alia forma terra, alias hæc omnes partes essent valde heterogenæ, cum diuersis formas substantiales elementales specie distinctas includerent. Russus secundum hunc dicendi modum forma mixti conservatur in hac particula materiae, cum hac elementi forma, & sine formis aliorum elementorum, verbi gratia, cum forma ignis sine formis terra, aquæ, & aeris, sed hæc pars formas mixti est eiudem rationis cum aliis: ergo sicut hæc conservatur habens tantum formam elementi ignis, sic reliqua alia partes eodem modo conservari poterunt. Idem argumentum conficio de alia particula, quæ conservatur in alia materia cum forma terra sine formis aliorum elementorum, ex qua argumentum conficio ad reliquias partes eiudem formæ mixti, quæ cum eadem forma poterunt conservari, & necessarius non erit conclusus omnium elementorum ad constitutionem mixti, sed sufficit unum, vel alteram formam elementi reperiiri ad cuiusque formam

mixti conseruandam. Ultimè contra hunc dicendi modum faciunt argumenta, quæ adducant postea perita ex repugnancia multiplicis formæ in eodem subiecto, quia licet iuxta illum non ponantur elementorum formæ in eadem parte subiecti, ponuntur tamen in eadem subiecti parte indiuisibiliter sumpta forma unius elementi, & specialis mixti formæ.

Eadem argumenta petita ex repugnancia multiplicis formæ in eadem materia impugnant modum dicendi Aureoli, iuxta quem mixti forma non est aliqua simplex entitas, sed aggregatio omnium formarum elementorum, quibus addenda sunt alia, quæ sententiam hanc esse valde absurdam manifestè offendunt: in primis secundum hunc dicendi modum non poterunt mixta substantialiter differre, sed tantum magis, & minus, quia omnia mixta includerent easdem formas substanciales, v.g. quatuor formas elementorum. Addo neque secundum magis, & minus adhuc accidentaliter danda esse mixta diversa. Quia substanciales elementorum formæ magis, & minus non recipiunt: ergo eo ipso, quod materia duplicità mixti haberent easdem in specie formas elementorum, in nullo possent differre, cum dici non possit has formas secundum diuersos gradus intensionis, & remissionis in materia reperiri. Dices differre accidentaliter ratione diuersorum accidentium. Contrà: accidentia diuersa oriuntur ex diuersa substanciali forma, quæ est radix accidentium: ergo si formæ elementorum essent omnes eiusdem rationis absolute vla varietate substanciali, ex nullo capite posset peti accidentium diuersitas, potius ex formarum substancialium similitudine, & uniformitate, similitudo, & uniformitas accidentium est inferenda. Vbi enim est forma, quæ est principium accidentium, eiusdem omnino rationis, accidentia quæ ex forma oriuntur omnino eiusdem rationis esse necesse est. Deinde secundum hunc dicendi modum de medio tollitur generatio substancialis unius mixti ex alio, quia cum omnium mixtorum forma substancialis eadem esset, non posset corrupti forma huius mixti per aduentum formæ alias mixti. Russus cum mixtum in elementum solueretur, nulli daretur substancialis generatio, sed tantum pura corruptio formarum elementorum, quia mixtum secundum hanc sententiam tantum differt ex eo, quod materia mixti habeat formas omnium elementorum, & materia elementi vñica tantum forma portatur: ergo vt materia mixti transeat à forma mixti ad formam elementi, non aliqua forma producenda est, sed tantum corruptio sunt forma elementorum diffinitorum ab illo, in quo mixtum dicitur resolutio: includebat, v.g. mixtum formam ignis, aeris, aquæ, & terræ, vt resolutur in aquam necessarium non erit produci formam aquæ, quæ iam est in materia, sed corrupti formas ignis, aeris, & terre. Ultimè absurdissimum est dicere viuentia non habere specialem aliquam formam, sed tantum aggregationem formarum elementalium principium esse viualium actionum, infertur enim elementa viuere, quod nemo non nimis amens dicere audebit, neque aliquis non male sentiens in rebus fidei diuina poterit sic in homine philosophari, quia mixtorum numero continetur.

Contra ultimum dicendi modum, quo in eadem indiuisibili materia constitutur elementorum formæ, cum mixti forma superaddita, & contra omnes modos, qui in eadem materia duplē formam constituant, procedent argumenta, quæ iam subiiciuntur.

Primum esto, quod sufficiens esset ad rem conuincedam, etiam illa fortiora non suppeterent: Hæc formarum multiplicatio necessaria non est, sed omnino superflua, & impertinens: ergo ponenda non est. Antecedens probo: specialis forma mixti seculis aliis elementorum formis, sufficiens est ad actuandam materiam, & ad constituendum mixtum confitans temperamento quatuor qualitatum: ergo elementorum formæ necessariae sunt in materia, quam actiat mixti forma. Confirmatur, si propter aliquam rationem necessariae essent elementorum formæ in mixto, maximè vt essent principium primarum qualitatum, quibus egit quolibet mixtum. Sed haec qualitates possunt proueniere, & de facto prouenient à forma mixti: ergo ex hoc capite elementorum formæ necessariae non sunt. Minorem probo: omnia mixta secundum sententiam, quam impugnamus, habent in se omnium elementorum formas, & tamen in hoc plus viget calor, & in illo frigiditas, in alio siccitas, & humiditas in alio: ergo excessus illæ huius

qualitat's p̄e omnibus aliis in hoc mixto speciali non prouenit ex formis elementorum, siquidem he & quæ afficiunt omnia mixta, sed ex speciali forma mixti: ergo sicut ab hac forma mixti prouenit hic excessus huius qualitatis p̄e aliis, poterit tota qualitas secundum se procedere: ergo qualitas innata huic mixto non arguit in illo formam elementi, quam in summo gradu qualitas illa comitur, sed in gradu non summo communem reliquis mixtis & in illis sine forma elementi reperiri potest: sicut calor ab extrinseco productus reperitur in aqua, in qua non est forma ignis, quam calor summè intensus comitur. Eadem ratione magis confirmabunt solutiones argumentorum, quibus Medici probare intendunt formas elementorum in mixtis reperiuntur.

**X.** Secundò contra eandem sententiam argumentor sic: forma mixti supponit formas substanciales elementorum; ergo supponit iam materiam substancialiter actuatum: ergo forma mixti non constituit cum materia vnum per se, sed vnum per accidens, & mixtum non est constitutum vnum per se, sed vnum per accidens constans ex formis elementorum, & ex forma mixti. Probo consequentiam: Quod aduenit toti iam constituto, seu materia in substancialiter actuata non potest cum materia vnum per se constitutum, sed vnum per accidens, quia forma constitutiva vnum per se materiam actuat, & totum constituit, ac proinde non potest ipsa supponere antecedenter ad ipsam, quod ipsam debet præstare: sed forma mixti supponit materiam actuata formam, seu formis elementorum: ergo non potest illam primo substancialiter actuare, & cum illa totum per se constitutum.

**XI.** Respondeo Mercatus formas elementorum actuare materiam illam disponendo ad formam mixti, quia sunt actus materiales, potentiales, & subordinati respectu formæ mixti, ad quam disponunt, quippe talis natura est informatio, & actus elementorum, ut habeat rationem actus respectu materie, comparetur tamen ut potentia ad formam substancialē aduenientem, quia dat esse specifcum, & ob id mixtum vnum dicitur, & illius forma, aduenit enti in potentia ad illam, quia actus elementorum se habet veluti potentia, & dispositio ad formam mixti. Multa hic inuoluntur, que longam ferrent impugnationem ni breuissima omnia spectarentur coruentia. In primis formam substancialē dari subordinatam alij formæ substanciali, ad quem disponat, inuoluit manifestam repugniant, est enim contra conceptum substancialē esse dispositionem ad formam substancialē, quia forma mixti est propter illud, ad quod disponit & non propter se ipsum; de conceptu autem substancialē est intendi propter se, & non propter aliud, & hanc rationem dixi Controvers. 3. Physic. Punct. 2. §. 4. repugnare in eodem subiecto duplē formam substancialē, quarum vna alteri sit subordinata. Secundò manifestam inuoluit implicacionem formas elementorum esse actus respectu materie, & comparari per modum potentia ad formam mixti, quia formæ elementorum non possunt comparari tanquam potentia, quia in se sit actuanda respectu formæ mixti, quia forma mixti non actuatur, aut informat formas elementorum, sed materiam in qua sunt haec formæ, si cum forma mixti coniunguntur, sed tantum dici possunt potentia ad formam mixti, quatenus reliquent in potentia materiam, ut actuetur mixti forma, sed eo ipso quod actuatur materiam non illam relinquunt in potentia ad aliam formam, quia materia per hanc formam semel actuata non potest in sensu composto per aliam actuari: ergo implicat formas elementorum actuare materiam, & illam relinquere in potentia ad aliam formam. Rursus efficaciter probo materiam eo ipso quod actuatur formis elementorum actuari illis tanquam ultimo actu, & non tanquam dispositione ad aliam mixti formam recipiendam. Forma ignis sciuncta ab aliis formis, materia vnta constituit compositum substancialē, videlicet ignem vltimū constitutum, & compleatum, & vndique perfectum, atque adequatum: ergo etiam simul cum illa forma alia eandem materiam informent, idem constituit compositum, eodem modo perfectè adequatum, & compleatum: ergo constitutum illud ex materia, & forma ignis non ordinabit tanquam materia, & potentia ad formam mixti, cum qua totum adequatum constitutum, quia nullum totum adequatum ordinatur ad componendum aliud cum alia forma superaddita, est enim contra rationem adequati-

ordinari ad aliud componendum. Responder Mercatus formam ignis, & cuiusvis elementi constitutre totum compleatum, & vndique adequatum, quando non est alia forma nobilior, quæ totum constitutum, secus quando illi adiungitur forma alia perfectior, tunc enim non constituit compositum forma elementis, quæ ignobilior est, sed nobilior alia, quia omne totum constitutur per formam vltimam, & nobiliorem. Hinc in mixto non constitutur totum per formas elementorum, sed per speciale mixti formam, quæ est omnium perfectior, atque nobilior triuens toti compoſito est specificum. Soluio hac facilis refellitur, quam refertur. Forma ignis vnta materia sue eidem materie adiungatur alia forma sue non, semper est eadem: ergo semper constiuit idem compositum, quod nihil est aliud quam materia, forma, & vnius ergo si quando est in materia sine aliis formis, constituit compositum absolutè perfectum, & vndique adequatum, & idem constituet etiam eiudem materie forma alia adiungatur, quæ si ex se sufficiens sit compositum constitutre, constituit aliud communicans in materia cum compoſito, quod alia forma constituit, & ab illo distinctum secundum formam à qua differentialis essentia ratio defumitur. Ex his inferitur quod si eamdem materiam forma elementales, & specialis forma mixti afficerent, essent plura compoſita, & verè materie illa componeret quolibet elementum, & absoluē verum eset dicere: hoc est ignis, & hoc est aer, & & quæ bene verificaretur quilibet propoſitio, ac verificatur modò de simplici elemento scorfum sumptu.

Conuincit etiam non posse in eandem materiam elementorum formas coire manifesta pugna, quia perpetuo inter se gerunt elementa, cum enim qualitates habeant inter se contrarias mediis quibus mutuo se impugnant, quolibet intendit aliud destruere, illudque in propriam naturam conuertere. Quod si elementales forma possint in eodem subiecto componi, quorsum vnum elementum alterius formam destrueret, cum posset propriam formam in illius materiam introducere, & materia illam admittat propriā retentā formā, & harum formarum communicatione mutuō fieret, enim congrederentur ignis, & aqua, ignis in materia aquæ formam ignis produceret, cui non reficeret forma aquæ, quia impossibilis fingitur secundum sententiam, quam impugno, cum formā ignis, viceque rependeret aqua, quia eodem modo propriam formam produceret in materia ignis, in qua amico federe cum ignis formā coniungeretur. Dices formas inter se pugnare ratione qualitatum, quas secum afferunt. Hoc ego non nego, sed intendo idem dicendum esse in mixto, in quo forme elementales reperi non poterunt, ratione qualitatum, quas secum afferunt, quarum qualitates cuiuslibet elementalis formæ incompossibilis sunt cum qualitatibus aliarum formarum elementalium, & specialis formæ mixti. Dicis in mixto mutuo has qualitates attemperari aduentu contrariarum, & aduentu formæ que exigit qualitates contrarias illis, quas alia forma exposcit. Ex hac solutione vires resumit mea argumentationis mixto attemperantur qualitates, ita ut sint in gradibus remissis, etiam si formæ illas in gradibus intensis expolicebant ergo eodem modo poterunt attemperari in materia, in qua formæ duorum elementorum conuenient. Mitto hanc attemperationem fictitiā effe, nunquam enim ignis existit cum maiori intensione frigiditatis aduentia, quia innati calor, quod continget in omnibus mixtis que frigiditate præminent, si elementalem ignis formam continerent, si etiam continget in formis elementorum omnium, quod alienum est ab omni veritate, formæ enim que secum afferunt qualitates incompossibilis, incompossibilis sunt in se ipsis, & ex incompossibilitate qualitatum recte inferimus incompossibilitatem formarum substancialium, quae sunt harum qualitatum radices. Mitto alia plura, quæ contra hanc sententiam possem adducere, ne in re omni fundamento desitutam longiore, quam pars disputationem instituam.

Principium fundamentum, quo Medici mouentur ad afferendum elementa manere formaliter in mixto petunt est ex autoritate Aristotelis, & Galeni. De Galeni authoritate Philosophus non medicus multum non curabit, verum Vallesius, & Garcia, quibus per orium datum est Galenum consulere, multis contendunt ab hac mente longè fuisse Galenum, iam de mente nostri Philosophi probant Combricensis, supra artic. 3. numer. 1. eam fuisse,

fuisse, formas elementorum non manere formaliter in mixtis, sed corrumpi formam cuiusque elementi ad introductionem formae mixti. Idem late ostendit Petrus Garcia cap. 3. citato, vbi recte explicat nonnulla testimonia, que pro opposita sententia Mercatus, & alij adduxerunt. Verum tamen elementa aliquo modo in mixto contineri ne-gandunt non est; id enim fert communis loquendi modus Philosophi satius familiaris, qui cum elementum definitum dixit manere in mixto actu, aut potentia, ideo necesse est explicare quomodo elementa dicantur permanere in mixto, ut ex modo quo haec loquuntur intelligatur, explicatio-nem accipiunt testimonii Philosophi, quibus opposita sen-tentia suaderi intenditur. Sentio elementa dici virtualiter in mixtis manere, quia in his remanent illorum virtutes, hoc est qualitates primae, que sunt virtutes elementorum, illae enim qualitates, qua summe intensa in elementis re-periuntur, in quolibet mixto in gradibus remissis repe-riuntur. Si explicat Angelicus Doctor existentiam ele-mentorum in mixto 1. part. question. 56. artic. 14. ad 4. vbi haec habet: *Et ideo dicendum est secundum Phi-losophum in 1. de generat. quod forme elementorum manent in mixto, non actu, sed virtute: manent enim qualitates propria-elementorum licet remissa, in quibus est virtus formarum ele-mentorum.*

**14** Arguit secundò Medici: quando perit mixtum resol-vitur in quatuor elementa: ergo elementa formaliter in mixto continetur; consequentia videtur efficax, quia nihil potest resoluti in illa, que formaliter non includit, totum enim resolutum in partes, quibus constat, & quodlibet ens in illa, quæ in se continet. Antecedens probatur: Quando comburitur lignum adeit ignis, & adeit aqua, nempe hu-mor ille aquosus, quo lignum quasi sudare conspicimus, adeit terra, videlicet cinis, & non debet aer, qui in fumo conspicitur, ergo in resolutione mixti dissoluuntur quatuor elementa, que in illo erant quasi involuta, & cooperata forma mixti. Nihil contra nostram sententiam concludetur, etiam si corruptionem cuiusque mixti comitarentur quatuor elementa, in quo resoluti diceretur, quia facile dici potest elementa tunc generari. & prius tempore non præcessisse, dum forma mixti permanebat, quia corruptio mixti non contingit sine noua aliqua generatione, cum agens naturale per se corruptionem non intendat, sed genera-tionem. Ex hoc principio ratione confito, quia non solum satisfaciunt prædicto argumento, verum etiam oppo-sitam sententiam impugno. Quando corruptitur forma mixti, verbi gratia, lignum, resolutur in quatuor elementa, ut in obiectione traditur, & nulla alijs forma distincta à formis elementorum succedit forma mixti corrupta: ergo forma elementorum producuntur in illo instanti, in quo corruptitur forma mixti, quia nunquam contingit corrup-tio forma sine noua alijs productione, cum autem nulla appareat forma, que producatur cum corruptitur mixta forma secundum doctrinam, quam obiectio continet, ne-cessum est aliquam elementalem formam produci, quod signum est non præcessisse in mixto, quia si ante præcessisset, non modo primo produceretur. Secundo forma mixti corruptitur ex vi forma existentis in materia, quam in-formabat, in eodem instanti, in quo illa definit esse, sed secundum hunc dicendi modum in materia mixti tantum reperiuntur forma elementorum in instanti, in quo forma mixti corruptitur: ergo forma mixti incompossibilis est cum formis elementorum, ergo non potuit habere cum illis materiam communem, dum ex istebat, quam si habuisset, nunquam expellerebat à materia ex vi illarum, non enim potest forma expelli in hoc instanti à materia ex vi alterius formæ, cum qua tempore precedenti in eadem mate-ria fuerat commorata. Ad illud quod dicitur deberi conti-neri in toto illa, in qua resolutur. Respondeo: resolutio-nem posse fieri præcisè per separationem extremorum, in qua fit, vel per productionem illorum: cum fit præcisè per separationem, necessum est præcessisse extrema, in qua fit resolutio, quando vero fit per productionem illorum, ne-cessum non est extrema præcessisse in toto, seu in ente, quod resolutur.

**15** Secundo Respondeo in combustionē ligni, & sic in corruptione omnium mixtorum, non reperi resolutiōnem in quatuor elementa factam, quia substantia aquosa, quam ignis per extrema ligni extracta, aqua non est, sicuti non est aqua humor ille, qui virtute ignis ex floribus, herbisque artificiosè exprimitur, sed est humor quo arbor nutrieba-

tur, vel quod verius iudico, est sudor arboris, seu resina, aliūve resinaceus humor, qui in ligno includebatur, vel forsitan, ut alij volunt erit aqua, que in poris lignis illiusve foraminibus erat detenta, postquam pluia rū vi intima li-gni foramina penetraverat. Cīnis non est terra elemen-tum, sed substantia terra valde similis, seu partes ligni, que virtute ignis corrupti non potuerunt. Similiter fumus aer non est, sed substantia alia aeri valde simili, vel ligni particulae, que pra nimia humiditate non potuerunt perficere concipi, & in substantiam perfectam igis converti, seu in flamas accendi, si substantiae sunt magis fumofæ, quod magis humidæ, & illæ, que sunt nimis secca & lutu carbo, parum, aut nihil fumi excitant.

**16** Agunt tertio Medici: Mixtio est elementorum vno: ergo in mixto reperiuntur elementa vna. Rursus in mixto reperiuntur qualitates elementorum: ergo reperiuntur elementorum formæ, quia qualitates elementorum nunquam non proprias eorumdem formas comitantur. Deinde si elementa dicuntur contineri in mixtis ex eo tantum, quod in his illorum qualitates coextantur, vnum elemen-tum in alio contineri dicetur, quia vnum elemen-tum continet saltē in gradu remissi qualitatem, quam aliud continet in gradu summè intensō. Ultimè in con-gressu elementorum, vel neutrum vincit, & sic il orum quodlibet propriam retinet natum, & mixti generatio non fieri, vel vincit vnum, quod si fiat, hoc vincens in propriam naturam alia elementa convertet, & sic non con-tinget mixti generatio; vel omnia vincunt elementa, & sic omnia propriam formam producent in materia, & fieri mixtum includens omnium elementorum formas. Respondeo, *Ad primum*, elementa vni in mixto non for-maliter ratione formarum, sed virtualiter ratione qua-litatium, quia omnes qualitates quatuor elementorum in vnum mixtum confluent, ea enim ratione, qua dicuntur elementa esse in mixto, dicuntur vnit in illo, vel vni in dicuntur, quia illorum materies, quæ diuisæ erant in elementis, vniuntur in mixto, & vnam materiam efficiunt, eadē enim ratione, qua dicuntur elementa per-manere in mixto, in illo vni in dicuntur, ut Puncto pre-cedenti dicebam. *Ad secundum* dico qualitates elementorum comitari proprias elementorum formas in illa inten-sione, quam in eisdem qualitatibus exigunt elementales formæ, in remissiori autem communes esse quibusvis compo-sitis. *Ad tertium* dico nullum elementum dici esse in alio, quia nullum continet omnes qualitates, quas con-tinet aliud. *Ad ultimum* dico in congressu elementorum nullum absolute vincere, sed vinci omnia, quia corruptis omnium formis tercia alia ab omnibus distincta ex illo-rum assurgit congressu.

## P V N C T V M V.

### De primis qualitatibus.

**P**RIMA qualitates dicuntur, que neque ex alijs, ne-que ex se mutuo sunt, sed ex ipsis oriuntur ceteræ, que definitio tantum potest comprehendere calorem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, & his omnibus competere, si datur certum est: competit definitio his qualitatibus, quia illarum nulla sit ex alijs qualitatibus, hoc est quia nulla resultat ex commixtione aliarum qua-litatium, hoc enim sonat fieri ex alijs, non vero non produci ab alia, vel ab alijs qualitatibus, lux enim caloris est pro-ductiva iuxta vulgarem sententiam, nihilominus calor qualitas prima dicitur, quia non sit ex temperatura aliarum qualitatium neque primarum, neque secundarum, & sic frigiditas, humiditas, & siccitas. Infuper ex harum qualitatibus commixtione sunt omnes qualitates, quæ sunt ex aliquarum attemperatione, color enim, & sapor, & alia huiusmodi qualitates resultant ex attemperatione, tum calor, & frigiditas, tum humiditas, & siccitas inter se, ita ut entitatis in quibus haec qualitas magis eminet, hic color magis elutus, sic nimis calida nimia afficiuntur nigredine. Consistit ergo ratio primæ qualitatibus in his duobus, videlicet in eo quod qualitates, que primæ dicuntur non sunt ex aliarum attemperatione, & in eo quod reliqua qualitates ex ipsarum temperie resulant. Sic lux prima non dicitur qualitas, quia licet non fiat

ex aliis qualitatibus, non tamen ex ipsa cum aliâ attenuata resultat qualitas alia in eodem subiecto, in quo ipsa est. Similiter, et si detur, colores medios resultare ex commixtione colorum, qui summè opponuntur, & dicuntur extremi, nihilominus colores extremi prima qualitates non dicuntur, quia ipsi ex commixtione aliarum qualitatum resultant. Neque ideo propriæ primæ qualitates non sunt calor, & frigiditas, siccitas & humiditas, quia ex illis non oriri lux, sonus, impulsus, & aliae similes, quia haæ qualitates, ex nullis aliis sunt, & non est proprium primarum qualitatum, ut omnes qualitates, quæ prime non sunt ex illis sunt, sed vt omnes qualitates, quæ sunt ex commixtione aliarum, & secundæ dicuntur, sunt ex illis, quod conuenit quatuor qualitatibus afferentibus respectu omnium, quas agnoscimus deseruientes ad generationem sublunarium, in ordine ad quas, qualitates illæ definiuntur, & prima dicuntur. Ex his inferes lucem, sonum, impulsum, potentias vitales habitus intentionales, actusque potentiarum non esse qualitates primæ, neque secundæ, non primæ quia ex illarum commixtione aliae non resultant in eodem subiecto: non secundæ quia huiusmodi qualitates non resultant ex aliarum commixtione.

Ex qualitatibus primis connumeratis calorem esse entitatem positivam fatentur omnes, illiusque actuitas satis demonstrat. Negant id frigori nonnulli afferentes esse priuationem caloris, errant tamen turpiter, quia frigus positiuè influit, & aliud frigus producit, quod experientia monstrat, quando corpus frigidum alijs corpori applicamus, statim enim corpus applicatum frigiditatem concipit à corpore frigido progenitam. Neque corpus frigidum aliud frigescit præcisè per negationem caloris, quia nullum agens immediate negationem producit, & ita nufquam posset ab agenti naturali frigiditas produci, neque destrui scalor, cum nullum naturale agens sit immediate destructivum aliquius entitatis, sed tantum destruit quatenus ponit entitatem incompossibilem cum destructa. Quod si dicas agens naturale producere qualitatem aliquam media qua destruatur calor, & illius succedat negatio, quam tu frigiditatem appellas, non negationem illam, sed entitatem positivam, quam dicit principium esse talis negationis, frigiditatem appellare deberes, siquidem secundum hunc dicendi modum semper qualitas illa negationem comitaretur, meliusque effectus positivi quos in corpore frigido experimur qualitati positivi, quam pura negationi tribuantur, in quibus præcipius est sensatio, sentimus enim corpus frigidum, & magis frigidum, non possumus autem sensu tactus negationem sentire.

Alij apud Conimbric, quæst. 2. art. 2. affirmant calorem, & frigiditatem esse entitates positivas, humiditatem vero non esse qualitatem, sed substantiam fluidam; siccitatem vero huius substantiaz priuationem, hos sequutus est Arriaga disput. 4. sect. 2. subsect. 1. Communis tamen sententia, fert humorem, & siccitatem esse qualitates positivas substantiaz superadditas, ita Conimbric. suprà, qui affirmant sententiam hanc luculentem probatam fuisse à Plutarcho in libello de primo frigido, firmius huius sententia fundamentum mihi est omnium Philosophorum consensus, in quibus præcipue Medici dari has qualitates acerimè defendunt. De mente Aristot. dubitari non licet, sive enim de his qualitatibus agit multis in locis præcipue lib. 2. de generatione per totum, maximè capite 2. vbi illas definit. Accedit communis Doctorum sensu experientia, qua tactu has qualitates sentimus cum enim vestes aliave corpora tangimus, sentimus humiditatem & siccitatem & dicimus, corpus hoc est humidum, vel siccum. Dari has sentationes, quibus dicimus sentire humiditatem & siccitatem nullus sensatus negabit, poterit tamē dici tunc non sentiri speciales qualitates, sed substantiam ipsam aliasque qualitates communes, neutrum autem verè dici sic probo. In eodem corpore modo calido, modo frigido sentimus humiditatem, & siccitatem, quantumvis enim lapis calescat, aut frigescat sensu tactus illius siccitatem percipimus, & quantumvis calida frigideve qualitas sit illius humiditas tactu percipitur: ergo illud quod tangimus cum dicimus tangere humiditatem, & siccitatem, non est calor, aut frigiditas: ergo non est qualitas aliqua distincta ab speciali humiditate, & siccitate, nulla enim appetet cui possit sensatio ista specialiter

tribui. Secundò cum medicus tangit carnes infirmi iam diu putrida febri laborantis, in quacumque intensione aut remissione calorem, & frigiditatem habent, antequam pulsum attrahet, illiusque gradus noueris, sapè gravatum morbi cognoscit ex siccitate, quam tangit in carnis ergo tunc non rantium tangit calorem aut frigiditatem, vt contendit Arriaga, sed aliquid aliud, siquidem in eisdem carnis diuerso calore, & frigore affectis eamdem semper siccitatem præsentit. Confirmatur: sensus tactus discernit inter substantias, quas vocamus humiditas, & inter illas, quas siccitas appellamus, quam discretionem non facit sensus visus, non enim ex visu poterimus comparare notitiam, quia dicamus, corpus hoc est frigidum, vel humidum, quam sensu tactus percipimus, cum enim seire volumus, an vestis sit humida, vel seca, non illam oculis inspicimus, sed manu tangimus: ergo hoc per quod substantia constituitur humida, seu per quod habet illud, ratione cuius humida dicitur, sive sit accidente speciale distinctum, sive ipsam et fluida substantia, tactu percipitur. Sed substantia ipsa in se ipsa immediate non sentitur: ergo substantia non dicitur humida per se ipsam, sed per aliquid superadditum. Confirmatur: fluxum substantiaz ex quo fluidam esse cognoscimus, potius visu poterimus, quam tactu percipimus: ergo id quod sentimus, cum dicimus substantiam esse humidam, non est substantia esse fluidam, seu substantiam posse fluere: ergo sentimus qualitatem aliquam superadditam illi inhærentem. Idem argumentum conficio de sensatione tactus, quia dicimus siccitatem sentire, illa enim non tangitur negotio flexibilitatis, neque aliqua durities, seu consistentia partium opposita aptitudini ad fluentem, in lapide enim, qui neutrino quare potest humiditatem sentimus: ergo sentimus qualitas substantiaz superaddita, que humiditas dicitur. Eamdem conclusionem multi probant ex virtute aqua utriusque qualitatis, verum tamen adeò exilis est hac virtus, vt agere posse aliiquid ex illa nobis innotescere, & fatidit defendere contra sententiam oppositam talem virtutem inesse his accidentibus.

Obligies, humorem, & siccitatem non sentiri per se, sed ratione caloris, aut frigiditatis, nullumque stare fundatum ad has qualitates superadditas concedendas, & ita esse denegandas. Respondeo rem matre insipienti grauiissimum fundatum esse autoritatem omnium Doctorum afferentium dari has qualitates, & sensu percipiendas, nullamque rationem positivam pro opposita sententia inventam fuisse. Insuper Respondeo falsum esse has qualitates tantum sentiri ratione frigiditatis, aut caloris, ostendit enim manifesta experientia præter calorem, & frigiditatem, aliquid aliud percipi sensu tactus, cum dicimus corpus siccum, vel humidum tangere, quod humiditatem, & siccitatem qualitates distinctas à substantia tanta appellavit schola.

Secundò obicit Arriaga, humiditatem non posse aliad corpus humectare, nisi per ingressum substantiaz fluidas, quia si inter ipsum, & Oceanum aquam vitrum leue ponetur, per quod non posset aqua permeare in æternum non humectaretur. Ex quatuor primis qualitatibus Aristoteles calorem, & frigiditatem qualitates actius appellavit; passius vero humiditatem, & siccitatem, quæ occasione tractant Doctores, an humiditas, & siccitas virtutem habent ad producendas similes qualitates, de qua re multa scribunt Medici, legatur Petrus Garcia suprà. Ex his deduces, quod eriamus humiditas humiditatem producere non posset, non ideo negandam esse hanc qualitatem, posset enim dari sine virtute actiua producendi similem effectum, sicuti datur calor, qui similem colorem producere non vallet. Affirmo tamen cum ferè omnium sententia has qualitates habere virtutem actiuan producendi aliam sibi similem qualitatem, & tantum passius dici, quia illarum actiua virtus nimis debilis est, Neque audebit Arriaga experiiri, quod tanquam certum supponit, quod certe sine gratia sui detrimenti non praestaret, existimo enim predicta experientia tantam Arriagam sensum humiditatem, ut magis eam à se curaret expellere, quam nunc à Philosophia. Sentio ergo predicto casu hominem valde humectandum esse; quod quisque experietur, si in terra aqua delibata vitrum ponat, & suprà illud corpus aliud humiditatis capax, quod valde humidum inueniet, & magis humidum versus partes illas, quæ vitrum immediate tangunt, quod signum est corpus illud non humectari tantum ab

aere, quia hic minus tangit partes immediatas vitro, quam alias superiores, quae aere cinguntur, nullo alio corpore impidente. Similiter negandum est, quod supponit Arriaga merces in navi non humectari aere non ingredienti, quod falsum esse deprehendet, quicunque simili tangeret merces, quae diu per mare vescit fuere, & alias quae loco sicco fuissent asseruatæ, monstrat etiam humiditatem concipere omnia, quae in locis humidis reponuntur, odor illis adiunctus, qui ex humiditate eisdem adueniente resultat.

6 Patres Comibric, quæst. 3, art. 1, definitions omnium qualitatum ex Aristotele, referunt, ex quo per concretum sic calor definitur. Calidum est, quod ea congregata que sunt eiusdem speciei, hoc apparent in igne, qui aurum cum aliis metallis permixtum purgat ab illis, & partes auri diuisas interpositione aliorum metallorum in unum congerit, & inter se vnit. Deinde duas partes ceræ diuisa calore rarefunt, & vniuntur; idem dicitur de duabus densatis, quae vniuersi nequeunt, solvantur autem, & vniuntur calore. Neque contra hanc definitionem est, calorem extendere corpora calida per rarefactionem, quae in nostra sententia cum divisione rari corporis contingit, quia diuisiones in rarefactione factæ sensibus imperceptibles sunt, & vniiones superdictæ sunt valde sensibilis, & ita calor per ordinem ad vniiones sensibus perceptibiles definitur, nulla habita ratione diuisiōnū infinitibilum, quae occasione caloris aliquando in rarefactione contingunt. Posset etiam dici in rarefactione vi caloris tantum contingere dilatationem, & separationem localē partium, quae diuisa supponuntur, & nullam nouam diuisiōnem contingere. Deinde calor aliquando vas vitreum frangit, aliquandoque calore diuiduntur ea, quae sunt eiusdem generis, & si vīnum congelatum, & aqua congelata, que separata sunt applicentur igni mutua diuisiōne intermixcentur partes vīni & aquæ; nihilominus dicendum est Aristotelis definitionem subsistere, & explicanda proprietas illa congregandi illa, quae sunt eiusdem generis de calore intenso intra latitudinem proprij temperaturæ formæ vniuersitatis, non vero de calore ita intenso, ut deltriat temperaturam, & formam corruptat, & haec ratione responderetur ad difficultatem peritam ex vñis contractione. Ad aliam de aqua, & vīno congelatis quæ vi caloris miscentur dicendum est Aristotelem definitissime calorem secundum effectum, quem communiter, & frequentius habet, licet aliquid oportet fortius.

7 Hæc ad expicandam vñigare definitionem, quam tradidit Aristoteles, non animo definiendi naturam huius qualitatis per proprium genus, & strictam differentiam, sed illam quomodo libet explicandi descriptione quadam accommodata his, quæ sensibus percipiuntur, eadēque latitudine accipiendæ sunt definitions reliquarum qualitatum, quas iam subiiciuntur.

8 Humidum definitur, quod difficile proprio termino terminatur, facile vero alieno, quod conuenit aeri, & aquæ, quæ propriis terminis contineri non possunt, facile enim ex omni parte labuntur; haud difficile autem alienis intra vas, vel intra quocunque corpus aliud cohercentur. Quod autem aer aliquando velocissime creat, & mare rapidissime concitet, prouenit ab extrinsecis Lune aliorumve astrorum influxibus, ex se enim aqua debili competetur termino, & aer subtilissimæ araneæ telulæ clauditur.

9 Sicutum definit Aristoteles, quod facile proprio termino, difficile alieno terminatur, ut patet in terra, & in aliis corporibus, quae intra proprios terminos continentur, neque facile hinc inde labuntur, difficiliterque alienis terminis valent contineri, quia propriis contenti externis contineri non possunt, neque obstat ignem sua voracitate materiam sibi proximam depascere, ac in propriam ignis naturam contingua corpora conuertere, quia hoc non est non contineri propriis terminis, sed illos extendere, maioresque acquirere nouæ substantiae antiquæ vñita acquisitione. Neque ex eo quod ignis leuis sit, & facile mouetur, dici potest propriis terminis non contineri, quia semper propriis terminis mouetur, illud enim tantum dicitur non propriis terminis contentum, quod per sui diuisiōnem nullo impetu contrario facile dissipatur, ac in diuersas partes delabitur. Ex hoc inferes lapidem papyro inuolutum non contineri papry terminis, continentia de qua Aristoteles, egit in his definitionibus. Quia etiæ papyro aliòe corpore commoto lapidis in terram decideret, non tamen dissiparetur secundum partes, neque in diuersa spatijs latera, partes lapidis dissipatae laberentur, sed omnes seruata eadem formaliter pro-

portione approximationis, quam inter se ante habebant, in terram deciderent, in qua proportione consilit contientia, de qua loquitur Aristoteles, quamque habent aer, & aqua ratione termini extrinseci, quia amotis lateribus vas continentis aquam, aqua dilaberetur illiusque partes mouerentur non seruata proportione formalis approximationis, quam inter se habebant, quapropter dum cum eadem proportione intra vas mouentur, hanc tribuimus terminis extrinsecis vatis compescitibus partes aquæ, ne dilabatur, & non naturæ eiusdem aquæ continentis se propriis terminis.

Hic inquiri solet an qualitates symbolæ inter se specie 10 distinguuntur, vel non. Qualitates symbolæ dicuntur,

que eodem nomine diuersis in specie subiectis gaudent, verbi gratia, calor ignis, & calor aëris, elementalis calor & calor à sole productus. Affirmant aliqui calorem cælestem, hoc est fluentem a corporibus cælestibus specie distinguunt à calore elementali, & vitali. Alij calorem vitalém à reliquo omnibus, quos putant esse eiusdem speciei, specie distinguunt. Questionem hanc prolixè satis Medicis tractant, apud quos longas disputationes inueniuntur, nihil tamen reperio, quod adhuc mediori disputationis materia præbeat, ideo affirmo breuissimè calores omnes, quos huc vñque experti sumus in quibuscumque subiectis existentes (idem dico de frigidate, & aliis qualitatibus) esse eiusdem speciei. His moueor: Calores omnes ad inuicem intenduntur, verbi gratia, calor ignis, seu productus ab igne intendit calorem productum à Sole, vt erque calor intendit calorem natuum viventis: ergo omnes hi calores sunt eiusdem speciei. Antecedens monitrat experientia, consequentia est bona, quia qualitates inter se specie distinctæ non intenduntur. Secundum: omnes calores à quocumque principio producunt eodem omnino modo immutant sensus, & sensationes eiusdem speciei, & omnino similes producunt: ergo omnes sunt eiusdem speciei. Tertiū, frigiditas sine producta ab aqua, sive ab alio quocumque principio eodem modo expellit calorem vitalem, mentalem, & cælestem: ergo nullum superest principium, ex quo possimus qualitates symbolas comitantes subiecta specie distincta secundum speciem distinguere. Confiratur, & hæc sit quarta ratio huius conclusionis. Diueritas principiorum, etiæ distinctionem arguit actionum, quæ per se ipsas sunt connexæ cum principiis, & non sunt indiferentes, vt procedant ab hoc principio, vel ab illo diuersitatē effectuum non arguit, cum enim effectus non dependeat per se ipsum à principio, sed per causalitatem superadditam potest esse indifferens, vt dependeat ab hoc vel illo principio specie distincto: ergo ex distinctione specifica principiorum non infertur distinctio specifica qualitatum: ergo nullum est fundamentum ad multiplicandas species qualitatum pro multiplicatione subiectorum specie diuersitatum, cum totum principium distinctionis qualitatum ex distinctione principiorum desumendum esset, nullum enim aliud superest ad illas distingueendas: ergo fingenda non est talis distinctio absque aliquo probabili fundamento.

Oibi. Calor febris extinguit calorem naturalem: ergo non est eiusdem speciei cum illo. Resp. calorem febrem non semper extingueret calorem naturalem, sed illum intendere, que intensio subiecto est valde nociva, aliquando illum extingueret non immediate, sed dissipando, & corrumpendo partes, in quibus subiectatur, quibus corruptis corrumputur calor illius inhærens, eodem modo ignis fornacis extinguit lucernæ ignem attenuando aërem, quæ attenuatione subtilissimus redditur, & valde aptus motu, quo motu dissipatur flamma illa materia, in qua erat forma ignis, quæ valde diuisa facilissime extinguitur, & græque conferatur, aut ob materia paruitatem non percipitur, aut non discernitur à reliqua luce, quam per medium alijs ingens ignis effundit. Si adhuc audire cupias rationes aliquas leuis momenti, quibus nonnulli qualitates omnes pro distinctione specifica subiectorum specie distinguentur, confule Petrum Garciam super Fen.

1, lib. 1, disput. 4, cap. 15, vbi  
illæ refert, &  
refellit.

PUNCTUM

## P V N C T V M VI.

*Qualitates per singula distribuuntur elementa.*

**I** Alorem in summo igni competere satis evincit ex nimio calore, quem recipit corpus igni applicatum, & ex vehementis caloris sensatione, quam atacto igne experimur, insuper tria alia elementa non habent summum calorem: ergo summus calor conuenit igni, oportet enim quilibet qualitatem habere proprium subiectum, cui in summo gradu inhæreat. Conclusio hæc certa est apud autores, leges plurimos apud Conimbric. quest. 4. art. 1. Terram esse summè siccam communis Philosophorum Medicorumque fert opinio, quod sacer textus innuere videtur Genes. vbi terra arida vocatur, quasi antonomasticè, quia inter omnia elementa est summe arida, hoc est summe secca. Sic etiam elementorum ordo expostulare videtur, aer enim, & aqua nihil siccitatibus habent, ignis licet siccitatem contineat non summam, ac proinde tantum terra superest, quæ sit proprium siccitatis dominium, vbi secundum tuam totam infideat intensionem: loquimur cum omnibus authoribus in hac sententia non de summa intensione, quæ supernaturaliter potest qualitati contingere, quia hæc nullis clauditur terminis, ut dictum est, sed de illa, & que naturaliter potest reperiiri in qualitate ordinata ad formam substantiam secundum totam intensionem, quam coquinet.

**2** Maior difficultas eil de humiditate, & frigiditate quomo inter aerem, & aquam distribuantur. Galenus lib. 1. de elementis cap. 3. & lib. 1. de simplicium medicamentorum facultatibus capite 8. & clariss cap. 32. & alijs apud Conimbric. art. 1. affirman aerem esse summe frigidum, quam sententiam teneat Arraga, qui cum neget dari siccitatem, & humiditatem, duabus alijs qualitatibus debet quatuor elementa componere, aliasque elementorum naturas meditari ab his, quas tota hucque cognovit schola.

**3** Veriore puto opinionem afferentium aerem esse summe humidum, hæc est expressa Aristotelis multis in locis præcipue 2. de Generat. cap. 3. text. 123. his verbis: Sed tamen simpliciter quatuor existentia vnuus vnumque est: terra enim siccus magis quam frigida, aqua autem frigida, magis quam humidus, aer autem humidus magis quam calidus, ignis autem calidi magis quam siccus, idem testatur cap. 8. text. 49. quibus verbis Aristot. omnibus elementis qualitates omnes assignauit, quibus in summum, & prope summum gaudent, quem in omnibus sequar, in his enim quæ coniecturis, rationibusque utrumque æquè incertis aguntur, plurimum opinionibus defert authoritas, præcipue Aristotelica, quæ in rebus purè philosophicis magni semper habenda est, præferendaque aliquorum Philosophorum authoritati. Sententiam hanc defendunt Patres Conimbric. & alijs plurimi apud illos, quos sequuntur, Pater Rub. lib. 2. de Generat. c. 3. q. 8. P. Hurtado disq. 6. scđt. 4. Probatur conclusio: humidum ex Aristot. lib. 2. cap. 2. est illud, quod non bene proprio termino, sed alio terminatur. Sed hæc definitio præ omnibus elementis competit aëri: ergo aer quodcumque aliud elementum exuper humiditate. Maior continet definitionem humidus ab Aristot. traditam, & à reliquis Philosophis admisam. Minorem ostendit manifesta experientia, facilius enim aër continetur intra telulam valde tenuem, quam aqua: de qua in presenti tantum est quaestio an humiditate aërem vincat, in igne enim, & aëre humiditatem non vigere certo certius est. Secundum: aqua, vt modo probabo est summe frigida; ergo tantum aer potest habere humiditatem in summo. Tertiù: hoc modo congruè disponuntur elementa, non enim duo contraria videlicet summè calidum, & summè frigidum immediatè collocantur, sed inter utrumque medium aliud, humidum videlicet constituitur.

**4** Auicenna, Albert. & alijs apud Conimbric. art. 2. existimarent aquam esse summè frigidam, verior tamen & Peripatetica sententia, vt constat ex verbis Aristotelis num. 3. relatis, docet aquam esse summè frigidam, illam defendunt plures Philosophi, atque Theologi apud Conimbricenses suprà. & ex Patribus Ambrosiis in exam. lib. 4. cap. 4. Basili, homil. 4. in Genes. Damasc. in suis Physicis cap. 12. Suadet hanc conclusionem nimia inimicitia, quæ intercedit in-

ter ignem, & aquam, quæ significatur in lib. Job. cap. 4. per illa verba: ad nimium calorem transeat ab aquis natis, vobis nimio calori frigiditas aqua opponitur, ex quo inferatur frigiditatem aquæ summæ esse, summo enim calori summa frigiditas opponenda erat. Deinde nullum elementum citius deperditum frigiditatem recuperat, quam aqua, neque vulum reperitur, quod æquè corpus contiguum frigescat: ergo inter omnia elementa aquæ competit summa frigiditas, summaque propensio ad frigiditatem producendum. His accedit inter omnia animalia, aquarialis esse frigidiora vt testatur Aristot. lib. 2. de respirat. c. 6. quapropter vt plurimum sunt exangua, vel parum sanguinis habent, & ideò oportuit illis ad propriam habitacionem elementum omnium frigidissimum esse imperitum, illorūque frigiditas excedens reliquorum animalium frigiditatem, non leuis est conjectura ad inferendum à posteriori, illorum elementum, cuius qualitates præcipue ebibunt, reliqua omnia frigiditas antecellere. Oportuit etiam terram, & aërem non habere summam frigiditatem, quia terra facta fuit ad habitacionem animalium terrestrium, & aer ad respirationis vsum eis datur, quibus frigiditas est valde nociva, magnisque nocumum reciperent, si terram summè frigidam colerent, maximumque si aëre nimis frigidus ad respandendum veterentur.

Præter qualitatem cuilibet elemento assignatam, necessum est aliam constituere, que iam assignatam comitem, ita exigente naturæ ordine, quo omnia elementa concordem discordiam habent, itaque quolibet elementum alij vicino secundum quamdam qualitatem inimicat, & secundum aliam amicam cognitione conuenit, & hoc qualitatum ordine habetur ratio concordie, dignitatis, & conservacionis elementorum. Concordia in qualitate symbola, dignitatis in qualitate excellentiæ, præcellens enim elementum præcellenti qualitate gaudent summe intenti, conservacionis, quia concordia, & pax perennitatis parent est, hacque portiuntur elementa secundum viam qualitatæ & secundam aliam habent disconuenientiam, quæ validæ necessaria est ad perpetuam elementorum totiusque viauersi conservacionem, que persistere non potest sine frequenti generatione, & hæc non nisi inter contraria potest contingere. Id etiam suadet experientia, quæ videmus igne non solum calefacere, sed etiam exsecare, & aquam non solum frigescere, sed etiam humectare: sed non leuis est difficultas in dispensatione harum qualitatium, & in modo quo quilibet illarum proprio fit tribuenda ele-

mento.

Ignem præter calorem siccitatem includere certum est, nullus enim dicit ignem humidum esse, frigiditas vero calori opponitur: alia ergo qualitas non superest, quæ potest in igne calorem comitari. Summam aeris humiditatem secum frigiditatem habere Stoici defendant, Peripatetici vero Aristotele duce tuentur aërem præter summam humiditatem calorem continere. Assentior his, propter autoritatem Aristotelis, & rationes, quas iam subiicio. Luitas est comes signumque caloris, sed aer est leuis: ergo calidus. Secundum: nimio calore aqua in aërem concurrit, & nusquam frigiditate: ergo calor, & non frigiditas humiditatem aëris comitatur, nulla enim substantia dignitatis qualitate opposita proprio temperamento, seu propriis qualitatibus. Insuper aë in subterraneis nimio frigore corruptitur: ergo non est natura sua frigidus, frigidum enim non frigido corruptitur, sed calido. Rursus substancialis aërez, sicuti mel & oleum, sunt calida, & non frigidus: ergo aës cui ha substantia sunt cognata, non est frigidus sed calidus. Ultimò si aë esset humidus, & frigidus, nullà cognitionem haberet cū igne sibi vicino, ac proinde totus elementalis defrueretur ordo. Aquam præter frigiditatem humor habere monstrat notissima experientia, in nullo enim elem. ita sentimus humiditatē sicut in aqua. Relet modò vt summa terra siccitatē frigiditas copuletur vt omnia elementa qualitatē symbola habeant cum elemento sibi vicino, ignis enim est summè calidus, & siccus, aër summè humidus, & calidus, aqua summè frigida & humida, & terra summè secca, & frigida. Ignis cōuenit cū aere in calore, & illi opponitur in siccitate, aër conuenit cū aqua in humore, & in calore dissimilitate: aqua est terra similis in frigiditate & in humore dissimilis, terra cum igne siccitate componitus, & frigiditate opponitur. Ignis & aqua secundum omnes qualitates opponuntur sicuti aës & terra, quapropter hæc elementa dissymbola appellantur, symbola vero ignis cum

cum aere, aere cum aqua, aqua cum terra, terra cum igne, vnde quodlibet elementum duo alia habet symbola, & unum dissymbolum.

Vtramque qualitatem cuilibet elemento assignata in summo gradu illi competere docuere Nanphus lib. 2. de ger. comm. 28. q. 4. & Aquilinus, sequitus est Peramatus lib. de elementis cap. 8. Sententiam oppositam videlicet vaicam tantum qualitatem elementis in summo gradu competere, & aliam, illam videlicet quam secundo loco assignauimus prope summum competere, tenet communis sententia omnis ferè Philosophorum, & Theologorum, & ex Patribus docent illam Ambros. libr. 4. exam. Basil. homil. 4. in Genes. Damasc. in suis commentariis Physicis, tradit illam expressè Aristotelis testimonionem 3. relato. Rationibus sic probatur. Aer non ita facile corruptitur deficiente calore, quam deficiente humiditate, & facilius cum frigiditate, quam cum siccitate componitur: ergo magis retinet humoris quam caloris. Idem patet in terra qua multum caloris absque sui corruptione, & valde paucum humiditatis admittit: ergo maiorem siccitatem habet sibi connexam, quam frigiditatem. Rursus ignis magis calefacit quam aer: ergo aer habet remissum calorem, quam habet ignis ergo non habet calorem in summo. Scio facile posse has omnes rationes solvi, neque in re aliquius momenti sine maiori examine illarum aliquam admitterem, neque proponem, in re autem incerta, cui communis consensus schola patrocinat, ha conjecture sufficiant.

Difficultas est an elementa qualitates has quas non in summo, sed prope summum continent, coartari habeant admixtas. An ignis videlicet, qui sex gradus siccitatis continet duos alios humiditatis habeat. Negant aliqui, quia sequeretur ignem, & aquam esse elementa symbola, conuenientia enim humore. Negabo consequentiam, non enim conuenientia in quocumque gradu remissio sufficit ut elementa symbola dicantur. Arguit secundò sequi ex hac admixtione qualitatim contrariarum elementa esse mixta. Eodem modo consequentiam negabo, quia mixta tantummodo dicuntur illa, quae habet quatuor qualitatum temperamenta. Argunt tertio: si ignis haberet duos gradus humiditatis summo calore destruendos esse: ergo illos non haberet. Nego antecedens, quia humor siccitate non calore pellitur a subiecto, neque siccitas non summa humoris valde remissa opponitur. Tandem probant suam sententiam, quia ignis non dicitur humidus, & Aristoteles duas tantum qualitates in quolibet elemento constituit. Respondeo: ignis non dicendum esse humidum à duobus gradibus humiditatis, etiam si illos contineret cum longè plures siccitatis continet, scieut non vocamus calidam aquam, quæ apud nos est, etiam si aliquem gradum caloris contineat, quia frigiditas est, quæ magis viget in aqua, & quo propria sensatio sensationem caloris nimis remissi absorberet, eadem ratione Respondeo. Aristotelem tantum assignans duplēcē qualitatem euicunque elemento, quia de aliis vt pote nimis remissa rationem non habuit.

Patres Comib., cum plerisque Nominalibus affirmant q. 3. art. 4. in elementis has qualitates non summè intensas contrariis esse admixtas. Probat hanc conclusionem, quia tota latitudo primarum qualitatum semper est expleta in omni subiecto. Respondeo: negando in elementis expleri hanc qualitatim capacitatem ad ipsorum exigentiam, ex mixtis enim ad elementa argumētū desumi nequit, quia mixta exigunt temperamentum primarum qualitatum, ac proinde defētus vnius qualitatis qualitate opposita expletur. Arguit secundò sequi illam qualitatem, quæ est in excellenti gradu, non tamen in summo posse intendi in instanti usque ad summum, cum nullum sit contrarium, à quo retardetur eius intensio. Farentur Patres Comib., hanc rationem tantum valere apud illos, qui censem totam rationem successionis esse resistentiam contrarij, sed apud illos nullum erit absurdum sequelam admittere, ac proinde apud nullos argumentum quidquam valebit. Rursus instant: cum ex aqua gignitur ignis, frigus aquæ paulatim expellitur: ergo calor non introducitur in instanti. Respondeo dato: quocumque elemento cum qualitate propè summum: v.g. ut sex, duos gradus oppositæ qualitatis in instanti introduci, quia qualitas præexistens non illis resistit, reliquos verò gradus successivè introduci.

Ex his constat nullum ex his sententias firmo aliquo nisi fundamento, ac proinde neutram illarum posse efficaci-

Franc. de Oviedo, Philosoph. Tom. I.

ter probari, posset tamen dici cum Hurtado disp. 6. sect. 5. has qualitates non esse contrariis permixtas, quia hoc modo elementa simpliciora constituuntur. Deinde quia qualitates illa remissæ inutilis essent, quid enim duo humiditatis gradus igni præstare possint? & hic dicendi modus videatur magis ad Philosophi mentem, qui duplēcē tantum qualitatē cuilibet designavit elemento.

Contra distributionem qualitatū factam nonnulla sunt argumenta non magni momentū, referam precipua quorum solutionibus alia eidem similia solvi poterunt.

Obiicitur primò: contra coclusionem, quā diximus aërem esse summe humidum: aqua magis humectat corpus quam aëris: ergo aqua est magis humida aëris vulgaris est solutio aquam magis humectare propter maiorem densitatem, cui non dissentior, aer enim quam pluribus interfecatur corpusculis, quæ ad solis radios visui apparent, & minoribus aliis, quæ ob nimiam paruitatem non videtur, ratione quorum minus agit, quam ageret, si omnes sui partes essent unita illigique & non peregrinis corpusculis repleretur spatiū. Secundò Responderi posset antecedens non esse omnino certum, licet enim videatur corpus magis humectari attractu aquæ, quam aëris, forsitan non est, quia maiorem humiditatem in se recipiat, sed quia aquæ attractu magis aquæ corpori adhaeret, quam eiudem aëris attractu, & ita humiditas aquæ cum corporis humiditate confunditur, sensuque eadem videatur.

Obiicitur secundò contra eandem conclusionem: aëris exsiccat alia corpora: ergo non est humidus. Respondeo aërem non exsiccare alia corpora per se producendo siccitatem, sed per accidens, quia illius attractus partes aquæ in vestibus contentas percurret, & localiter mouet, separatque à vestibus, quibus separatis veltes humiditatem aqua intra se non continent, ratione cuius humidiiores apparebant, eiudemque aëtitate verè humectabantur, similiter aëris peregrino frigore stringit corpora, & partes fluidas ab illis expellit, quo magis secca apparent.

Obiicitur tertio contra conclusionem, quā diximus aërem calorem continere, aërem in regione media esse valde frigidum. Respondeo aërem natura sua esse valde obnoxium peregrinis impressionibus, ac proinde noctu, & hyeme recedente Sole frigiditatem recipere ab aqua, & terra, & a cælestibus influxibus, vaporibus, & exhalationibus, quæ tunc natura sua frigiditati restituuntur sole non impedito: in regione vero media aëris est magis frigidus, quam in summa, neque in infima, quia in summa natura virtute, & igne vicino magnum calorem concipi, in infima reflexione Solis calefit; in media vero his caret administriculis, ac proinde agentibus extrinsecis modo affinitatis frigescit, & non potest natuum tueri calorem.

Obiicitur quartò: contra eandem conclusionem: Aëris calorem hominis attemperat, & frigiditatem producit: ergo non est calidus, sed frigidus. Respondeo: aërem aliquando esse frigidorem hominem, non quia natura sua virtute frigidus sit, sed quia ab agentibus extrinsecis extraneam captit frigiditatem.

Obiicitur quinto: Oleum est natura sua aereum, & facilius in hyeme condensatur, quam aqua: ergo frigidius est aqua. Respondeo: concedendo antecedens, & negando consequentiam, quia condensatio non tantum prouenit ex frigiditate, sed etiam ex aliis qualitatibus, & ex natura eiudem substantiae, & ita potest oleum natura sua calidum condensari faciliter, quam aqua natura sua frigida, quia ex aliis capitibus aptius est ad condensationem. Eadem ratio ne respondendum est si obiicitur aquam perpetuo densam esse futuram, si summam frigiditatem contineret.

Vltimum obiicitur contra conclusionem quā diximus terram esse sicciam in summo, & frigidam prope summum. Terra est summè grauis: ergo summè opponitur in grauitate cum igne summè leui: ergo eandem oppositionem habet in aliis qualitatibus: sed ignis habet summum calorem, & propè summam siccitatem: ergo terra habet summam frigiditatem, & propè summam humiditatem. Respondeo negando secundam consequentiam, non enim ex eo, quod ignis, & terra summè opponantur in grauitate, & leuitate, inferunt summè opponi in calore, & frigore, quia licet calor ex leuitatem comitetur, & grauitatem frigiditas, sunt aliae plurimæ qualitates conducentes ad grauitatem, & leuitatem, quibus excessus frigiditatis vel calor compensabitur.

## P V N C T V M VII.

De grauitate, &amp; leuitate.

## §. I.

Aliorum placita.

**G**rauitas, & leuitas affectiones sunt, quæ præcipuæ elementa comitantur, ideo illius notitia ad perfectam elementorum cognitionem spectat: **grauitas est principium intrinsecum motus deorsum, identificatum cum mobili, vel per se ab intrinseco procedens.** Leuitas vero principium intrinsecum motus sursum, identificatum cum mobili, vel per se ab intrinseco procedens. Differunt grauitas, & leuitas ab impulsu qui est principium motus, ex eo, quod impulsus neque sit identificatus cum mobili, neque ab illo procedat, sed semper ab agente extrinseco producatur. Differunt etiam à potentia locomotiva viuentium, quia hæc non est principium per se determinatum ad motum sursum aut deorsum, sed indifferens ut sursum vel deorsum motum producat. Per duplicum conceptum disiunctiuè sumpcum tradidi prædictas definitiones, ut possint iuxta omnium opiniones subfiteres in mea verò sententia, quæ grauitatem, & leuitatem à formis substantialibus distinguit, scilicet distinctione utraque potest definiti, per principium ab intrinseco procedens, &c. Hæc processio ab intrinseco conuenit grauitati, & leuitati, si qualitates sunt distinctæ à temperamento primarum qualitatum, quia vel ab illo procedent, vel ab ipsa forma substantiali. Si vero non distinguantur ab ipso temperamento, hoc enim per se ab intrinseco procedit, forma enim in instantibus succedentibus mentituram suæ prima productionis proprium temperamentum producit, & in illa prima mensura illud supponit, & exigit, & de facto illud produceret, si non supponeretur productum, & ita quasi per accidens illud non producit, per se enim formalis est temperamenti productua. Quando vero temperamentum est alteratum per excessum aliquius qualitatis ab extrinseco productæ ultra exigentiam formæ extunc pars illa, seu ille qualitatis excessus non procedit à forma, verumtamen dicetur ab illa procedere grauitas, & leuitas, etiam confit in commixtione qualitatum, quia mobilis conuenient iuxta proprium temperamentum, & aliquis quæ ultra proprium temperamentum seu contra propriam exigentiam mobilis contingit, quia præcipuæ qualitates, & major illarum pars quæ commixtionem ingrediuntur à forma mobilis procedunt.

**C**irca naturam grauitatis, & leuitatis, & distinctionem illarum à forma corporis, quod graue leuē videtur sunt plures dicendi modi. Communis sententia grauitatem & leuitatem à forma corporis grauius, & leuis, vebi gratia, grauitatem in terra à forma terra, & leuitatem in igne ab eiusdem forma distinguit. Tenet hanc D. Thomas lib. 2, de anima lect. 23. Galen, lib. 1. de natura humana capite 5. Patres Coimbricenses lib. 2. de generat. capite 3. quæst. 4. artic. 2. Pater Hurtad. de opere sex dierum disputat. 3. fect. 5. subsect. 5. Petrus Garcia super fen. lib. 1. c. vnic. disput. 4. c. 5. sequuntur hi omnes Philosophorum, qui multis in locis hanc sententiam expresse tradit, præcipue lib. 2. de generat. c. 2. & 7. Physic. c. 2. & lib. 5. Metaph. c. 14. & lib. 2. de partibus animalium c. 3. Verumtamen, in his, qui grauitatem, & leuitatem distinguunt à formis substantialibus magna potest esse Controvertia, potest enim dici esse qualitates immediate oportes ab ipsis formis substantialibus, & distinctæ à primis qualitatibus, & ab illarum temperatura, qui dicendi modus est alienus à mente Philosophi, & Doctoris Angelici locis citatis. Alter potest dici grauitatem, & leuitatem resultare ex temperie primarum qualitatibus, & hac est sententia Philosophi, & D. Thom. Sed adhuc res est dubia, vulgo enim dicitur aggregatum qualitatum ex ipsis qualitatibus resulcare, & iuxta hunc loquendi modum, potest dici grauitatem, & leuitatem resultare ex primis qualitatibus, & non distinguere ab illarum temperatura, seu ab illarum aggregato. Alio modo proprius dicentur grauitas, & leuitas resultare ex primis qualitatibus, & ex illarum commixtione, si ab ipsis simul sumptibus distinguantur tanquam qualitates speciales procedentes à primarum temperamento eo modo, quo procedunt albe-

do, & sapor. In hunc sensum Patres Coimbr. Aristotelem interpretantur, qui assertunt loco supra citato grauitatem, & leuitatem non immediate procedere ex primis qualitatibus, sed interuentu raritatis, & densitatis, ita tradunt sensisse Philosophum 4. Phys. c. 9. text. 39. Neque adhuc horum, qui sentiunt grauitatem, & leuitatem procedere ex primarum temperamento, & ab illis etiam simul sumptibus distingui, vna mens est, fert enim communis inter hos sententia grauitatem, & leuitatem esse qualitates specie distinctas, & inter se oppositas sicuti albedo, & nigredo, cui se opponunt recentiores assertentes grauitatem, & leuitatem tantum distingui penes magis, & minus, ita vt eadem qualitas cum est intenta grauitas vocetur, & sit principium motus deorsum, & cum est remissa dicatur leuitas, & sit principium motus sursum. Hæc rationes assertunt neoterici isti, terram petere esse sub omnibus elementis quia qualitatem hanc habet summè intensam, & aquam petere esse sub aere, & igne, & non sub terra, sed supra illam, quia habet qualitatem hanc intensiorem, quam habent eamdem, aëris, & ignis, & remissam rem quam terra eadem proportione philosophantur de aere, qui petet esse supra aquam, & infra ignem proprie qualitatem quam habet intensiorem qualitate similiq[ue] & remissiore qualitate simili aquæ. Ultimò iuxta hanc dicendi modum ignis est summè leuis, qualitatem habet summè remissam inter qualitates omnes similes, quibus gaudent alia elementa. Modus iste dicendi toro celo aberrat, vt ostendam, quem inveniisse iactant recentes illud vanè, quia iam diu illum improbauit Hurtad. suprà. §. 13. vbi dixit grauitatem, & leuitatem non differe penes maiorem, aut minorem intentionem.

Vallesius lib. de sacra Philosophia capite 48. & lib. 1. Controu. cap. 3. & Arriaga disput. 4. fect. 5. sub. 1. omnis omnibus dicendi modis supra adducta dixerit grauitatem, & leuitatem non esse accidentia superaddita substantiis, sed identifieri cum formis substantialibus ipsorum corporum grauium, & leuium, ita vt ipsa forma per seipsum principium sit immediatum motus deorsum, & in corpore leui motus sursum. Probat Vallesius conclusionem traditam si grauitas, & leuitas essent accidentia distincta, conuenient corporibus absolute in ordine ad se in certa, & determinata intensione, sicuti competit calor, & frigidas cuicunque corpori, sed grauitas, & leuitas non ita libet esse conuenient, sed respecti, & in ordine ad aliud, ergo non sunt accidentia superaddita. Minorem probat Valles. si grauitas & leuitas absolute conuenient subiectis, eodem modo illis conuenient respectu cuiusvis medij, arqui respectu diversi diverso modo conuenient, non conuenient absolutè. Pater minor in bilance, in qua si ponatur libra auri, & argenti in medio neutra alteram detrahet, si tamen aquæ superponatur, libra auri aqua supernabit: ergo grauitas horum corporum absolute non est, sed respectu ad medium ergo non est accidens superadditum, quod respectu cuiusvis medij absolutum est. Ratio hæc nullus est momenti, quia ad distinctionem grauitatis, & leuitatis a subiecto nihil præstat diversitas, quia habet respectu medianorum: eadem enim est difficultas, & eadem reddenda est ratio, cur ex duabus grauitatis quadam corporis lignei, & alii corporis aurei media aqua submergatur vna, & alia supernatur, neque enim magis respectu est grauitas identificata cum substantia, quam illa, quæ à substantia, distingueretur, & sicuti grauitas superaddita est in determinato gradu, ita grauitas identificata cum substantia semper efficit eadem, & eiusdem virtutis, & quæ propenderet in centrum, inquit si grauitas est superaddita potest recipere magis & minus, intendi, & remitti, & grauitas identificata cum substantia semper eadem immobilia necessariò perseverat.

Vt rem solam, præmitto tanquam certum libram ferri positam in hac lance numquam præponderare libra ligni posita in altera, neque aliquando ex duabus grauitatis quantumvis differant corpora grauius, & leuis, sicut differunt ferrum, & lignum, cuiusvis conditionis sit medium numquam vnam alteri preualere, eum enim posita bilance super aquam, vna supernatur, & alia submergitur, illa quæ submergitur non detinet aliam ne submergitur, sed ideo ita submergitur, quia vincit resistentiam aquæ, & illa supernatur, quia similem aquæ resistentiam vincere non potest. Quod si necessum est lancem illam attolliri, vt hæc submergeretur, utique efficeret.

esset immobilis, vt contingit quando trutina ita est opposita, & loco superiori affixa, vt tantum possit simul attingere veraque lanx superficiem extimam aqua. Ex his constat ad præsentem difficultatem tantum desiderari rationem propter quam ferrum (idem tene de aliis corporibus) & non lignum submergitur aquis. Disparitas sumenda est ex poris aere repletis, quos in se lignum continet, partes enim aëris in illis contentæ natura sua leues sunt, & pertinet esse supra aquam, & ita resoluti motui, ex vi cuius submergantur aquis; ferrum verò, & alia corpora densa pauciores habent poros, quibus detinatur aëris, qui levitatem, & resistat esse sub aquis. Pater Arriaga eò solùm negat gravitatem, & leuitatem, quia nullum est fundamentum concedendi has potentias distinctas à forma substanciali, & ita de illis philosophandum est, sicuti de reliquis potentiis viventium, quas nunquam sine fundamento distinguiimus. Fundamentum hoc coercte ratio, qua probabo gravitatem, & leuitatem à formis substancialibus distinguendas esse.

Oppostam sententiam videlicet gravitatem, & leuitatem distinguere à substantia, sic Petrus Garcia intendit probare. Si gravitas, & leuitas non distinguenteruntur à substantia, sequeretur eadem proflus celeriter moueri deorsum corpus parvum qua mouetur magnum, cuius oppositum docuit Aristot. 4. de cœlo c. 5. & manifesta monstrat experientia sequela probatur: eadem celeritate aqua parva, au magna quantitatibus calefacta reducitur se in pristinam frigiditatem, neque est vnde oppositum contingat, neque ex alio capite id accidit, nisi quia parva, & magna aqua per se ipsam reducitur in pristinam frigiditatem; ergo si lapis parvus, aut magnus per se ipsum deorsum descendenter, aequali velocitate vterque descenderet, neque aliud differeret potest assignari ratione cuius lapides magnitudine inæquales inæquiter descendant, & aquæ calefactæ inæquales magnitudine æquiter frigescant.

Mihi certum est æquè cito in frigiditatem innatam se restituere exiguum, atque magnam aquam, verum tamen experientia admisit ex alio capite illius ratio petenda est, neque discrimen assignatum in præcedenti argumento ad rem facit, quod sic ostendo. Si gravitas est accidens superadditum diffusum est per totum subiectum: ergo quo subiectum est maius, gravitas extensio maior erit, & plures habebit partes similes, & quo subiectum est magis extensio plures partes habebit substantia, partes enim substantia diuisibilis, & partes gravitatis, & cuiusvis accidentis superadditi inter se commensurantur: ergo, sicuti, quo substantia est magis extensa, est magis virtus illi inherentis, ita est magis eiusdem substantiae, & virtus cum illa identificata: ergo siue gravitas sit accidens superadditum, sive distinctum semper remanet eadem difficultas, quomodo substantia major per se ipsam productiva non celarius effectum, quam minor, sed tantum maiorem extensiuè producat, & gravitas superaddita extensio, major non solum maiorem extensio, sed etiam majori cum velocitate effectum producat. Respondet Garcia diuersam esse rationem, quia iuxta sententiam Philosopherum, qui probabiliter sentiunt, quo virtus actua est in maiori quantitate, celarius agit, & sic celarius mouet, tamen nullus dixit, quo substantia est cum maiori quantitate celarius frigescit: Ratio hæc difficultatem non solvit, sed premis, quia si ex Aristot. quo maior est virtus celarius producitur effectus, quo maior est aqua, quia per se ipsam frigescit, maior est virtus productiva frigiditatis: ergo celarius debet produci frigiditas.

Ad difficultatem explanandam aduertere oportet aquam calefactam restituente se in pristinam frigiditatem tantum agere in se ipsum, lapidem deorsum descendenter non solum agere in se ipsum producendo propriam presentiam, sed in passum approximatum, verbi gratia, in aerem expellendum ab spatio quod mobile motu proprio percurrit. Ex hoc capite optima discrimen ratio redditur, aqua enim calefacta, quae extensio est extensio effectum debet producere, & contrarium magis extensem debellare, vnde eadem proportione, quo crescit extensio virtus aquæ crescit extensio effectus producendus, & contrarium expugnandum, & ita sicuti non citius duo homines duos vincunt homines quam unus homo hominem alium, ita non citius duplex pars aquæ duplum partem frigiditatis producit, & duplum alias caloris expellit, quam una pars aquæ partem unam

frigiditatis producit, & aliam frigiditatis expellit. Adde partes aquæ æquæ calefactas per simplicem emanationem se restituere in suam frigiditatem, quia pars hæc aliam propinquam adiuuet ad suam frigiditatem producendam, neque per modum unius principij concurrant ad producendam frigiditatem in altera, sed qualibet propriam frigiditatem producit, quia eo ipso quod partes aquæ sint æquæ calefactæ sunt aquæ frigidae, & similes in frigiditate, simile autem in simile non agit, ex quo fit non citius plures partes propriam frigiditatem acquirere, quam illam acquireret pars aquæ separata, cum separata, & unta ipsa sola concurrat eodem modo ad propriam frigiditatem producendam. Iam si lapidem deorsum descendenter respectu proprii motus, & effectus quem in se producit, inspiciamus ex hoc capite præcisè eodem modo se habet ac aqua respectu suæ frigiditatis adquirendæ, quia quo maior est lapis, maior est presentia producenda, & qualibet pars lapidis suam propriam producet presentiam. Si verò considereret virutus lapidis sive identificata sive distincta à substantia lapidis respectu effectus, quem producit in passu propinquo, longe alter se habet. Quia omnes partes lapidis per modum unius indivisiibilis principij concurrunt ad effectum producendum in qualibet parte aëris, & ita quo plures sunt partes lapidis celarius, & intensiore effectum producunt in aëre, & ita citius aërem propinquum mouet illiusque vincunt resistentiam, quæ retardat motum lapidis, ex quo fit citius posse contrarium vinciri, & lapidem ipsum moueri, & ex hoc capite optima & adæquata dispositio ratiæ posset defini. Accedit quod non ex eo quod crescat lapis, & cum illo virtus, quæ resistentiam corporis contingit vincere debet, eadem proportione crescat resistentiam passi contrarij, quantumvis lapis crescat secundum profunditatem, si non crescat secundum superficiem infimam, per quam tangit aërem in hoc instanti remouendum, vt in hoc instanti moueat, nihilo crescat resistentia contrarij in hoc instanti vincendi vt in hoc instanti moueat, licet crescat virtus quæ resistentia passi expugnanda est. Res est manifesta. Pone corpus graue cuius superficies immediate attingens aërem immediate sub illo contentum sit vndique palmaris, quod in his quatuor temporis instantibus mouetur versus terram, per quatuor indiuisibilia spatij versus centrum: corpus hoc siue altitudinem habet duorum sive quatuor palmorum eamdem resistentiam debet vincere in illa mensura, in quo mouetur per illa quatuor indiuisibilia spatij, quia easdem partes aëris debet expellere: ergo ex altitudine, seu profunditate huius corporis non crescit resistentia aëris ad motum faciendum per illa quatuor indiuisibilia versus centrum, sed sic est, quod crescat virtus, quæ resistentiam hanc est viatura, quia aëris non solum expellitur à partibus corporis, quæ in illius spatium succedunt, sed ab omnibus etiam superioribus, omnes enim per modum unius producunt impulsum in aëre remouendo ergo crescente lapide, qui se mouet secundum profunditatem semper crescit virtus quæ vincenda est resistentia passi, non tamen crescit resistentia passi, nisi quatenus mobile crescat secundum superficiem illam immediate tangentem aërem contentum sub corpore mobili.

Ex his rationem facile percipies, cur tabula, & quodlibet aliud corpus expansum tardius mouetur, cum illius expansio, dum mouetur, respicit centrum, & secundum totam suam planitatem aliam æqualem aëris planitatem remouet, & velocius quando superficies planæ latera aëris respiciunt, & tantum per partem extensam aërem offendit, quia cum sic cadit, posteriores aëris partes pluribus partibus corporis, quas supra se habent impetruntur, quando verò primo modo mouentur, qualibet pars aëris remouenda posteriores partes aëris quibus vincatur, supra se habet, qualibet enim pars aëris existens in medio, per quod fit motus, illis tantum partibus aëris quas directè supra se habet impetratur, vt à propria sede demouatur. Ex hoc capite optimum discrimen desumitur propter quod crescente profunditate corporis mobilis crescat velocitas motus localis, cum crescat virtus contrarij vincendi, & non crescat contrarij, neque huius resistentia, & crescentè aqua calidâ non crescat velocitas motus alterationis, quia eo ipso quod maior sit aqua calida restituens se in pristinam frigiditatem crescit necessariò qualitas expellenda, & cum ipsa resistentia innata eidem qualitatibus, quæ se in-

Tendit

tendit in subiecto extraneo tueri. Probat alij grauitatem, & levitatem esse qualitates, quia sensu tactus percipiuntur. Huic argumento recte respondet Arriaga grauitatem, & levitatem non in se ipsis tactu sentiri, qui tantum percepit impulsum ab illis productum, ex quo intellectus grauitatem inferit per discursum, quia si ego manum supponam fornici, illius grauitatem non sentio, ex eo tantum quod aliunde sustentatur, & manui non imprimit impulsum, ut mouetur.

Recentes illi, qui assertabant grauitatem, & levitatem tantum differre penes magis & minus, eo tantum nituntur fundamento, quod existimat rem ita posse sine multiplici qualitate, & earum oppositione componi.

## §. II.

## Propria sententia.

**P**RIMA CONCLUSIO: Grauitas & levitas non identificantur cum substantia. Probatur hec conclusio ex accidentibus Eucharisticis: destruere substantiam in hostia consecrata grauitant, & innato pondere deorsum descendunt, ergo remanet grauitas in his accidentibus: ergo separatur à substantia: ergo ab illa distinguitur. Communis solutio est in accidentibus Eucharisticis nullam manere grauitatem, neque principium aliquod motus deorsum, sed Deum effectius mouere illa accidentia eo modo quo mouentur, si ibi esset grauitas identificata cum substantia, ne ratione naturali notum fia mysterium Eucharisticum, quod merito nostra fidei altae Dei prouidentia referauit. Neque ideo, ait Arriaga, multiplicantur miracula, potius iuxta hunc dicendi modum, quoddam austerum miraculum, videlicet grauitatem, quae sit accidens, & substantiae affectio, existere sine subiecto, & sine substantia, quam afficiat. Neque ad veritatem mysterij Eucharistici sincere defendandam, magis refert hec, vel illustratione, philosophari, tantum enim fide nobis tenendum est in hostia consecrata desinere esse substantiam panis, & reliqua accidentia superaddita eiden substantiae (mixto praesentiâ substantiae, eti quoq; alios modos proprios habeat superadditos, si permanere) que vero accidentia superaddita substantiae conueniant, vel non, que vero affectiones substantiae cum illa identificantur, negotium est pure philosophicum ad veritatem mysterij nullatenus spectans. Solutio hec satis probabilis est, verumtamen magis feror in partem, quae negat Deum perpetuo miraculosè mouere accidentia Eucharistica, ut celet mysterium, nulla enim ratione de hoc miraculo nobis constat, neque vñquam illud Patres, qui solerter mysterium hoc fidei lumine inspexere, egregieque illius supra naturam excellentiam commendarunt, talis meminere miraculi, communisque fere omnium Philosophorum, & Theologorum sententia ne frequencia alia miracula concedat in productione accidentium, que species consecratis superuenient, quantitatem superadditam admittit, ex qua tanquam ex subiecto communii eduntur, ne miraculo creatio in cuiusvis accidentis productione concedatur. Neque verum est, quod ait Arriaga in sua sententia miraculum vitari, quod aliorum sententia concedere tenetur, quia grauitas, etiam distinguitur à substantia, in multorum sententia non distinguitur à temperamento primarum qualitatum, & etiam distinguitur, naturaliter conferatur educta ex quantitate, scilicet naturaliter educitur nouus calor ex quantitate Eucharistica, sine substantia existente, non enim speciale miraculum est quolibet accidentis sine substantia conseruari, supposito miraculo, quo quantitas sine subiecto conservatur.

Eadem conclusionem efficacius probo: grauitas, & levitas non identificantur cum materia vel percipuum est, eadem enim materia sub hac forma grauitat, & sub illa levitas: non identificantur cum forma: ergo est quid distinctum à materia, & forma, & consequenter à toto composite, nullus enim dicitur identificari cum unione, quia tantum superficere in composite identificato cum materia, forma, & unione. Grauitatem non identificari cum forma composite grauitas patet in homine, cuius forma spiritualis est, & per se ipsum non grauitas, grauitare autem si secum habet identificantam grauitatem. Respondet Arriaga, idem argumentum fieri posse de potentia visiva, & nutritiva, & speciale difficultatem in hac materia non habere, quia scilicet diximus animam rationalem habere potentiam visionem identificantam secum, & non posse in se ipsa visionem

producere, dum est separata à materia, neque in illo ratione evidenter constitutum, sic dicere possumus habere secundum identificantam grauitatem, quae est potentia locomotiva, & nos posse in statu separationis motum deorsum, qui est proprius effectus grauitatis producere, neque se ipsum in illo statu innata grauitate mouere, quia motus iste, secundum visum dependet à materia, & ab aliis accidentibus materialibus. Difficultatem non fugit Arriaga, etiam diversa ratio de grauitate, & de potentia visiva, hec enim productua est visum, quae est accedens corporeum, non potens educi ex subiecto spirituali, neque producere fine concursu specierum, quae in materiali subiecto recipi debent, ac proinde actio productiva unionis ex natura sua supponit subiectum materiale, ex quo educatur, & in quo recipiantur alia principia, videlicet species, à quibus dependet, & hinc fit non posse dari visionem fine materia, neque produci à forma in separationis statu, terminus vero productus à grauitate tantum est praesentia localis rei gravis, actio à grauitate procedens tantum est motus localis, ex vi cuius producitur haec praesentia, sed praesentia localis anima, neque actio productiva illius ex nullo capite indiget subiecto materiali: sed optimè ex ipsa anima educitur, neque principium aliquod excogitari potest, ratione cuius indiget materia, sicuti in numero reperiantur in nutritione, & in aliis actionibus vitalibus ergo si anima separata haberet hanc potentiam locomotivam, cum ipsa sit necessaria, & nulla ratione subdita imperio voluntatis, recessari reducetur ad actum, & anima separata grauitate cum illa identificantam deorsum naturaliter in separationis statu descendit. Confirmatur: Principium productivum non dependet in operari ab illo, à quo terminus productus non dependet in instanti, in quo fit, neque in veterioribus, sed praesentia, quam acquireret anima motu deorsum nullo modo penderet à materia, neque ab aliis accidentibus, si illius principium productivum tantum est anima, ergo anima absoluta à materia, & reliquis omnibus accidentibus corporeis moueretur motu deorsum, si secum haberet identificantam grauitatem, quae est principium per se ad talium motum determinatum. Neque dici potest grauitatem identificantam cum anima immediata, & per se ordinari ad motum materie cui vnitur, & non ad motum ipsius animae, quia grauitas illud per se mouet, quod per se graue constituit, idem enim est graue, ac propendens in motu deorsum, sed grauitas identificantam cum anima prima, & per se constitutam grauem ipsam animam ergo primo, & per se illam debet mouere.

Fator rationem hanc tantum immediatam in hominem rem euincere, cuius forma spiritualis est, verumtamen ex homine argumentum conficitur ad probandum eodem modo contingit in aliis compositis, si enim in homine datur grauitas distincta ab illius substantia, talem concludit in reliquis compositis ex se possibilem esse grauitatem distinctam, à qua motus deorsum procedat. Deinde si in homine non distinguitur grauitas à temperamento primarum qualitatum, sic etiam manifestè conuinctor tempore per primatum qualitatum sufficere ad constituentem corpus graue, & superadditam ponit grauitati accidentalem identificantam cum substantia. Demum in homine grauitas accidentalis resultat ex temperamento primarum qualitatum, eadem resultabit in aliis compositis, & omnia grauitate accidentali, & superadditâ grauitate constituerunt, dupliceque grauitatem habebunt, substantiales vnam, accidentalem aliam, si forme substantiales illorum grauitate habent identificantam. Alia ratio desumitur ad eandem conclusionem probandum ex vaporibus, & exhalationibus terre, que secundum substantiam non distinguntur à terra, & aqua, & tamen sunt leues, in quibus appetit separata grauitas ab aqua, & terra formis, quod signum est evidentis distinctionis, verumtamen hac ratione iam vix ad tertiam conclusionem probandum, qua procedens magis stabilietur.

**S**ECUNDA CONCLUSIO: Grauitas, & levitas non distinguitur à primis qualitatibus permixtis. Ratio est, nullum est fundamentum, neque vla ratio, ad concedendas qualitates distinctas à primis, que sint principium motus sursum, & deorsum ergo primis qualitatibus possunt hi motus tribui absque aliarum qualitatum multiplicacione. Confirmatur: si darentur grauitas, & levitas qualitates speciales, haec deherent oriri à temperamento qualitatum, ut probabo conclusione 3. ergo ab eodem potest

oriri motus deorsum, aut motus sursum, cur enim qualitates prime, quae dicuntur producere specialem qualitatem, que sit principiū motus deorsum, non poterunt dici principia ipsius motus deorsum immediatè productiva: quodve fundatum reperiri potest ad dicendum motum non produci immediatè à primis qualitatibus, sed ab alia qualitate intermedia: Dixi grauitatem & leuitatem non distinguui à primis qualitatibus permixtis, quod nō ita intellige, vt existimes grauitatem, aut leuitatem necessariò inuolueret temperanētum quatuor qualitatum, quodlibet enim elementum duplīcī tantum gaudeat qualitate, & tamen omnia leuitate, grauitateque gaudent. In mixto gravi, in quod fluunt omnes quatuor primæ qualitates, existimmo non omnes per se conducere ad motum deorsum, sed quasdam intendere motum sursum, & alias motum deorsum, in quibus illæ prævalent, quæ intensiores, & efficaciores sunt, v.g. frigiditas intendit corpus deorsum mouere, calor illud intendit mouere sursum, præualeat frigiditas in calorem, quia intensior, & absolute corpus graue denominatur, illiusque grauitas taxatur mensurā omnium qualitatum, quarundam, quia per se conatur motum deorsum, aliarum quia ratione ipsarum non cœficit conatus ad motum deorsum accretione seu intensione qualitatum, quæ per se illum intendunt.

14 Illud quod ex Aristotele docent Comimbric. videlicet grauitatem & leuitatem oriri non solum ex primis qualitatibus commixtis, sed ex raritate & densitate, sic nostra mea principia interpretor. Corpora rara habent peregrina corpula intromissa, quorum pleraque sunt aerea, hæc natura sua leuita sunt, & intendunt sursum corpus mouere, cuius conatus aliquantulum retardat ab actione seu motu conatus, quem habent qualitates corpori innatae, quibus deorsum mouetur, & hac ratione licet in re rarum, & densum sit æquè graue, minus graue appetat, dum est rarum, non quia minorem conatū habeat ad motum deorsum, sed quia illum habet aliquantulum impeditū opposto conatu, quem aëra corporcula intromissa exhibent, & ita minorem effectum producit, hoc est remissione impulsū in corpore, quod occupat spatiū, per quod dirigendū est motus, & hic tardior euadit, quod non continget, si mobile densum esset, nullaque includeret corpula leuitantia, quibus suis motus retardaretur. In opposita sententia, quæ plus materie concedit in eadem mensura corporis densi, quam rari, potest dici palnum corporis dēsi plus habere grauitatem quam habet palnum corporis rari, quia habet plus materie, & consequenter plus qualitatis materie inhaerentis, facta tamen comparatione non inter extensio-nes æquales corporis rari, & densi sub quibus est magna inæqualitas partium entitatiæ, & secundum numerum, sed facta comparatione inter partes numero æquales secundum substantiam, & inter easdem numero rarefactas, & condensatas æquè graue fore corpus constans partibus rari, ac corpus densis partibus constitutum Hac ita compo-nit posse nihil tamen prohiberet dici grauitatem specialem per se oriri à densitate, & leuitatem à raritate, si grauitas & leuitas, rauitas, & densitas, speciales essent qualitates. Quid vero dicendum esse difficile erit definire, utrumque difficile poterit positiū impugnari, & neutrum poterit positivo fundamento suaderi, quia in his tota ratio ex experientia est sumenda, & hæc tantum non potest doce-re corpora densiora esse grauior, an vero grauitas oriatur ex densitate tanquam ex principio, an vero immediatè ex illis qualitatibus, à quibus oritur densitas, ita vt densitas, & grauitas concomitantur ab eodem oriantur principio, res est quæ omnem experientiam subterfugit.

15 TERTIA CONCLUSIO. In sententia quæ grauitatem, & leuitatem, in qualitatibus specialibus constituit, he non oriuntur immediatè à formis substantialibus, sed à primis qualitatibus, in quibus nos constitutimus grauitatem formalem. Probo hanc conclusionem: aqua, & vapor, qui ex aqua vi caloris extrahitur, retinent eamē formam, & tamen aqua est grauius, & vapor leuis: ergo grauitas, & leuitas non proueniunt immediatè à forma, sed à qualitatibus, si quidem permanente eadem forma, & variatis qualitatibus corpus, quod ante grauitabat, potea leuitat. Respondebis; eadem formas cum his qualitatibus, quæ se habent tanquam conditions producere grauitatem, & cum illis producere leuitatem: sicut eadem causa, v.g. Sol cū his dispositionib⁹ tenetibus se ex parte materiae pro-ducit hanc substantialem formam, & cum illis formā aliam

specie distinctam producit. Contra hanc solutionem op-poно nullum apparere conditionis genus, quod possint habere primæ qualitates respectu grauitatis, vel leuitatis producendas, si grauitas, & leuitas speciales sunt qualitates, & effectiū procedunt tantum à forma substantiali. Exemplum ad rem non est, quia forme substantiales supponunt ex parte materie certas dispositiones, & ita forma specie distincta distinctas supponit, ad quarum exigentiam producitur forma huius speciei distincta ab omnibus aliis, grauitas autem, & leuitas, si qualitates sunt speciales, nullas supponit dispositiones, nulla enim qualitas supponit ex parte subiecti qualitates alias, à quibus non effectiū, sed dispositiū dependeat. Ex hac disparitatis ratione argumentum defumo ad hanc solutionem impugnandum. Nulla datur forma substantialis, quæ producat in se potentiam aliquam, seu principium operativum, ex natura sua permanens, & debitum à primo instanti generationis, quæ talem qualitatem, seu potentiam producat dependenter ab aliis qualitatibus tanquam à conditionibus: ergo sine fundamento dicitur formas substantiales producere grauitatem, & leuitatem qualitates speciales dependenter à primis qualitatibus tanquam à conditionibus.

16 QUARTA CONCLUSIO. Si grauitas & leuitas speciales sunt qualitates distinctæ à primis, inter se distinguntur, non solum secundum magis, & minus, sed secundum naturam specificam eo modo, quo distinguuntur calor, & frigus, albedo, & nigredo. Hic dicendi modus sic posset intelligi, vt omnibus elementis idem centrum, in quod per se tendant assignetur, & sicuti terra, & aqua idem centrum respiciunt, tamen aqua descendit sub terra, quia fortius petit in centrum, sic aqua, aer, & ignis in idem centrum perterent, verum tamen aqua esset sub aere, quia media qualitate intensior, & sic maiori impetu & conatu tendere in centrum, & aer sub igne, quia maiori vi, & intensiori qualitate, quam ignis tenderet in centrum, quæ dicendi modum, haud oblitus tradunt recentes patroni sententia cui nostra conclusio contradictriorē opponitur. Sententia hæc in hoc sensu tradita ab omni veritatis specie aliena est, ex illa enim inferunt manifestè ignem per se non intendere moueri sursum, sed de facto ascendente, quia reliqua clementia fortius illo petunt ad terræ centrum descendere, & ita de facto descendunt, & ponuntur sub igne, qui impeditus alii elementis remanet in superiori loco, sicuti aqua impedita grauiorē terræ remanet supra terram, etiam si ipsa petat ex sua natura esse in centro, quod terra occupat. Inferunt etiam motum ignis deorsum non esse naturalem, sed violentum, quia non ordinatur in proprium centrum, neque per hunc motum accedit ignis ad centrum, quod exigit, sed potius ab illo recedit, non motus à se, sed motus virtute aëris, que vincit virtutem ignis, & ita ex vi illius aëi constitutur sub igne, & hic remanet in eminentiori loco, sicuti cum corpus terrenum ponitur supra aquam statim descendit, & ascendet aqua, quæ manet supra illud non motu naturali, sed violento. Dicere autem motum ignis sursum violentū esse insanum est. Quia enim ratione ignis motu violento velocissimè ciereretur, quæ ratione, quo intensior esset ignis velocius maiori conatu ascenderet, cum potius, si motus ille violentus esset, quo ignis esset magis exiguis, facilius vinceretur grauitate aliorum elementorum, & consequenter velocius deberet ascendere.

17 Demum quomodo libet intelligatur sententia omnino est à veritate aliena, quia si grauitas, & leuitas tantum differunt, penes magis & minus, utriusque exigentia, quoad substantiam, & quod modum esset eiusdem rationis, & differunt penes magis & minus, quia minori, maiori impetu secundum maiores, & minorem intentionem eumdem effectum eadem ratione producentum, maiori minori velocitate, & intentione, si intensioris esset capax, vraria exigeret. Secundò, si ignis propria vi, & interno conatu ascendit sursum, quod negare nefas est, in bona Philosophia, quomodo intelligi poterit velocius ascendere, quo minus habet virtutis, seu qualitatis, cuius virtute ascendit, & maiorem velocitatem motus, maiorēque impulsū aliis corporibus impressum, vt igni ascendentī motū praestent, oriri ex majori remissione, hoc est, ex majori negatione virtutis eiusdem rationis, cum illa, cuius vi ignis de facto mouetur. Secundò ignis qui tribus gradibus qualitatibus naturaliter sursum ascendit, cur tribus aliis gradibus eiusdem rationis prioribus adiunctis ab illo motu desideret, & motum alium deorsum intenderet: quomodo enim

augmentum virtutis, à qua effectus procedit poterit effe-  
ctum impediare, & alium oppositum producere? Hoc renuit  
omnis bona philosophia, & qualibet mediciter ordinata  
apprehensio.

**18** Dicunt aduersarij eundem impulsu posse esse principiu-  
m motus sursum, & motus deorsum, ita eadem ratione  
posse eamdem qualitatem esse principiu-  
m motus deorsum in terra, & motus sursum in igne. Ad rem non est prædicta  
instantia, non enim doctrinam traditam impugno, ex eo  
quod non possint ab eodem principio motus diuersi &  
oppositi procedere, sed quia intelligi nequit ab hac virtute  
in hac intensione mensura procedere hunc effectum, & ab  
eadem in alia maiori non posse hunc effectum prouenire,  
sed alium oppositum producendum, quia effectus ille, v.g.  
motus sursum non poterat procedere ab hac qualitate in-  
tensa ultra tot gradus, sed ita procedat ab hac, vt quo magis  
remitteretur virtus, citius & intensior produceretur ef-  
fectus, quod omnino est imperceptibile, & quidquam aliud  
simili in impulsu non ostenditur. Quia, qui afferunt eundem  
impulsu esse principiu-  
m motus sursum, & deorsum,  
sub eadem intensione indiuisibiliter sumpta alterius posse  
esse principiu-  
m vtriusque motus, & non negant impulsu-  
m, qui sub hac exigua intensione est principiu-  
m huius motus, posse esse principiu-  
m eiusdem sub quacunque alia  
maiori, sed affirmant eundem impulsu-  
m sub eadem indiuisibili intensionis mensura diuersis conditionibus ob-  
stentis, vel proicientis determinatum posse esse principiu-  
m diuerorum motuum, quia idemmet secundum essentiam, & intensionem indiferens est ad hunc motum deorsum, vel illum sursum producendum.

**19 QVINTA CONCLVSTO.** Si grauitas, & leuitas essent acci-  
dentialia specia-  
lia diuina, adhuc certum non es-  
set, an immediata in se ipsi vna expellere aliam, sicuti  
mutuò expelluntur calor, & frigus, & alia qualitates con-  
traria. Probo: si ex aliquo capite contrarietas harum qualitatium deduceretur maximè, quia ordinantur ad motus incompossibilis, hoc autem rem non probat, quia grauitas, & impulsus, quo mouetur corpus deorsum, ordinantur ad motus oppositos, & tamen non mutuò expelluntur, neque impulsus habet contrariam formam expellentem, vt probauit Controuer. 20. Physic. Punct. 3. ergo ex hoc capite non infertur contrarietas harum qualitatium, possent enim vtraque in eodem subiecto recipi, & illa quæ est effet intensior, seu maioris virtutis corpus mouere contra alterius propensionem. Sic in intellectu componuntur species ex se productiua assensum in obiecto contradic-  
tia, & apprehensiones, quæ in hos assensus inclinabant, & intellectus determinatur ad hunc assensum, ex vi harum specierum, & huius apprehensionis, quæ evidentius pro-  
ponebat obiectum.

### S. III.

#### Argumenta soluta.

**20** Obicit Arriaga contra conclusionem, qua diximus gra-  
uitatem, & leuitatem non distingui a primis qualita-  
tibus. Accidentia tantum petunt esse in loco, vbi est sub-  
iectum, neque petunt spatium distinctum ab illo, quod ha-  
bet subiectum: ergo non potest constitere grauitas, aut le-  
uitas, ex vi quarum mouetur corpus in aggregato qualitatuum. Antecedens probat experientia lucis, & aliorum acci-  
dentialium, quæ comitantur quodcumque corpus. Hoc argu-  
mentum, quod adducit Arriaga contra opinionem, quæ grauitatem, & leuitatem constituit in aggregato accidentium, posset etiam adducere contra illos, qui afferunt gra-  
uitatem & leuitatem qualitates esse speciales, sed æquæ inutiliter, vt constat ex solutione, quam iam subiicio, Resp. omnia accidentia exigere non separari localiter à subiecto, cui insunt, quia illa, quæ virtutem non habent mouendi corpus, ad motum corporis necessariò mouentur; illa verè quæ corpus mouent sicuti grauitas, & leuitas, pe-  
tunt non separari localiter à subiecto, quia non possunt subiectu-  
m mouere, & permanere immobilia, sed petunt ne-  
cessariò moueri simul cum eodem subiecto, quod mouent, & hac ratione petunt non separari à subiecto, æquæ enim est inseparabilis à subiecto lux, quæ nequit subiectu-  
m mouere, & non potest, dum illud mouetur, non cum illo moueri, & quolibet aliud accidentis, sive distinctum, sive indistinctum à primis qualitatibus, quod potest mouere corpus, ea-  
tamen conditione, vt simul cum illo mouatur, & non

potest subiecto moto, cum illo necessariò non moueri.

Obicit secundus: Si grauitas, & leuitas constiterent in ag-  
gregato primarum qualitatum, ignis & terra non summe  
opponeretur in grauitate, & leuitate, quia non summe op-  
ponuntur in qualitatibus, conuenient enim in siccitate, ergo  
grauitas, & leuitas non constilis in aggregato qualitatuum. Respondeo corpus illud dici grauius, quod maiori conatu, seu maiori impetu mouetur, qui motus indiuisibiliter pro-  
uenit à qualitatibus diuersis, quæ dicuntur vnam efficiere  
grauitatem, & hanc posse esse summe oppositam cum leui-  
tate, etiamque qualitates seorsum sumptu non summe oppo-  
nuntur, potest enim harum aggregatum summe opponi  
cum aggregato illarum in ordine ad motus, quos inten-  
dunt aggregata, etiamque entitatiæ secundum se non sum-  
me opponuntur, possum enim oriri effectus summe oppo-  
siti à principiis secundum se non summe oppositi, princi-  
piu- , quando principium cuiusque effectus, etsi sit vnum  
principium per se ipsu- , entitatiæ non est vnum per se,  
sed quoddam aggregatum per accidens.

Obicit tertio idem Arriaga: si grauitas, aut leuitas con-  
sisteret in aggregato primarum qualitatum, eo ipso quod  
aggregatum est diuersum, est diuersa grauitas: & leui-  
tas, sed qualiter qualitate variata variatur aggregatum, ier-  
go variaretur grauitas, & leuitas. Sed sic est, quod etiam  
varietur vna vel altera qualitas manet eadem grauitas, &  
leuitas, vt videre est in ferro, quod æquæ gravis est dum est  
frigidum, & dum est candens, & valde de intensè calidum-  
go grauitas, & leuitas non constilis in aggregato qualita-  
tum. Huic argumento, quanquam amplectaris lenitatem respondeo teneris, si enim dicas grauitatem, & leuitatem esse speciales qualitates ortas ex aggregato qua-  
litatum, eadē te premit difficultas, teneris enim rationem reddere, cur ex diuerso aggregato, quod est dum ferum est frigidum, & dum postea igni applicatum ingentem calorem concipit, oriatur eadē grauitas. Si cum Arriaga di-  
cas motum sursum, & deorsum oriiri immediatè à formis substantialibus, saltē debes dicere, quod tradit Arriaga, videlicet eandem formam cum his accidentibus producere motum deorsum, vt respondeas argumento, delupto ex aqua, & vapore, in quibus est eadem forma, & aqua mouet deorsum, & vapor sursum. Respondeo hunc motum deorsum cum hoc impetu oriiri ab hoc aggregato qualitatuum, & ab aliis quæ possunt esse intra certam latitudinem harum qualitatuum, ita vt non maior motus, neque maior impetu oriatur à calore vt quatuor, v.g. quam à calore vt sex adiunctorum eiusdem qualitatibus, & sic de aliis. Hac ratione idem prouenit motus à ferro calido vt quatuor, & calido vt sex, & dicitur æquæ gravis, quia grauitatem à posteriore metitur per motum, & illa principia sunt in fe-  
magis minusve intensa, grauitatem æqualem dicimus constituere, quæ æquæ in motum propendunt. Hac doctri-  
na tenemur vni respectu colorum, quos dicimus oriiri ex aggregato qualitatuum, & nihilominus sepe videmus cor-  
pus modo parum calidum, quod absolute frigidum voca-  
mus, & postea valde calidum retinere semper eudem colorem.

Obicit quartus: Difficile posse percipi, cum grauitas sit pa-  
ssio forma, & non dispositio ad illam, quomodo varia-  
tum sit temperamentum primarum qualitatum sufficiens  
vt mutata sit grauitas in leuitatem, & tamen non fuerit  
sufficiens mutatum pro forma substantiali, cuius per se  
est passio ea grauitas. Si difficultas hæc alius est mo-  
menti, in eamdem conjectus est Arriaga, quod facilè uniu-  
cam. Affirmat Arriaga eodem n. 8, vbi predicit obie-  
ctionem adducit, quod etiamque grauitas sit identificata  
cum substantia nihilominus indigere certis accidentibus,  
vt actu possit grauitare, & corpus deorsum mouere, quibus  
deficiens corporis gravis non habet actu secundo conseruandi se in loco sibi debito, quod cōcigit  
in aqua ad vapores redacta, que virtutem non habet de-  
orsum descendendi. Ex hac doctrina argumentor: Aqua  
intrinsecè per suam entitatem grauitas seu potens se deorsum  
mouere, exigit ex natura sua accidentia illa necessaria ad  
motum, sive hac passionè appelles, sive non ergo intelligi  
non potest deficere accidentia, seu primas qualitates re-  
quisitas, tanquam cōditiones, vt aqua se moueat deorsum,  
& oppositas aduenisse, & adhuc permanere qualitates re-  
quisitas vt dispositiones, vt subsistat forma. Quod si be-  
ne percipit Arriaga posse deficere qualitates primas re-  
quisitas vt cōditiones ad motum deorsum, & non deficere

requisitas

requisitas ut dispositiones ad formam conseruationem, & aduenire oppositas sufficietes expellere alias, quae erant conditiones ad motum, & non sufficietes expellere requisitas & sufficietes ad permanentiam formam antiquam, cur non percipiet posse desicere qualitates requisitas, ut possit permanere principium actuum motus deorsum, & adhuc permanere requisitas ut possit permanere forma antiqua, & aduenisse qualitates sufficietes, ut sint principium motus sursum, & ut expellant alias, quae requirebantur, ut mouerent corpus deorsum, & non aduenisse qualitates sufficietes, ut ultimum disponant ad aliam formam, & ut expellant qualitates quae sufficienter ad antiquam disponunt. Resp. ergo in latitudine qualitatum, quibus hec forma substantialis, v.g. forma aqua potest conferuari, reperi quodam aggregatum qualitatum, quod aquam deorsum mouet, & dicitur gravitas, & aliud quod eamdem sursum fert, & leuitas dicitur. Neque inde inferas aquam ex natura sua esse indifferenter ad gravitatem, & leuitatem, quia aqua ex se petit illud aggregatum qualitatum ex vi cuius deorsum defecet, & hac ratione ex se gravis dicitur, illud autem ex vi cuius ascendet, non petit, sed tantum poterit cum illo compatri, & sub illo, est cum aliqua violencia, cuius ex ista forma aqua cum calor illi violento. Quomodo verè gravitas, & leuitas sunt passio forme dicam postea.

24 Obiectis ultimò ex eodem Arriagin viuentibus virtus locomotiva non distinguitur ab ipsa anima: ergo in non viuentibus, gravitas & leuitas, que sunt virtutes motiva ab illorum formis distinguendæ non sunt. Respondeo vi-  
tutem locomotivam viuentum, quæ se progressu mouet, non posse identificari cum primis qualitatibus, quia motus procedens à virtute locomotiva viuentis subdit est actibus appetitus rationalis in homine, & appetitus sensitiui in brutis; motus autem procedens à quatuor qualitatibus non subdit alium aucti elicit, neque gravitas, & leuitas obedit appetitus imperio, & ita necessum est dari virtutem locomotivam in viuentibus distinctam à primis qualitatibus, quam dicimus identificari cum ipsa viuentis forma, seu cum ipsa anima. In non viuentibus autem gravitas, & leuitas possunt identificari cum primis qualitatibus, & ita necessum non est has esse identificatas cum anima. Mitto rationes omnes, quibus probauimus gravitatem, & leuitatem distinguiri à formis corporum grauium, & leuium à quibus optima fumetur disparitatis ratio ad nostram conclusionem defendendam.

## §. IV.

## Nonnulla corollaria.

25 Ex his inferatur gravitatem, & leui atem esse virtutes quasdam locomotivas compactas ex conuentu diuer-  
tarum qualitatum primarum, ex quibus fit unum aggregatum per accidens, quod est principium effectuum, quod gravitati, & leuitati tribuimus. Effectus isti sunt motus sursum, atque deorsum, hic gravitati, ille leuitati competit. Præter hos effectus, qui primario gravitati, & leuitati co-  
petunt, est aliud qui potest dici secundarius respectu ea-  
rumdem virtutum, videlicet impulsus productus in corpo-  
re replete spatiu, per quod dirigendus est motus, corpus enim grava propria gravitate non solum se ipsum mouet, sed etiam impulsum imprimat corpori occupanti spatiu, per quod suum intendit dirigere motum, ut relinquat spatiu, quo non relinet, non mouetur corpus grava retardatum corpore occupante spatiu motu acquendum, quia grava mobile non potest se penetrare cum alio corpore, ac proinde neque moueri propria gravitate per spatiu, à quo non pellit aliud corpus occupans tale spatiu. Impulsus iste impressus corpori, ut spatiu relinquat corpori gravi intendentis se per illud moueri, dicitur effectus secundarius non quia immediate ab ipsa gravitate non procedat, neque quia supponat primarium effectum eo modo, quo expulso forma, quæ dicitur secundarius effectus, supponit informationem, seu totum constitutum tanquam effectum primarium, saxe enim producitur iste impulsus in corpore contiguo, quem secundarium effectum vocamus, & non producitur motus corporis gravis, quem dicimus esse primarium effectum, ut patet in lapide immoto, qui

impulsum imprimat corpori supra quod est positus, sed dicitur secundarius, quia corpus grava quasi ex intentione se mouendi impulsum imprimat corpori occupanti spatiu, per quod intendit se mouere, quod ex eo costat, quod non imprimat similem impulsum corporibus lateralibus, neque à parte superiori illi impotest, etiam si illis sit applicatum, sed tantum corpori quod impedit illius motum replendo spatiu, per quod ex vi gravitatis motus intenditur.

Inferatur secundum: Corporibus aliquando inesse gravitatem innatam, & iuxta propriam ipsarum exigentiam aliquando aduentitiam, & violentam eo modo, quia calor violentus aquæ, quæ ab extrinseco calefit. Gravitas, & leuitas innata erit illa, quæ consilit in aggregato qualitatum, quas exigit natura corporis, quod grava dicitur, & violenta erit illa, quæ consilit in aggregato qualitatum, quarum aliqua corpori quod dicitur grava violenta sunt. (Idem de leuitate in omnibus intellige.) Gravitas innata passio poterit dici corporis gravis, eo modo quo dicitur passio temperamentum qualitatum, quod disponit ad formam substantiam, recte enim eadem prima qualitates possunt dici dispositiones ad formam substantiam, & passiones eiusdem, omnes enim afferunt calorem esse passionem formæ ignis, & dispositionem ad eamdem formam. Gravitas aduentitia aut violenta nunguani diceretur passio corporis, quod dicitur grava, quia de ratione passionis est esse quid innatum & connaturale subiecto, cuius dicitur passio. Neque gravitas, aut leuitas dici possunt aliquando dispositionem ad formam, nisi valde materialiter sumatur: gravitas enim dicit aggregatum qualitatum quatenus potens producere motum localem, & impulsu, sub qua ratione formaliter non disponit, sed quatenus subiectum informat, ita ut si ab illo aggregato mente praescindas totam rationem principij actuum motus, ex vi cuius dicitur gravitas, adhuc remanebit tota formalis ratio dispositionis ad aliam formam, adj quam tantum materialiter primo modo dicendi per se tanquam quid identificatum cum eisdem qualitatibus spectat ea virtus productiva motus, & impulsus identificata cum qualitatibus, quæ disponunt.

Infero etiam contra Arriag. subsect. 2.n. 89. & alios plurimos, gravitatem, & leuitatem non esse predicata respectu aquæ, ita ut corpus, quod respectu unius grava est, respectu aliud leue sit, ut vulgo dicitur de aqua, quæ à multis appellatur gravis respectu aeris, & leuis respectu terræ, & sic fuitur de aere respectu aquæ, & ignis, qui respectu huius gravis dicitur, & leuis respectu illius. Aqua enim absolute est gravis, & respectu nullius leuis dici potest, sed minus gravis, & aëris absolute est leuis, & respectu ignis dici nequit gravis, sed minus leuis. Rationem accipe: grava est illud, quod ex sua natura tendit deorsum, & leue quod tendit sursum, aqua autem ex natura sua idem centrum habet cum terra, neque ex se petit esse super terram, neque naturaliter ascendit, ut sit supra illam, sed quia terra gravior est, ascendit, & sub aqua constituitur, & cogit aquam sursum ascendere motu violento, ut locum præfet terræ, quæ maiori gravitati, & fortiori impetu petit approximationem cum centro. Huius doctrinæ fundamentum esto, aquam ubique super terram ponatur gravitate, & impulsu imprimatu, ut deorsum descendat, ex vi cuius, si terra mobilis sit, & non nimis firma impulsu impreso ab aqua illi superposita deprimitur. Eadem ratione philosophandum puto de aere & igne, quibus idem centrum leuitatis assingo, in quo tendit virumque elementum, cui proprius accedit ignis, quia leuior; & aëris sub igne continetur, eo modo, quo aqua super terram, quia igne cogitur non magis ad centrum accedere, ut supersit locus centri vicinius igni leuiori, & ita dum descendit aëris, ut ascendat ignis, ille aëris descensus violentus est aëris, sicut violentus est ascensus aquæ, ut descendat terra. Hæc de gravitate & leuitate, & de tota elementorum materia dixisse sufficiente in re leui graviorem, quam par est, disputationem instituimus. Qui questiones alias desideret, quæ plus voluntatis, quam utilitatis habent, adeat Conimbr. Patres, qui illas concinnè, eleganter, & eruditè ut absolvent definitiunt, Petrum Garciam, & Ludouicum Mercatum locis sèpè in hac Controu. citatis, qui omnia quæ ad elementa pertinent ad satietatem usque scripsere.

F I N I S.

